UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Theodōritu Episkopu Kyru Kai Eyagriu Scholastiku Ekklēsiastikē Istoria, Eklogai Apo Tōn Istoriōn Philostorgiu Kai Theodōru

**Theodoretus <Cyrrhensis>**

**Mogvntiae, 1679**

Tu Makariu Theodōritu Episkopu Kyru Ekklēsiastikēs Istorias Tomoi Pente.
Theodoriti Episcopi Cyri Ecclesiasticae Historiae Libri Quinque.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14162**

Visual Library

# ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ
# ΘΕΟΔΩΡΙΤΟΥ
# ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ
# ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ
# ΙΣΤΟΡΙΑΣ
ΤΟΜΟΙ ΠΕΝΤΕ.

# THEODORITI
# EPISCOPI CYRI
# ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ
# LIBRI QUINQUE.

*HENRICO VALESIO Interprete.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ λόγος πρῶτος.

α′. Ὁ τῆς ἱστορίας σκοπός.
β′. Πόθεν ἤρξατο τῶν ἀρειανῶν ἡ αἵρεσις.
γ′. Κατάλογος τῶν προηγησαμένων ἐπισκόπων.
δ′. Ἀλεξάνδρου ἐπισκόπου ἀλεξανδρείας ἐπιστολὴ πρὸς ἀλέξανδρον ἐπίσκοπον κωνσταντινουπόλεως.
ε′. Ἀρείου ἐπιστολὴ πρὸς εὐσέβιον τὸν νικομηδείας ἐπίσκοπον.
ς′. Εὐσεβίου ἐπισκόπου νικομηδείας ἐπιστολὴ πρὸς παυλῖνον ἐπίσκοπον τύρου.
ζ′. Τὰ κατὰ τὴν μεγάλην σύνοδον τὴν ἐν νικαίᾳ.
η′. Ἔλεγχος τῶν ἀρειανιζόντων ἐκ τῶν εὐσταθίου καὶ ἀθανασίου συγγραμμάτων.
θ′. Τὰ κατὰ μελέτιον αἰγύπτιον, ἐξ οὗ μελετιανοὶ σχισματικοὶ μέχρι τοῦ παρόντος διέμειναν· καὶ συνοδικὴ περὶ τούτου ἐπιστολή.
ι′. Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως κωνσταντίνου πρὸς τοὺς ἀπολειφθέντας ἐπισκόπους, περὶ τῶν ἐν τῇ συνόδῳ τυπωθέντων.
ια′. Περὶ τῶν σιτηρεσίων τῶν ταῖς ἐκκλησίαις χορηγηθέντων, καὶ τῆς ἄλλης τοῦ βασιλέως ἀρετῆς.
ιβ′. Ἐπιστολὴ εὐσεβίου τοῦ καισαρείας ἐπισκόπου περὶ τῆς ἐκτεθείσης ἐν νικαίᾳ πίστεως.
ιγ′. Ἔλεγχος τῶν νῦν βλασφημούντων ἀρειανῶν, ἐκ τῶν εὐσεβίου τοῦ καισαρείας ἐπισκόπου συγγραμμάτων.
ιδ′. Περὶ τῆς ἀρείου τελευτῆς, ἐκ τῆς ἀθανασίου ἐπιστολῆς.
ιε′. Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως κωνσταντίνου, περὶ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν οἰκοδομίας.
ις′. Ἄλλη ἐπιστολὴ τοῦ αὐτοῦ περὶ τῆς τῶν θείων γραφῶν κατασκευῆς.
ιζ′. Ἄλλη τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ πρὸς μακάριον τὸν ἐπίσκοπον ἱεροσολύμων περὶ τῆς οἰκοδομίας τοῦ θείου ναοῦ.
ιη′. Περὶ ἑλένης τῆς τοῦ βασιλέως κωνσταντίνου μητρὸς, καὶ τῆς περὶ τὴν οἰκοδομίαν τοῦ θείου ναοῦ σπουδῆς.
ιθ′. Περὶ τῆς παρανόμου εὐσεβίου τοῦ νικομηδείας μεταθέσεως.
κ′. Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως κωνσταντίνου κατὰ εὐσεβίου καὶ θεογνίου γραφεῖσα νικομηδεῦσι.
κα′. Περὶ τῆς ὑπὸ εὐσεβίου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ γεγενημένης κατὰ τοῦ ἁγίου εὐσταθίου τοῦ τῆς ἀντιοχέων ἐπισκόπου συσκευῆς.
κβ′. Περὶ τῶν μετὰ τὴν ἔξοδον τοῦ ἁγίου εὐσταθίου καταστάντων ἐν ἀντιοχείᾳ ἐπισκόπων αἱρετικῶν.
κγ′. Περὶ τῆς ἰνδῶν πίστεως.
κδ′. Περὶ τῆς ἰβήρων πρὸς τὴν εὐσέβειαν προσηγίας.
κε′. Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως κωνσταντίνου πρὸς σαπώρην τὸν βασιλέα περσῶν.
κς′. Περὶ τῆς κατὰ τοῦ ἁγίου ἀθανασίου τυρευθείσης ἐπιβουλῆς.
κζ′. Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως κωνσταντίνου πρὸς ἀλεξανδρείας.
κη′. Ἄλλη κατὰ ἀθανασίου ἐπισκόπου ἐπιβουλή.
κθ′. Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως κωνσταντίνου πρὸς τὴν σύνοδον.
λ′. Περὶ τῆς ἐν τύρῳ γεγενημένης συνόδου.
λα′. Περὶ τῶν ἐγκαινίων τῶν ἐν ἱεροσολύμοις γεγενημένων καὶ τῆς ἐξορίας τοῦ ἁγίου ἀθανασίου.
λβ′. Περὶ τῆς τοῦ μακαρίου κωνσταντίνου βασιλέως διαθήκης.
λγ′. Ἀπολογία ὑπὲρ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως.
λδ′. Περὶ τῆς τοῦ βασιλέως τελευτῆς.

## *IN LIBRO PRIMO ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ hæc continentur.*


| | |
|---|---|
| Cap. I. | Hiſtoriæ ſcopus. |
| II. | Unde cœperit hæreſis Arianorum. |
| III. | Enumeratio præcipuorum Sacerdotum. |
| IV. | Epiſtola Alexandri Alexandriæ Epiſcopi ad Alexandrum Conſtantinopolitanum. |
| V. | Epiſtola Arii ad Euſebium Nicomedienſem Epiſcopum. |
| VI. | Euſebii Nicomedienſis Epiſtola ad Paulinum Tyri. |
| VII. | De rebus geſtis in magna Synodo Nicæna. |
| VIII. | Confutatio Arianorum ex libris Euſtathii & Athanaſii. |
| IX. | De rebus Meletii Ægyptii, ex cujus nomine dicti ſunt Meletiani ſchiſmatici, qui ad hunc usque diem perdurant, & Synodica de illo epiſtola. |
| X. | Epiſtola Imp. Conſtantini ad Epiſcopos qui Synodo non interfuerant, de iis quæ decreta erant in Concilio. |
| XI. | De annonis quas Eccleſiis tribui juſſit: & de aliis Imperatoris virtutibus. |
| XII. | Euſebii Cæſarienſis Epiſcopi epiſtola de fide Nicææ expoſita. |
| XIII. | Confutatio Arianorum noſtri temporis ex ſcriptis Euſebii Cæſarienſis. |
| XIV. | De morte Arii ex epiſtola Athanaſii. |
| XV. | Conſtantini Imper. epiſtola de conſtructione Eccleſiarum. |
| XVI. | Alia ejusd. Imp. epiſtola de conficiendis ſacris codicibus. |
| XVII. | Alia ejusd. Imper. epiſtola ad Macarium Hieroſolymitanum Epiſcopum de Conſtructione ſacroſanctæ Eccleſiæ. |
| XVIII. | De Helena matre Imp. Conſtantini, deque ejus ſtudio in ædificatione Eccleſiæ. |
| XIX. | De illegitima translatione Euſebii Nicomedienſis. |
| XX. | Epiſtola Imp. Conſtantini adverſus Euſebium & Theogonium ad Nicomedienſes ſcripta. |
| XXI. | De fraudulenta machinatione Euſebii & ſociorum ejus adverſus Euſtathium Epiſcopum Antiochenum. |
| XXII. | De Epiſcopis hæreticis qui Antiochiæ ordinati ſunt poſt diſceſſum beati Euſtathii. |
| XXIII. | De Indorum fide. |
| XXIV. | De Iberorum converſione ad fidem. |
| XXV. | Epiſtola Imp. Conſtantini ad Saporem Regem Perſarum. |
| XXVI. | De inſidiis adverſus ſanctum Athanaſium comparatis. |
| XXVII. | Epiſtola Imp. Conſtantini ad Alexandrinos. |
| XXVIII. | Aliæ inſidiæ adverſus eund. Athanaſium. |
| XXIX. | Imp. Conſtantini epiſtola ad Synodum Tyri. |
| XXX. | De Synodo apud Tyrum celebrata. |
| XXXI. | De Eccleſiæ dedicatione Hieroſolymis facta, deque exilio ſancti Athanaſii. |
| XXXII. | De teſtamento beatiſſimi Imp. Conſtantini. |
| XXXIII. | Ejusd. Imp. defenſio. |
| XXXIV. | De morte ſanctiſſimi Imperatoris Conſtantini. |

# ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΘΕΟΔΩΡΙΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

## Λόγος Α΄.

### Κεφ. Α΄.

*Ὁ τῆς ἱστορίας σκοπός.*

ΖΩΓΡΑΦΟΙ μὲν σανίσι καὶ τοίχοις τὰς παλαιὰς ἐγγράφοντες ἱστορίας, τέρψιν μὲν τοῖς ὁρῶσι προσφέρουσι τὴν δὲ γεγενημένων τὴν μνήμην, ἐπὶ πλεῖστον ἀνθοῦσαν φυλάττουσι. λογογράφοι δὲ, ἀντὶ μὲν σανίδων, ταῖς βίβλοις. ἀντὶ δὲ χρωμάτων, τοῖς τῶν λόγων ἄνθεσι κεχρημένοι, διαρκεστέραν καὶ μονιμωτέραν τῶν πεπραγμένων ποιοῦσι τὴν μνήμην. ὁ γὰρ χρόνος λωβᾶται τῶν ζωγράφων τὴν τέχνην. τούτου δὴ χάριν κἀγὼ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας τὰ λειπόμενα συγγράψαι πειράσομαι. οὐ γὰρ ὅσιον ᾠήθην, λαμπροτάτων ἔργων καὶ ὀνησιφόρων διηγημάτων τὸ κλέος περιιδεῖν ὑπὸ τῆς λήθης συλώμενον. διὰ γὰρ δὴ τοῦτο, καὶ τῶν συνήθων τινὲς ἐπὶ τόνδε με τὸν πόνον πολλάκις παρώτρυναν. ἐγὼ δὲ, τῇ μὲν ἐμαυτοῦ δυνάμει τόδε τὸ ἔργον σταθμώμενος, τὴν ἐγχείρησιν ὀρρωδῶ. θαρρῶν δὲ τῷ φιλοτίμῳ δοτῆρι τῶν ἀγαθῶν, μείζοσιν ἢ κατ' ἐμαυτὸν ἐγχειρῶ. Εὐσέβιος μὲν οὖν ὁ Παλαιστινὸς, ἀπὸ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων τῆς ἱστορίας ἀρξάμενος, μέχρι τῆς Κωνσταντίνου θεοφιλοῦς βασιλείας, τὰ ταῖς ἐκκλησίαις συμβεβηκότα συνέγραψεν. ἐγὼ δὲ τῆς συγγραφῆς ἐκείνης τὸ τέλος, ἀρχὴν τῆς ἱστορίας ποιήσομαι.

A

# THEODORITI EPISCOPI CYRI ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ LIBER PRIMUS.

### Caput Primum.

*Hiſtoriæ ſcopus.*

B PICTORES quidem, dum veteres Hiſtorias in tabulis & in parietibus depingunt, non modo intuentium oblectant oculos, verum etiam memoriam rerum geſtarum quam diutiſſime florentem conſervant. Hiſtoriarum vero ſcriptores, qui tabularum loco libris, & colorum vice, orationis pigmentis utuntur, multo diuturniorem ac ſtabiliorem præſtant memoriam rerum præteritarum. Etenim opus pictorum longinquitate temporis conſumitur. Hanc ob cauſam ea quæ Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ adhuc deerant, ipſe quoque ſcriptis mandare inſtitui. Nefas enim C eſſe duxi, æquo animo pati, ut clariſſimorum facinorum gloria, & fructus utilium narrationum, oblivioni tradantur. Qua etiam de cauſa quidam ex familiaribus meis ſæpenumero me cohortati ſunt, ut hunc laborem ſuſciperem. Ego vero hinc vires meas, illinc opus ipſum æqua lance perpendens, aggredi quidem illud reformido. Fretus tamen munificentia largitoris bonorum omnium, majora viribus meis aggredior. Et Euſebius quidem Palæſtinus, à ſanctiſſimorum Apoſtolorum temporibus exorſus, res in Eccleſiis geſtas usque ad Deo acceptum Con- D ſtantini principatum perſcripſit. Ego vero à fine Hiſtoriæ illius, initium operis mei ſumam.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Cap. II.

*Unde cœperit hæreſis Arianorum.*

SUblatis de medio ſceleſtis illis atque impiis tyrannis, Maxentio ſcilicet, Maximino & Licinio, ſedata eſt tempeſtas, quam furiæ illæ ac velut turbines quidam adverſus Eccleſiam concitaverant: & compreſſis violentis flatibus, firma deinceps tranquillitate fruebatur Eccleſia. Quam quidem tranquillitatem Eccleſiæ præſtitit Conſtantinus, omni laude digniſſimus Im- B perator: qui non ab hominibus nec per homines, ſed plane divinitus, quemadmodum Paulus Apoſtolus, ad id vocatus fuerat. Leges enim tulit, quibus & victimas immolari ſimulacris vetabat, & Eccleſias exſtrui præcipiebat. Rectores quoque eos provinciis præficiebat, qui Chriſtiana religione exornati eſſent; mandans iis ut Sacerdotes honore afficerent: iis vero qui Sacerdotes contumelia afficere auſi eſſent, capitis ſupplicium intentans. Quo quidem tempore, alii Eccleſias quæ dirutæ fuerant, denuo inſtaurarunt: alii novas prioribus laxiores ac ſplendidiores ædificarunt. Quæ dum ita fierent, C res quidem noſtræ lætæ ac proſperæ erant: adverſarii vero mœrore ac luctu confundebantur. Nam ſimulachrorum quidem templa erant occluſa: in Eccleſiis vero dies feſti, & hominum conventus frequentes agebantur. Verum invidus ac peſſimus dæmon, pernicies generis humani, cum Eccleſiam tam felici curſu ferri cerneret, pati id non potuit: ſed fraudulenta conſilia excogitavit, Eccleſiam quæ ab omnium conditore ac dominatore regitur, ſubmergere omni ſtudio conniſus. Videbat enim patefactum jam eſſe Gentilium errorem, & varias dæmonum fraudes de- D prehenſas: & res quidem creatas à pleriſque jam non amplius adorari: earum autem loco conditorem ipſum hymnis celebrari. Quocirca jam non apertè adverſus Deum Servatoremque noſtrum bellum excitavit: ſed homines nactus Chriſtianorũ quidem vocabulo exornatos, verum ambitioni & inani gloriæ mancipatos, eos malitiæ ſuæ miniſtros deſignavit. Eorumq; operâ multos ad priorẽ ſuperſtitionis errorẽ revocavit. Non id quidem molitus, ut creaturam denuo colerent: ſed efficiens, ut opifex & Conditor univerſi in eodẽ cum crea-

## Κεφ. Β΄.

Πόθεν ἤρξατο τῶν ἀρειανῶν ἡ αἵρεσις.

ΤΩν ἀνοσιουργῶν ἐκείνων καὶ δυσσεβῶν καταλυθέντων τυράννων, μαξεντίου φημὶ καὶ μαξιμίνου καὶ λικινίου, κατηυνάσθη τῆς ἐκκλησίας ἡ ζάλη, ἣν οἱ ἀλάστορες ἐκεῖνοι καθάπερ τινὲς καταιγίδες ἐκίνησαν· καὶ γαλήνης λοιπὸν ἀπήλαυε σταθερᾶς, τῶν στροβίλων παυσαμένων ἀνέμων. καὶ κωνσταντῖνος δὲ ὁ πανεύφημος βασιλεὺς, ὃς οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπου, ἀλλ' οὐρανόθεν κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον τῆς κλήσεως ταύτης ἔτυχε, ταύτην αὐτῇ ἐπρυτάνευσε· νόμους γὰρ ἔγραψε, θύειν μὲν εἰδώλοις ἀπείργων, δομεῖσθαι δὲ τὰς ἐκκλησίας παρεγγυῶν. καὶ ἄρχοντας μὲν πίστει κοσμουμένους ἐφίστη τοῖς ἔθνεσι, γεραίρειν κελεύων τοὺς ἱερέας, καὶ τοῖς παροινεῖν εἰς τούτους ἐπιχειροῦσιν, ὄλεθρον ἀπειλῶν. τότε δὴ, οἱ μὲν τὰς καταλυθείσας ἐκκλησίας ἀνήγειρον. οἱ δὲ ἑτέρας εὐρυτέρας ἀνῳκοδόμουν καὶ λαμπροτέρας. Τούτων οὕτω δρωμένων, τὰ μὲν ἡμέτερα, χαρᾶς ἦν ἔμπλεα καὶ θυμηδίας· τὰ δὲ τῶν ἐναντίων, κατηφείας καὶ ἀθυμίας μεστά. τὰ μὲν γὰρ τῶν εἰδώλων ἀπεκέκλειστο τεμένη. ἐν δὲ ταῖς ἐκκλησίαις, ἑορταὶ καὶ πανηγύρεις ἐπετελοῦντο συχναί. ἀλλ' ὁ παμπόνηρος καὶ βάσκανος δαίμων ὁ τῶν ἀνθρώπων ἀλάστωρ, οὐκ ἤνεγκεν ἐξ οὐρίων φερομένην τὴν ἐκκλησίαν ὁρῶν· ἀλλὰ τὰς κακομηχάνους ἐκίνει βουλὰς, καταδῦσαι φιλονεικῶν τὴν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ καὶ δεσπότου τῶν ὅλων κυβερνωμένην. ἑώρα γὰρ τὴν ἑλληνικὴν πλάνην δήλην γεγενημένην, καὶ φωραθέντα τὰ ποικίλα τῶν δαιμόνων τεχνάσματα. καὶ τὴν μὲν κτίσιν, παρὰ τῶν πλείστων οὐκέτι προσκυνουμένην, τὸν δὲ ποιητὴν ἀντὶ ταύτης ὑμνούμενον. οὗ δὴ χάριν, οὐκέτι προφανῶς τὸν κατὰ τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἀνερρίπιζε πόλεμον. ἀλλ' ἄνδρας εὑρὼν, τῆς μὲν χριστιανικῆς προσηγορίας ἠξιωμένους, φιλοτιμίᾳ δὲ καὶ κενῇ δόξῃ δεδουλωμένους, ὄργανα τούτους τῶν οἰκείων ἀπέφηνε τεχνασμάτων· καὶ διὰ τούτων πολλοὺς εἰς τὴν προτέραν ἐπανήγαγε πλάνην, οὐ τὴν κτίσιν πάλιν προσκυνεῖσθαι παρασκευάσας, ἀλλὰ τὸν ποιητὴν καὶ δημιουργὸν συνταχθῆναι

τῇ κτίσει κατασκευάσας· περὶ δὲ τὴν ἀρχήν, καὶ ὅπως ἔσπειρε τὰ ζιζάνια, ἐγὼ διηγήσομαι. ἀλεξάνδρεια πόλις ἐστὶ μεγίστη καὶ πολυάνθρωπος· οὐκ αἰγυπτίων μόνον, ἀλλὰ καὶ θηβαίων καὶ λιβύων τῶν πρὸς αἰγύπτῳ τὴν ἡγεμονίαν πεπιστευμένη. ταύτης μετὰ πέτρον ἐκεῖνον τὸν νικηφόρον ἀγωνιστήν, ὃς ἐπὶ τῶν δυσσεβῶν ἐκείνων τυράννων τῷ μαρτυρίῳ τὸν στέφανον ἀνεδήσατο, ἀχιλλᾶς μὲν ὀλίγον χρόνον προέστη, καὶ τὰ τῆς ἐκκλησίας κατεῖχε πηδάλια· μετὰ δὲ τοῦτον, ἀλέξανδρος ὁ γενναῖος τῶν εὐαγγελικῶν δογμάτων γενόμενος πρόμαχος. Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον, ἄρειος τῷ μὲν καταλόγῳ τῶν πρεσβυτέρων ἐντεταγμένος, τὴν δὲ τῶν θείων γραφῶν πεπιστευμένος ἐξήγησιν, ἰδὼν τὸν ἀλέξανδρον τῆς ἀρχιερωσύνης ἐγχειρισθέντα τοὺς οἴακας, οὐκ ἤνεγκε τοῦ φθόνου τὴν προσβολήν. ἀλλ' ὑπὸ τούτου νυττόμενος, ἀφορμὰς ἔριδος ἐπεζήτει καὶ μάχης. καὶ τὴν μὲν ἀξιέπαινον τοῦ ἀνδρὸς πολιτείαν θεώμενος, συκοφαντίας ὑφαίνειν οὐκ ἠδύνατο· ἡσυχίαν δὲ ὅμως ἄγειν αὐτὸν ὁ φθόνος ἐκώλυε. τοῦτον εὑρὼν ὁ τῆς ἀληθείας ἀντίπαλος, δι' αὐτοῦ κυκᾷ καὶ κινεῖ τῆς ἐκκλησίας τὴν ζάλην. τῇ γὰρ ἀποστολικῇ ἀλεξάνδρου διδασκαλίᾳ, προφανῶς ἀντιλέγειν ἀνέπειθε. καὶ ὁ μὲν τοῖς θείοις λόγοις ἑπόμενος, ὁμότιμον ἔλεγε τοῦ πατρὸς τὸν υἱόν, καὶ τὴν αὐτὴν οὐσίαν ἔχειν τῷ γεγεννηκότι θεῷ. ὁ δὲ ἄρειος ἄντικρυς τῇ ἀληθείᾳ μαχόμενος, κτίσμα καὶ ποίημα προσηγόρευεν· καὶ τὸ ἦν ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν προσετίθει, καὶ τ' ἄλλα ὅσα ἐκ τῶν ἐκείνου γραμμάτων σαφέστερον μαθησόμεθα. καὶ ταῦτα οὐ μόνον ἐν ἐκκλησίᾳ διετέλει λέγων, ἀλλὰ κἂν τοῖς ἔξω συλλόγοις καὶ συνεδρείοις. καὶ τὰς οἰκίας περινοστῶν, ἐξηνδραπόδιζεν ὅσους ἴσχυεν. ἀλέξανδρος δὲ ὁ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων συνήγορος, πρῶτον μὲν αὐτὸν παραινέσεσιν ἐπειρᾶτο πως μεταπείθειν καὶ συμβουλαῖς. ἐπειδὴ δὲ κορυβαντιῶντα εἶδε, καὶ ἀναφανδὸν κηρύττοντα τὴν ἀσέβειαν, τῶν ἱερατικῶν ἐξήλασε καταλόγων. ἤκουσε γὰρ τοῦ θείου νόμου βοῶντος, ἐὰν ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς σκανδαλίζῃ σε, ἔξελε αὐτὸν καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ.

A turis ordine cenſeretur. Porro quo primum in loco, & qua ratione hujusmodi ſparſerit ſemina, hic exponam. Alexandria urbs eſt maxima & incolarum multitudine abundans; non Ægypti ſolum, verum etiam Thebaidis ac Libyæ quæ Ægypto finitima eſt, metropolis. In hac urbe, poſt Petrum celebrem illum & glorioſum athletam, qui ſub impiis illis tyrannis palmam martyrii eſt conſecutus, Achillas exiguo tempore Eccleſiam gubernavit. Poſt illum vero Alexander, qui Evangelicæ doctrinæ propugnator fuit acerrimus, Eccleſiæ clavum ſuſcepit. Eodem tempore Arius, qui in presbyterorum ordinem erat adſcriptus, & cui B ſacrorum voluminum expoſitio commiſſa erat, cum Alexandrum videret Eccleſiæ adminiſtrationem ſuſcepiſſe, livoris impetum ferre non potuit: ſed invidiæ ſtimulis exagitatus, contentionis ac diſcordiæ cauſas aucupari cœpit. Et calumnias quidem adverſus illum contexere nullas poterat, cum vitam ejus & converſationem omni laude dignam videret. Invidia tamen eum quieſcere non ſinebat. Hunc igitur nactus dæmon veritatis inimicus, ejus operâ Eccleſiam miſcere ac perturbare C cœpit. Perſuaſit enim illi, ut Apoſtolicæ Alexandri doctrinæ palam contradiceret. Et Alexander quidem ſacrarum litterarum veſtigiis inſiſtens, Filium ejuſdem eſſe dignitatis cum Patre, eandemque cum Deo, qui ipſum genuit, habere ſubſtantiam, aſſerebat. Arius vero aperte veritatem impugnans, Filium Dei creaturam & facturam vocabat. Addebat etiam fuiſſe tempus cum non eſſet, & alia nonnulla, quæ ex ejus ſcriptis clarius cognoſcemus. Atq; hæc ille, non in Eccleſia ſolum, verum etiam in exterius conven- D tibus ac cœtibus aſſidue diſſerebat. Quin etiam domos circumiens, quotquot poterat in ſententiam ſuam traducebat. Verum Alexander Apoſtolicorũ dogmatum vindex & patronus, primum admonitionibus & conſiliis hominem ab inſtituto revocare conatus eſt. Sed ubi eum inſanire, & impietatem ſuam palam prædicare animadvertit, ex presbyterorum ordine eum ejecit. Auſcultaverat enim divinam legem ita jubentem: Si oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue illum, & projice abs te.

## Cap. III.

*Enumeratio præcipuorum Sacerdotum.*

PORRO ea tempeſtate, Romanam quidem Eccleſiam regebat Silveſter, ſucceſſor Miltiadis illius, qui poſt Marcellinum eum qui perſecutionis temporibus inclaruit, ejuſdem Eccleſiæ adminiſtrationem ſuſceperat. Antiochiæ verò, poſt tyrannum, pace Eccleſiis primum reſtituta, Epiſcopatum ſortitus eſt Vitalis, qui & in Palæa Eccleſiam quæ à Tyrannis deſtructa fuerat, inſtauravit. Quem deinceps excipiens Philogonius, & opus reſiduum fabricæ conſummavit, & pro veritatis defenſione ſingulare ſtudium Licinii temporibus declaravit. Hieroſolymis vero, poſt Hermonam Macarius Eccleſiam gubernavit, vir nomine ſuo digniſſimus, & omni virtutum genere decoratus. Denique Conſtantinopoli per idem tempus Alexander Pontificalem ſedem tenebat, vir donis Apoſtolicis ornatus. Tunc igitur Alexander Alexandrinæ Antiſtes Eccleſiæ, cùm Arium dominandi cupiditate abreptum, eos quos ad impietatem ſuam traduxerat congregare, & privatos conventus agere cerneret, Eccleſiarum Præſidibus blaſphemiam illius per litteras indicavit. Ego vero epiſtolam illam quam ad gentilem ſuum Alexandrum ſcripſit, in qua impietas Arii manifeſte exponitur, hoc loco apponam, ne quis forte ſuſpicetur hæc à me temere confingi. Poſt hanc vero alteram ipſius Arii, ac deinde alias ſubjiciam, quæ ſunt ad Hiſtoriæ narrationem prorſus neceſſariæ: tum ut veritatem Hiſtoriæ noſtræ teſtimonio ſuo confirment, tum ut res geſtas manifeſtius exponant. Sic igitur Alexander ad gentilem ſuum ſcribit.

## Κεφ. γʹ.

*Κατάλογος τῶν πρωτευόντων ἐπισκόπων.*

ΚΑτὰ τοῦτον δὲ τὸν χρόνον, τῆς μὲν ῥωμαίων ἐκκλησίας σίλβεστρος κατεῖχε τὰς ἡνίας, μιλτιάδην διαδεξάμενος, ὃς μετὰ μαρκελλῖνον τὸν ἐν τῷ διωγμῷ διαπρέψαντα, τὴν τῆς αὐτῆς ἀρχιερωσύνης χειροτονίαν ἐδέξατο. ἐν ἀντιοχείᾳ δὲ μετὰ τὸν τύραννον, τῶν ἐκκλησιῶν ἀρξαμένης εἰρήνης, βιτάλιος τὴν ἡγεμονίαν παρέλαβεν, ὃς καὶ τὴν ἐν τῇ παλαιᾷ καταλυθεῖσαν
B ὑπὸ τῶν τυράννων ᾠκοδόμησεν ἐκκλησίαν. φιλογόνιος δὲ μετὰ τοῦτον τὴν προεδρείαν λαβὼν, τά τε λειπόμενα τῇ οἰκοδομίᾳ προσέθηκε, καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἐν τοῖς λικιννίου καιροῖς ἐπεδείξατο ζῆλον. τὴν ἐν ἱεροσολύμοις δὲ μετὰ ἑρμωνᾶν, μακάριος ἐπεστάθη, φερώνυμος ἀνὴρ καὶ παντοδαποῖς κοσμούμενος ἀγαθοῖς. τῆς δὲ κωνσταντινουπόλεως κατὰ τοῦτον αὐτὸν τὸν καιρὸν, ἀλέξανδρος τῆς ἱερατικῆς ἠξιοῦτο λειτουργίας, ἀποστολικοῖς χαρίσμασι λαμπρυνόμενος. τότε τοίνυν ὁ τῶν ἀλεξανδρέων ἀ-
C λέξανδρος, ὁρῶν τὸν ἄρειον τῷ τῆς φιλαρχίας κατεχόμενον οἴστρῳ, καὶ τοὺς ὑπὸ τῆς βλασφημίας ἐζωγρημένους ἀγείροντα, καὶ συλλόγους ἰδίους ποιούμενον, τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν ἡγεμόσι τὴν τούτου βλασφημίαν διὰ γραμμάτων ἐδήλωσεν. ἐγὼ δὲ τὴν πρὸς τὸν ὁμώνυμον αὐτῷ γραφεῖσαν ἐπιστολὴν ἐνθήσω τῇ συγγραφῇ σαφῶς ἅπαντα τὰ κατ᾽ ἐκεῖνον διδάσκουσαν, ὡς ἂν μή τις ὑπολάβῃ, ταῦτα πλάττοντά με συγγράφειν. ἐπὶ μετὰ τήνδε, τὴν αὐτοῦ γε ἀρείου, καὶ μετ᾽ ἐκείνην τὰς ἄλλας, ὧν ἡ τῆς ἱστορίας δεῖται διήγη-
D σις. ἵνα μαρτυρῶσι τῇ ἀληθείᾳ τῆς συγγραφῆς, καὶ σαφέστερον τὰ γεγενημένα διδάσκωσιν. γράφει δὲ ὁ τῶν ἀλεξανδρέων ἀλέξανδρος πρὸς τὸν ὁμώνυμον ταῦτα.

## Cap. IV.

*Epiſtola Alexandri Alexandriæ Epiſcopi ad Alexandrum Conſtantinopolitanum.*

CHARISSIMO & unanimi fratri Alexandro Alexander in Dno ſalutem. Improborum hominum voluntas, dominationis & pecuniæ avida, majoribus Eccleſiis ſemper inſidiari ſolet, dum illi per varias occaſiones Eccleſiaſticam pietatem oppugnant. Etenim à diabolo qui in ipſis operatur, ad

## Κεφ. δʹ.

*ἀλεξάνδρου ἐπισκόπου ἀλεξανδρείας ἐπιστολὴ πρὸς ἀλέξανδρον ἐπίσκοπον κωνσταντινουπόλεως.*

ΤΩ τιμιωτάτῳ ἀδελφῷ καὶ ὁμοψύχῳ ἀλεξάνδρῳ, ἀλέξανδρος ἐν κυρίῳ χαίρειν. Ἡ φίλαρχος τῶν μοχθηρῶν ἀνθρώπων καὶ φιλάργυρος πρόθεσις, ταῖς δοκούσαις ἀεὶ μείζοσι παροικίαις πέφυκεν ἐπιβουλεύειν, διὰ ποικίλων προφάσεων τῶν τοιούτων ἐπιτιθεμένων τῇ ἐκκλησιαστικῇ εὐσεβείᾳ. οἰστρηλατούμενοι γὰρ ὑπὸ τοῦ

ἐνερ-

ἐνεργοῦντος ἐν αὐτοῖς διαβόλου, εἰς τὴν προκειμένην αὐτοῖς ἡδονὴν, πάσης εὐλαβείας ἀποσκιρτήσαντες, πατοῦσι τὸν τῆς κρίσεως τοῦ θεοῦ φόβον. περὶ ὧν ἀναγκαῖον ἦν μοι τῷ πάσχοντι, δηλῶσαι τῇ ὑμετέρᾳ εὐλαβείᾳ, ἵνα φυλάττησθε τοὺς τοιούτους, μήτις αὐτῶν τολμήσῃ καὶ ταῖς ὑμετέραις παροικίαις ἐπιβῆναι, ἤτοι δι' ἑαυτῶν, εἴτε δι' ἄλλων. ἱκανοὶ γὰρ ὑποκρίνασθαι πρὸς ἀπάτην οἱ γόητες. ἢ διὰ γραμμάτων ψευδῶς κεκομψευμένων, καὶ δυναμένων ὑφαρπάσαι τὸν ἁπλῇ πίστει καὶ ἀκεραίῳ προσεσχηκότα. ἄρειος γοῦν καὶ ἀχιλλᾶς, συνωμοσίαν ἔναγχος ποιησάμενοι, τὴν κολλούθου φιλαρχίαν πολὺ χεῖρον ἢ ἐκεῖνος ἐζήλωσαν. ὁ μὲν γὰρ αὐτοῖς τούτοις ἐγκαλῶν, τῆς ἑαυτοῦ μοχθηρᾶς προαιρέσεως εὗρε πρόφασιν. οἱ δὲ τὴν ἐκείνου χριστεμπορείαν θεωροῦντες, οὐκ ἔτι τῆς ἐκκλησίας ὑποχείριοι μένειν ἐκαρτέρησαν. ἀλλ' ἑαυτοῖς σπήλαια λῃστῶν οἰκοδομήσαντες, ἀδιαλείπτως ἐν αὐτοῖς ποιοῦνται συνόδους, νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν ἐν ταῖς κατὰ χριστοῦ καὶ ἡμῶν διαβολαῖς ἀσκούμενοι. οἱ πάσης τῆς ἀποστολικῆς εὐσεβοῦς δόξης κατηγοροῦντες, ἰουδαϊκῷ προσχήματι χριστομάχον συνεκρότησαν ἐργαστήριον, τὴν θεότητα τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀρνούμενοι, καὶ τοῖς πᾶσιν ἴσον εἶναι κηρύσσοντες. πάσας τε αὐτοῦ τῆς σωτηρίου οἰκονομίας καὶ δι' ἡμᾶς ταπεινώσεως φωνὰς ἐκλεξάμενοι, ἐξ αὐτῶν συναγείρειν πειρῶνται τῆς ἀσεβείας ἑαυτῶν τὸ κήρυγμα, τῆς ἀρχῆθεν θεότητος αὐτοῦ καὶ παρὰ τῷ πατρὶ δόξης ἀλέκτου τοὺς λόγους ἀποστρεφόμενοι. τὴν γοῦν ἑλλήνων τε καὶ ἰουδαίων ἀσεβῆ περὶ χριστοῦ δόξαν κρατύνοντες, τὸν παρ' αὐτῶν ἔπαινον ὡς ἔνι μάλιστα θηρῶνται. πάντα μὲν ὅσα καθ' ἡμῶν παρ' αὐτοῖς γελᾶται πραγματευόμενοι. στάσεις δὲ ἡμῖν καθ' ἡμέραν καὶ διωγμοὺς ἐπεγείροντες. καὶ τοῦτο μὲν, δικαστήρια συγκροτοῦντες, δι' ἐντυχίας γυναικαρίων ἀτάκτων ἃ ἠπάτησαν. τοῦτο δὲ, τὸν χριστιανισμὸν διασύροντες, ἐκ τοῦ περιτροχάζειν πᾶσαν ἀγυιὰν ἀσέμνως τὰς παρ' αὐτοῖς νεωτέρας. ἀλλὰ καὶ τὸν ἄρρηκτον τοῦ χριστοῦ χιτῶνα, ὃν οἱ δήμιοι διελεῖν οὐκ ἐβουλήσαντο, αὐτοὶ σχίσαι ἐτόλμησαν. ἡμεῖς μὲν οὖν ἃ καὶ τῷ βίῳ αὐτῶν καὶ τῇ ἀνοσίῳ ἐπιχειρήσει πρέπει, διὰ τὸ

A propoſitam ipſis libidinem incitati, abjecta omni religione, divini judicii metum conculcant. De quibus ego qui patior, neceſſe habui ſignificare pietati veſtræ, ut ab hujusmodi hominibus caveatis, ne quis illorum in veſtras etiam Eccleſias pedem inferre præſumat, ſive per ſe, ſive per alios: callent enim malefici ſimulatione uti ad fraudem faciendam: & per litteras mendaciis compoſitas atq; adornatas, quæ hominem ad ſimplicē ac ſinceram fidem intentum poſſint decipere. Arius igitur & Achillas nuper conjuratione facta, Colluthi ambitionem æmulantes, longè pejores

B illo extiterunt. Nam Colluthus quidē, qui hos ipſos reprehendit, mali propoſiti ſui prætextum nactus eſt. Iſti vero impiam illius ex Chriſto nundinationem cernentes, non amplius Eccleſiæ ſubjacere voluerunt: ſed ſpeluncis latronum ſibi conſtructis, ſine intermiſſione conventus in illis agunt, noctu atque interdiu calumnias adverſus Chriſtum & adverſus nos comminiſcentes. Qui cùm omnem piam & Apoſtolicam doctrinam incuſent, Judaico more ad impugnandum Chriſtum officinam inſtituerunt: Servatoris noſtri Deitatem negantes, & reliquis omnibus æqualem eum eſſe prædicantes. Colle-

C ctisque omnibus locis in quibus ſermo eſt de ſalutari ejus diſpenſatione, & de abjectione, noſtri cauſa ab eo ſuſcepta, impietatis ſuæ doctrinam eorum auctoritate confirmare nituntur; loca quibus æterna ejusdem divinitas, & inexplicabilis apud Patrem gloria adſtruitur, averſantes. Cum igitur Gentilium ac Judæorum impiam de Chriſto ſententiam confirment, laudem ab illis omni arte ac ratione aucupantur: ea quidem quæ illi in nobis deridere ſolent, omnia confingentes: ſeditiones autem ac perſecutiones adverſus nos quotidie excitantes. Et nunc quidem

D ad judicum tribunalia nos trahunt per interpellationes mulierum diſciplinam non ſervantium, quas ipſi in errorem induxerunt: nunc Chriſtianæ religioni probrum atq; infamiam adſpergunt, dum juvenculæ ipſorum per omnes vicos & compita turpiter circumcurſant. Sed & indiſſolubilem Chriſti tunicam, quam carnifices olim dividere noluerunt, iſti auſi ſunt diſſcindere. Ac nos quidem, cùm ea quæ vitæ ipſorum ac nefariis conatibus competunt, ſerius propter ipſorum

latebras deprehendiſſemus, communi omnium ſuffragio ex cœtu Eccleſiæ quæ Chriſti divinitatem adorat, eos ejecimus. Ipſi verò contra nos huc & illuc diſcurrentes, ad collegas noſtros idem nobiſcum ſentientes, proficiſci inſtituerunt: ſpecie quidem pacem & concordiam expetere ſe ſimulantes: re ipſa verò quoſdam eorum blandis ſermonibus in errorem ſuum traducere conantes. A quibus etiam verboſiores epiſtolas flagitant, ut eas legentes hominibus quos ipſi deceperunt, eos pertinaciter in errore perſeverare faciant abſq; ullo pœnitentiæ ſenſu, in impietate obduratos, quaſi qui Epiſcopos idem ſecum ſentientes ac ſibi ſuffragantes habeant. Ea porro quæ apud nos perperam docuerunt & egerunt, & quorum cauſa à nobis ſunt expulſi, nequaquam illis confitentur: ſed vel ſilentio iſta tradunt, vel fictis ſermonibus & libellis conſcriptis velantes, fucum faciunt. Probabilibus itaq; & ad aſſentationem compoſitis colloquiis peſtiferam ſuam doctrinam obtegentes, ſimpliciorem quemq; & fraudi expoſitum circumveniunt: neq; interim parcunt pietatem noſtram apud omnes calumniari. Unde fit, ut nonnulli litteris eorum ſubſcribentes, in Eccleſiam eos recipiant. Cum tamen comminiſtris noſtris qui hoc auſi ſunt, graviſſima, ut opinor, reprehenſionis immineat infamia, eo quod nec Apoſtolica regula id permittit, & diabolica in ipſis operatio adverſus Chriſtum hoc facto validius accenditur. Quamobrem nihil cunctatus, fratres dilectiſſimi, animum ac fiduciam ſumpſi, ut perfidiam iſtorum vobis indicarem, qui dicunt: fuit tempus cum non eſſet Filius Dei; & qui prius non erat, poſtea extitit, talis factus quandocunq; demum factus eſt, qualis quilibet hominum naſci ſolet. Omnia enim, ut ajunt, Deus fecit ex nihilo; in creatione omnium rerum, tam rationalium, quam ratione carentium, etiam Filium Dei comprehendentes. Quibus etiam conſequenter addunt, eum mutabilis eſſe naturæ, virtutiſque ac vitii capacem. Poſitaque ſemel hac ſententia, Filium Dei ex nihilo eſſe, divinas literas de æternitate ejus evertunt, quibus immutabilitas & divinitas Sapientiæ ac Verbi, quæ ſunt Chriſtus, oſtenditur. Poſſumus ergo, ut ajunt iſti ſcelerati, nos quoque eſſe Filii Dei, perinde ac

A λανθάνειν, βραδέως ἐπιστήσαντες, παμψηφεὶ τῆς προσκυνούσης χριστοῦ τὴν θεότητα ἐκκλησίας ἐξηλάσαμεν. ἐπεχείρησαν δὲ περιδρομαῖς χρώμενοι καθ' ἡμῶν, παρεκβαίνειν πρὸς τοὺς ὁμόφρονας συλλειτουργοὺς, σχήματι μὲν εἰρήνης καὶ ἑνώσεως ἀξίωσιν ὑποκρινόμενοι. τὸ δ' ἀληθὲς, συναρπάσαι τινὰς αὐτῶν εἰς τὴν ἰδίαν νόσον διὰ χρηστολογίας σπουδάζοντες. καὶ σωμυλώτερα γράμματα παρ' αὐτῶν αἰτοῦντες, ἵνα παραναγινώσκοντες αὐτὰ τοῖς ὑπ' αὐτῶν ἠπατημένοις, ἀμετανοήτους ἐφ' οἷς ἐσφάλησαν κατασκευάζωσιν, ἐπιτριβομένους εἰς ἀσέ-
B βειαν, ὡς ἂν συμψήφους αὐτοῖς καὶ ὁμόφρονας ἔχοντες ἐπισκόπους. οὐχ ἅπερ γοῦν παρ' ἡμῖν πονηρῶς ἐδίδαξάν τε καὶ διεπράξαντο, ὁμολογοῦσιν αὐτοῖς, δι' ἃ καὶ ἐξώσθησαν. ἀλλ' ἢ σιωπῇ ταῦτα παραδιδόασιν, ἢ πεπλασμένοις λόγοις καὶ ἐγγράφοις ἐπισκιάζοντες ἀπατῶσιν. πιθανωτέραις γοῦν καὶ βωμολόχοις ὁμιλίαις τὴν φθοροποιὸν αὐτῶν διδασκαλίαν ἐπικρύπτοντες, συναρπάζουσι τὸν εἰς ἀπάτην ἐκκείμενον, οὐκ ἀπεχόμενοι καὶ τοῦ παρὰ πᾶσι συκοφαντεῖν τὴν ἡμετέραν εὐσέβειαν· ὅθεν καὶ συμβαίνει τινὰς τοῖς γράμμασιν αὐτῶν ὑπογράφοντας, εἰς ἐκκλησίαν εἰσδέχεσθαι. με-
C γίστης ὡς οἶμαι διαβολῆς ἐπικειμένης τοῖς τοῦτο τολμῶσι συλλειτουργοῖς, τῷ μήτε τὸν ἀποστολικὸν κανόνα τοῦτο συγχωρεῖν, ἀλλὰ καὶ ὑπεκκαίειν τὴν ἐπ' αὐτοῖς διαβολικὴν κατὰ χριστοῦ ἐνέργειαν. διὸ δὴ καὶ οὐδὲν μελλήσας ἀγαπητοὶ, δηλῶσαι ὑμῖν τὴν τῶν τοιούτων ἀπιστίαν ἐμαυτὸν διανέστησα, λεγόντων ὅτι ἦν ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, καὶ γέγονεν ὕστερον ὁ πρότερον μὴ ὑπάρχων, τοιοῦτος γενόμενος ὅτε καὶ ποτὲ γέγονεν, οἷος καὶ πᾶς εἶναι πέφυκεν ἄνθρωπος. πάντα γὰρ, φασὶν, ὁ
D θεὸς ἐξ οὐκ ὄντων ἐποίησε, συναναλαμβάνοντες τῇ τῶν ἁπάντων λογικῶν τε καὶ ἀλόγων κτίσει καὶ τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ. οἷς ἀκολούθως καὶ φασὶν αὐτὸν τρεπτῆς εἶναι φύσεως, ἀρετῆς τε καὶ κακίας ἐπιδεκτικόν. καὶ τῇ ἐξ οὐκ ὄντων ὑποθέσει, καὶ τὰς θείας τοῦ εἶναι αὐτὸν ἀεὶ συναναιροῦντες γραφὰς, αἳ τὸ ἄτρεπτον τοῦ λόγου, καὶ τὴν θεότητα τῆς σοφίας τοῦ λόγου σημαίνουσιν, ἅ ἐστιν ὁ χριστός. δυνάμεθα γοῦν καὶ ἡμεῖς, φασὶν οἱ ἀλάστορες,

υἱοὶ γινέσθαι θεοῦ, ὥσπερ κἀκεῖνος. γέγραπται γάρ, υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα. ἐπιφερομένου δὲ αὐτοῖς τοῦ λεγομένου ἑξῆς τοῦ ῥητοῦ, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν. ὅπερ οὐ φυσικόν ἐστιν τῷ σωτῆρι, ὄντι τῆς φύσεως ἀτρέπτου, πάσης εὐλαβείας ἑαυτοὺς ἐρημώσαντες, τοῦτο φασὶ, προγνώσει καὶ προθεωρίᾳ περὶ αὐτοῦ εἰδότα τὸν θεὸν, ὅτι οὐκ ἀθετήσει, ἐξειλέχθαι αὐτὸν ἀπὸ πάντων. οὐ γὰρ φύσει καὶ κατ᾽ ἐξαίρετον τῶν ἄλλων ἔχοντά τι. οὔτε γὰρ φύσει υἱός τίς ἐστιν τοῦ θεοῦ φασίν. οὔτε τινὰ ἔχοντα ἰδιότητα πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τρεπτῆς τυγχάνοντα φύσεως, διὰ τρόπων ἐπιμέλειαν καὶ ἄσκησιν μὴ τρεπόμενον ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἐξελέξατο· ὡς εἰ καὶ παῦλος τοῦτο βιάσαιτο καὶ πέτρος, μηδὲν διαφέρειν τούτων τὴν ἐκείνου υἱότητα. εἰς παράστασιν δὲ τῆς φρενοβλαβοῦς ταύτης διδασκαλίας, καὶ ταῖς γραφαῖς ἐμπαροινοῦντες, καὶ παρατιθέμενοι τὸ ἐν ψαλμοῖς περὶ χριστοῦ ῥητὸν, οὕτως ἔχον. ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀδικίαν. διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. περὶ μὲν οὖν ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, οὔτε ἐξ οὐκ ὄντων γεγένηται, οὔτε ἦν ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν, αὐτάρκης παιδεῦσαι ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς, γράφων οὕτως περὶ αὐτοῦ. ὁ μονογενὴς υἱὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρός. προνοούμενος γὰρ ὁ θεῖος δεικνῦναι διδάσκαλος, ἀλλήλων ἀχώριστα πράγματα δύο, τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν, ὄντα αὐτὸν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ πατρὸς ὠνόμασεν. ἀλλὰ γὰρ καὶ ὅτι τοῖς ἐξ οὐκ ὄντων γινομένοις ὁ λόγος τοῦ θεοῦ οὐ συναριθμεῖται, πάντα δι᾽ αὐτοῦ γεγονέναι ὁ αὐτὸς φησιν ἰωάννης. τὴν γὰρ ἰδιότροπον αὐτοῦ ὑπόστασιν ἐδήλωσεν εἰπών. ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. πάντα δι᾽ αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδ᾽ ἓν ὃ γέγονεν· εἰ γὰρ πάντα δι᾽ αὐτοῦ ἐγένετο, πῶς ὁ τοῖς γινομένοις τὸ εἶναι χαρισάμενος, αὐτὸς ποτὲ οὐκ ἦν; οὐ γάρ πως ὁ λόγος τὸ ποιοῦν, τοῖς γινομένοις τῆς αὐτῆς εἶναι φύσεως διορίζεται. εἴγε αὐτὸς μὲν ἦν ἐν ἀρχῇ πάντα δὲ δι᾽ αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων ἐποίησεν. ἐναντίον γὰρ δοκεῖ τοῖς ἐξ οὐκ ὄντων γενομένοις τὸ ὂν, καὶ ἀφεστηκὸς σφόδρα. τὸ μὲν γὰρ, μεταξὺ

A ille. Scriptum eſt enim: Filios genui & exaltavi. Cùm verò illis objectum fuerit id quod ſequitur: Ipſi autem ſpreverunt me, quod quidem non convenit naturæ Servatoris, qui ſuapte natura eſt immutabilis, illi omni reverentia ac religione abjecta, Deum ajunt cùm præſciret ac prævidiſſet, quod Filius ipſum ſpreturus non eſſet, illum ex omnibus elegiſſe. Non enim ut naturâ & prærogativâ quadam præcipuum quidquam præ cæteris filiis habentem, eum elegit: quippe qui natura filius non ſit, ut inquiunt: neque ut qui aliquam haberet proprietatem
B ac dotem ad ipſum proximè accedentem, ſed ipſum quoque mutabilis exiſtentem naturæ, ob ſtudium tamen & accuratam morum diligentiam ad vitium neutiquam deflectentem, elegit Deus. Adeo ut ſi Paulus ac Petrus contento ſtudio in id incubuiſſet, nihil ab iſtorum filiatione diſcrepatura fuerit hujus filiatio. Atque ut inſanam iſtam doctrinam confirment, Scripturis ſacris contumelioſè illudentes, afferunt illud quod in Pſalmis de Chriſto dictum eſt: Dilexiſti juſtitiam & odiſti iniquitatem. Propterea unxit te Deus
C tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Verum quòd Filius Dei factus non ſit ex nihilo, & quod tempus non fuerit cùm non eſſet, abunde docet Joannes Evangeliſta, de illo ita ſcribens: Unigenitus Filius qui eſt in ſinu Patris. Nam cùm Divinus magiſter oſtendere vellet, Patrem ac Filium duas res eſſeà ſe mutuo inſeparabiles, hunc in ſinu Patris eſſe dixit. Jam verò quòd verbum Dei inter res ex nihilo creatas non contineatur, idem Joannes teſtatur cùm ait, omnia per ipſum facta eſſe. Propriam enim ejus hypoſtaſin declaravit dicens. In principio erat Ver-
D bum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Omnia per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil quod factum eſt. Nam ſi omnia per ipſum facta ſunt, quomodo is qui rebus factis præſtitit, ut eſſent, ipſe aliquando non extitit? Verbum enim quod facit, nequaquam ejuſdem eſſe naturæ, cum rebus factis intelligitur. Quippe cùm ipſum quidem eſſet in principio: cuncta verò per illud facta ſint & ex nihilo condita. Porro id quod eſt, contrarium eſſe videtur & longe diverſum ab illis quæ facta ſunt ex nihilo. Nam illud quidem declarat,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nullum eſſe intervallum inter Patrem & Filium, cùm animus ne ſimplici quidem cogitatione fingere poſſit ullam inter utrumque diſtantiam. Ex nihilo verò creari mundum, recentiorem indicat ac nuperam ſubſtantię originem, cùm univerſa hujuſmodi eſſentiam à Patre acceperint per Filium. Cùm igitur Divini Verbi eſſentiam longiſſime, & ultra omnem cogitationem eorum quæ genita ſunt poſitam contemplaretur piiſſimus Joannes, generationem ejus & facturam dicere noluit, factorem iiſdem verbis quibus ea quæ facta ſunt, deſignare minime auſus. Non quòd verbum ſit ingenitum: ſolus enim Pater ingenitus eſt: ſed quia ſolertiſſimam Evangeliſtarum, ipſorumque adeo Angelorum comprehenſionem tranſcendit unigeniti Filii inexplicabilis ſubſiſtentia. Quare inter pios meo quidem judicio cenſendus non eſt, qui ultra iſta aliquid inquirere præſumit; non auſcultans id quod ſcriptum eſt: Altiora te ne quæſieris, & ſublimiora te ne ſcruteris. Nam ſi multarum aliarum rerum cognitio quæ hac longe inferiores ſunt, humanæ mentis captum excedit: cujuſmodi ſunt apud Paulum Apoſtolum, ea quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus ſe: cujuſmodi etiam ſunt ſtellæ, quas Deus Abrahamo dicit non poſſe numerari: & illud: Arenam maris & guttas pluviæ quis dinumerabit? Quomodo Divini Verbi eſſentiam curioſius inveſtigare quiſpiam poterit, niſi atra bile ſit percitus. De qua propheticus Spiritus ita dicit: Generationem ejus quis enarrabit? Et Servator noſter totius mundi columnas beneficio obſtringens, hujus rei notitiam tanquam onus ab illis removere ſtuduit: omnibus quidem ipſis ſupra naturam eſſe dicens iſtud animo comprehendere; Soli vero Patri competere Divini hujus myſterii perceptionem. Nemo enim, inquit, novit quis ſit Filius præter Patrem, & nemo novit Patrem præterquam Filius. Qua de re etiam Patrem dixiſſe arbitror, Arcanum meum mihi & meis. Quod verò extremæ dementiæ ſit, Filium Dei ex non extantibus factum opinari, cùm id, quod ex non extantibus factum eſt, temporalem habeat eſſentiam, res ipſa indicat, licet ſtupidi iſti inſaniam vocum ſuarum non intelligant.

A πατρὸς καὶ υἱοῦ οὐδὲν δείκνυσιν εἶναι διάστημα, οὐδ' ἄχρι τινὸς ἐννοίας τοῦτο φαντασιῶσαι τῆς ψυχῆς δυναμένης. τὸ δὲ ἐξ οὐκ ὄντων δημιουργεῖσθαι τὸν κόσμον, νεωτέραν ἔχει τῆς ὑποστάσεως καὶ πρόσφατον τὴν γένεσιν, ὑπὸ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ πάντων εἰληφότων τὴν τοιαύτην οὐσίωσιν. μακρὰν γοῦν θεωρήσας τοῦ θεοῦ λόγου τὸ ὂν, καὶ ὑπεραῖρον τῆς τῶν γενητῶν διανοίας ὁ εὐλαβέστατος Ἰωάννης, γένεσιν αὐτοῦ καὶ ποίησιν ἀπηξίωσεν εἰπεῖν, οὐδὲ ταῖς ὁμοστοίχοις συλλαβαῖς τὸ ποιοῦν τοῖς γιγνομένοις ὀνομάσαι τολμήσας, οὐχ ὅτι ἀγέννητος ἦν. ἓν γὰρ B ἀγέννητον ὁ πατήρ· ἀλλ' ὅτι τῆς ἐξεσμένης τῶν εὐαγγελιστῶν, τάχα δὲ καὶ ἀγγέλων καταλήψεως ὑπερέκεινα ἐστὶν ἡ τοῦ μονογενοῦς θεοῦ ἀνεκδιήγητος ὑπόστασις. εἰς εὐσεβεῖς οὐκ οἶμαι λογιζομένου τοῦ μέχρι τούτου ἐπερωτᾷν τι τολμῶντος, διὰ τὸ ἀνήκοον τοῦ, χαλεπώτερά σου μὴ ζήτει, καὶ ὑψηλότερά σου μὴ ἐξέταζε. εἰ γὰρ ἑτέρων πολλῶν ἡ γνῶσις, καὶ τούτων ἀσυγκρίτως κολοβωτέρων, κέκρυπται τὴν ἀνθρωπίνην κατάληψιν. οἷά ἐστι παρὰ παύλῳ, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη ἃ ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. ἀλ- C λὰ καὶ τὰ ἄστρα φησὶν ὁ θεὸς τῷ ἀβραὰμ ἀριθμῆσαι μὴ δύνασθαι. καὶ ἔτι, ἄμμον θαλασσῶν καὶ σταγόνας ὑετοῦ, φησὶ, τίς ἐξαριθμήσει. πῶς ἂν περιεργάσαιτό τις τὴν τοῦ θεοῦ λόγου ὑπόστασιν, ἐκτὸς εἰ μὴ μελαγχολικῇ διαθέσει ληφθεὶς τυγχάνοι· περὶ ἧς τὸ προφητικὸν πνεῦμά φησι. τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ἣν καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, εὐεργετῶν οὖν πάντων τῶν ἐν κόσμῳ κίονας, τὴν περὶ τούτων γνῶσιν αὐτῶν ἀποφορτίσασθαι ἐσπούδασε. πᾶσι μὲν οὖν αὐτοῖς ἀφύσικον εἶναι λέγων εἰς κατάληψιν, D μόνῳ δὲ τῷ πατρὶ ἀνακεῖσθαι τὴν τοῦ θειοτάτου τούτου μυστηρίου εἴδησιν· οὐδεὶς γὰρ ἔγνω τίς ἐστιν ὁ υἱός, λέγων, εἰ μὴ ὁ πατήρ. καὶ τὸν πατέρα οὐδεὶς ἔγνω εἰ μὴ ὁ υἱός. περὶ οὗ καὶ τὸν πατέρα οἶμαι λέγειν, τὸ μυστήριόν μου ἐμοὶ καὶ τοῖς ἐμοῖς. ὅτι δὲ μανιῶδες, τὸ ἐξ οὐκ ὄντων τὸν υἱὸν γεγονέναι φρονεῖν, χρονικὴν ἔχοντα τὴν προβολὴν, αὐτόθεν δείκνυται τὸ ἐξ οὐκ ὄντων, κἂν ἀγνοῶσιν οἱ ἀνόητοι τὴν τῆς φωνῆς αὐτῶν μανίαν.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ἢ γὰρ χρόνοις ἐμπολιτεύεσθαι δεῖ τὸ οὐκ ἦν, ἢ αἰῶνός τινι διαστήματι. εἰ τοίνυν ἀληθὲς τὸ πάντα δι' αὐτοῦ γεγονέναι, δηλονότι καὶ πᾶς αἰὼν καὶ χρόνος καὶ διαστήματα καὶ τὸ ποτὲ, ἐν οἷς τὸ οὐκ ἦν εὑρίσκεται, δι' αὐτοῦ ἐγένετο. καὶ πῶς οὐκ ἀπίθανον, τὸν καὶ χρόνους καὶ αἰῶνας καὶ καιροὺς, ἐν οἷς τὸ οὐκ ἦν συμπέφυρται, ποιήσαντα, αὐτόν ποτε μὴ εἶναι λέγειν. ἀδιανόητον γὰρ καὶ πάσης ἀμαθίας ἀνάπλεων, τὸν αἴτιον γινόμενόν τινος, αὐτὸν μεταγενέστερον λέγειν τῆς ἐκείνου γενέσεως. περιηγεῖται γὰρ κατ' αὐτοὺς τῆς τὰ ὅλα δημιουργούσης τοῦ θεοῦ σοφίας ἐκεῖνο τὸ διάστημα, ἐν ᾧ φασὶ μὴ γεγεννῆσθαι τὸν υἱὸν ἀπὸ τοῦ πατρός. ψευδομένης καὶ κατ' αὐτοὺς καὶ τῆς πρωτότοκον αὐτὸν εἶναι πάσης κτίσεως ἀναγορευούσης γραφῆς. σύμφωνα γοῦν τούτοις βοᾷ καὶ ὁ μεγαλοφωνότατος παῦλος, φάσκων περὶ αὐτοῦ. ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν. ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι, εἴτε κυριότητες, εἴτε θρόνοι· πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται· καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων. ἀσεβεστάτης οὖν φανείσης τῆς ἐξ οὐκ ὄντων ὑποθέσεως, ἀνάγκη τὸν πατέρα ἀεὶ εἶναι πατέρα, ἔστι δὲ πατὴρ ἀεὶ παρόντος τοῦ υἱοῦ, δι' ὃν χρηματίζει πατήρ. ἀεὶ δὲ παρόντος αὐτῷ τοῦ υἱοῦ, ἀεί ἐστιν ὁ πατὴρ τέλειος, ἀνελλιπὴς τυγχάνων ἐν τῷ καλῷ. οὐ χρονικῶς οὐδὲ ἐκ διαστήματος, οὐδὲ ἐξ οὐκ ὄντων γεννήσας τὸν μονογενῆ υἱόν. τί δὲ οὐκ ἀνόσιον τὸ λέγειν, ποτὲ μὴ εἶναι τὴν σοφίαν τοῦ θεοῦ, τὴν λέγουσαν. ἐγὼ ἤμην παρ' αὐτῷ ἁρμόζουσα, ἐγὼ ἤμην ᾗ προσέχαιρεν· ἢ τὴν δύναμιν τοῦ θεοῦ μὴ ὑπάρχειν ποτέ· ἢ τὸν λόγον αὐτοῦ ἠκρωτηριάσθαι ποτέ, ἢ τὰ ἄλλα ἐξ ὧν ὁ υἱὸς γνωρίζεται καὶ ὁ πατὴρ χαρακτηρίζεται. τὸ γὰρ ἀπαύγασμα τῆς δόξης μὴ εἶναι λέγειν, συναναιρεῖ καὶ τὸ πρωτότυπον φῶς, οὗ ἐστιν ἀπαύγασμα. εἰ δὲ καὶ ἡ εἰκὼν τοῦ θεοῦ οὐκ ἦν ἀεὶ, δῆλον ὅτι οὐδὲ οὗ ἐστιν εἰκὼν, ἔστιν ἀεί. ἀλλὰ καὶ τῷ μὴ εἶναι τὸν τῆς ὑποστάσεως τοῦ θεοῦ χαρακτῆρα, συναναιρεῖται κἀκεῖνος, ὁ πάντως παρ' αὐτοῦ χαρακτηριζόμενος. ἐξ ἧς ἐστιν ἰδεῖν τὴν υἱότητα τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, οὐδὲ μίαν ἔχουσαν κοινωνίαν πρὸς τὴν τῶν λοιπῶν υἱότητα.

A Illud enim, non erat, in tempore cenſeri oportet aut in aliquo ævi ſpatio. At ſi verum eſt omnia per ipſum facta eſſe, conſtat utique & ævum & tempus, & ſpatium omne, & illud aliquando, in quibus non fuiſſe reperitur, per ipſum facta eſſe. Et quomodo abſurdum non ſit, eum qui tempora & ſecula ac tempeſtates condidit, in quibus illud, non erat, confuſum eſt, ipſum aliquando non extitiſſe dicere. Eſt enim alienum à ſenſu, omniq; plenum inſcitia, cum qui alicujus rei auctor ſit, eadem re poſteriorem affirmare. Quippe juxta illorum ſententiam, ſpatium temporis quo dicunt, Filium Dei non extitiſſe ex Pa-

B tre, præceſſit ſapientiam Dei omnium rerum conditricem: mentiturq; ſecundùm eos ſcriptura, quæ primogenitum omnis creaturæ illum vocat. Quibus conſona ſunt, quæ vocaliſſimus Paulus de illo prædicat ita dicens: Quem conſtituit hæredem univerſorum: per quē fecit & ſæcula. Sed & in ipſo condita ſunt univerſa in cœlis & in terra, viſibilia & inviſibilia, ſive principatus ſive poteſtates, ſive dominationes, ſive throni: omnia per ipſum creata ſunt, & ipſe eſt ante omnia. Proinde cùm ab omni pietate alieniſſimam eſſe appareat

C ſententiam illam de non extantibus, neceſſariò dicendum eſt Patrem ſemper eſſe Patrem. Pater autem eſt, præſente ſemper Filio, ob quem dicitur Pater. Quocirca cùm ſemper ei præſens ſit Filius, ſemper eſt perfectus Pater, nulla re deſtitutus in bono: qui non in tempore, neq; ex intervallo, neq; è non extantibus, unicum Filiū genuit. Quomodo autem impium non ſit dicere, Sapientiam Dei aliquando non extitiſſe, quæ de ſe ipſa ita loquitur. Ego eram apud ipſum cuncta componens: ego eram cui adgaudebat: Aut virtutem

D Dei aliquando non extitiſſe: aut verbū ejus aliquando fuiſſe mutilatum: aut alia quandoque defuiſſe, ex quibus Filius cognoſcitur & Pater deſignatur. Is enim qui negat ſplendorem gloriæ exiſtere, ſimul tollit primitivum lumen cujus eſt ſplendor. Et ſi imago Dei ſemper non fuit, nec illum ſemper fuiſſe liquet cujus imago eſt. Denique negando figuram ſubſtantiæ Dei ſemper fuiſſe, ſimul tollitur ille qui perfecte ab eo exprimitur. Ex quo licet perſpicere filiationem Servatoris noſtri nihil prorſus habere commune cum reliquorū filia-

tione. Nam quemadmodum inexplicabilem ejus ſubſtantiam incomparabili excellentia præſtare oſtenſum eſt reliquis omnibus, quibus ille eſſentiam tribuit, ſic & ejus filiatio quæ juxta naturam eſt Paternæ Divinitatis, ineffabili quadam præſtantia ſuperat filiationem eorum, qui per ipſum adoptati ſunt filii. Nam ipſe quidem immutabilis eſt naturæ, undecunque perfectus, nec ullius rei indigens. Hi vero cùm mutationi in utramque partem ſint obnoxii, opus habent illius auxilio. Quem enim profectum facere poteſt Dei ſapientia? Quod augmentum accipere poteſt ipſa veritas & Deus Verbum? Qua ratione melior fieri poſſit vita & lux vera? Quod ſi ita ſe habet, quanto abſurdius eſt, ut ſapientia aliquando ſtultitiæ capax fuerit, ut virtus Dei infirmitati conjuncta ſit, aut ut ratio obſcurata fuerit vecordiâ, aut tenebræ cum vera luce permixtæ? cùm Apoſtolus diſertè dicat: Quæ ſocietas luci cum tenebris, aut quæ conventio Chriſto cū Belial: & Salomon neget fieri poſſe, ut cogitatione comprehendatur via colubri ſuper petram, quæ Chriſtus eſt juxta ſententiam Pauli. Homines verò & Angeli, qui ſunt ejus creaturæ, benedictionem acceperunt ut proficerent, in virtutis ſtudio & in mandatis legis ſeſe exercentes, ne in vitia dilabantur. Quamobrem Dominus noſter, cùm natura ſit Filius Patris, ab omnibus adoratur. Hi verò depoſito ſpiritu ſervitutis, ubi ex fortibus factis & ex continuo progreſſu ſpiritum adoptionis acceperint, beneficio ejus qui natura eſt Filius, filii fiunt adoptivi. Ac germanam quidem & propriam ac naturalem, eximiamque ejus filiationem Paulus declaravit, ita dicens de Deo: Qui proprio Filio non pepercit, ſed pro nobis non naturalibus ſcilicet filiis, illum tradidit. Nam ut illum diſtingueret ab iis, qui non ſunt propriè filii, proprium Filium eſſe eum dixit. In Evangelio verò legitur: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Præterea in Pſalmis Servator ait: Dominus dixit ad me, Filius meus es tu. Ubi ſe germanum ac genuinum eſſe demonſtrans, alios præter ſe genuinos non eſſe ſignificat. Jam verò quidnam illud eſt? Ex utero ante luciferum genui te. An non apertè indicat naturalem Paterni partus filiationem, quam non accurata morum caſtigatione, non exercita-

A ὃν τρόπον γὰρ ἡ ἄρρητος αὐτοῦ ὑπόστασις, ἀσυγκρίτῳ ὑπεροχῇ ἐδείχθη ὑπερκειμένη πάντων οἷς αὐτὸς τὸ εἶναι ἐχαρίσατο, οὕτως καὶ ἡ υἱότης αὐτοῦ κατὰ φύσιν τυγχάνουσα τῆς πατρικῆς θεότητος, ἀλέκτῳ ὑπεροχῇ διαφέρει τῶν δι' αὐτοῦ θέσει υἱοθετηθέντων. ὁ μὲν γὰρ ἀτρέπτου φύσεως τυγχάνει, τέλειος ὢν καὶ διὰ πάντων ἀνενδεής, οἱ δὲ, τῇ εἰς ἑκάτερα τροπῇ ὑποκείμενοι, τῆς παρὰ τούτου βοηθείας δέονται. τί γὰρ ἂν καὶ προκόψαι ἔχοι ἡ τοῦ θεοῦ σοφία, ἢ τί προσλαβεῖν ἡ αὐτοαλήθεια, ἢ ὁ θεὸς λόγος· πῶς ἂν ἔχοι βελτιωθῆναι ἡ ζωὴ, τὸ ἀληθινὸν
B φῶς. εἰ δὲ τοῦτο, πόσῳ πλέον ἀφύσικον τυγχάνει, μωρίας ποτὲ δεκτικὴν γενέσθαι τὴν σοφίαν, ἢ τὴν τοῦ θεοῦ δύναμιν ἀσθενείᾳ προσπλασθῆναι, ἢ ἀλογίᾳ τὸν λόγον ἀμαυρωθῆναι, ἢ τῷ ἀληθινῷ φωτὶ ἐπιμιχθῆναι σκότος. τοῦ μὲν ἀποστόλου αὐτόθεν λέγοντος, τίς κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος, ἢ τίς συμφώνησις χριστῷ πρὸς βελίαρ. τοῦ δὲ σολομῶντος, ὅτι ἀδύνατον ἂν εἴη κἂν μέχρι πρὸς ἐννοίας εὑρεθῆναι ὁδοὺς ὄφεως ἐπὶ πέτρας, ἥτις κατὰ παῦλον ἐστὶν ὁ χριστός. οἱ δὲ κτίσματα αὐτοῦ τυγχάνοντες, ἄνθρωποί τε καὶ ἄγγελοι, καὶ εὐλογίας εἰλήφασι προκό-
C πτειν, ἀρεταῖς ἀσκούμενοι καὶ νομίμοις ἐντολαῖς, πρὸς τὸ μὴ ἁμαρτάνειν. διὸ δὴ ὁ κύριος ἡμῶν φύσει τοῦ πατρὸς υἱὸς τυγχάνων, ὑπὸ πάντων προσκυνεῖται. οἱ δὲ, ἀποθέμενοι τὸ πνεῦμα τῆς δουλείας, ἐξ ἀνδραγαθημάτων καὶ προκοπῆς τὸ τῆς υἱοθεσίας λαβόντες πνεῦμα, διὰ τοῦ φύσει υἱοῦ εὐεργετούμενοι, γίνονται αὐτοὶ θέσει υἱοί. τὴν μὲν οὖν γνησίαν αὐτοῦ καὶ ἰδιότροπον, καὶ φυσικὴν καὶ κατεξαίρετον υἱότητα ὁ παῦλος οὕτως ἀπεφήνατο, περὶ θεοῦ εἰπών· ὅς γε τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο,
D ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν, δηλονότι τῶν μὴ φύσει υἱῶν, παρέδωκεν αὐτόν. πρὸς γὰρ ἀντιδιαστολὴν τῶν οὐκ ἰδίων, αὐτὸν ἴδιον υἱὸν ἔφησεν εἶναι. ἐν δὲ τῷ εὐαγγελίῳ· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα. ἐν δὲ ψαλμοῖς, ὁ σωτήρ φησιν· κύριος εἶπε πρός με, υἱός μου εἶ σύ· γνησιότητα ἐμφανίζων, σημαίνει μὴ εἶναι αὐτοῦ γνησίους υἱοὺς ἄλλους τινὰς παρ' αὐτόν· τί δὲ καὶ τὸ, ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε, οὐχὶ ἄντικρυς τῆς πατρικῆς μαιεύσεως φυσικὴν ἐνδείκνυται υἱότητα, οὐ τρόπων ἐπιμελείᾳ καὶ προκοπῆς ἀσκήσει,

ἀλλὰ φύσεως ἰδιώματι ταύτην λαχόντος. ὅθεν καὶ ἀμετάπτωτον ἔχει τὴν υἱότητα ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ πατρός. τὴν δὲ τῶν λογικῶν υἱοθεσίαν, οὐ κατὰ φύσιν ὑπάρχουσαν αὐτοῖς, ἀλλὰ τρόπων ἐπιτηδειότητι καὶ δωρεᾷ θεοῦ, καὶ μεταπτωτὴν οἶδεν ὁ λόγος. ἰδόντες γὰρ οἱ υἱοὶ τοῦ θεοῦ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, ἔλαβον ἑαυτοῖς γυναῖκας, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ, υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα· αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν, διὰ Ἠσαΐου εἰρηκέναι τὸν θεὸν ἐδιδάχθημεν. πολλὰ λέγειν ἔχων ἀγαπητοὶ παρέρχομαι, φορτικὸν εἶναι νομίσας, διὰ πλειόνων διδασκάλους ὁμόφρονας ὑπομιμνήσκειν. αὐτοὶ γὰρ θεοδίδακτοι ἐστέ, οὐκ ἀγνοοῦντες ὅτι ἡ ἔναγχος ἐπαναστᾶσα τῇ ἐκκλησιαστικῇ εὐσεβείᾳ διδασκαλία, Ἐβίωνός ἐστι καὶ Ἀρτεμᾶ, καὶ ζῆλος τοῦ κατὰ Ἀντιόχειαν Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, συνόδῳ καὶ κρίσει τῶν ἁπανταχοῦ ἐπισκόπων ἀποκηρυχθέντος τῆς ἐκκλησίας· ὃν διαδεξάμενος Λουκιανὸς, ἀποσυνάγωγος ἔμεινε τριῶν ἐπισκόπων πολυετεῖς χρόνους. ὧν τῆς ἀσεβείας τὴν τρύγα ἐρροφηκότες, νῦν ἡμῖν οἱ ἐξ οὐκ ὄντων ἐπεφύησαν, τὰ ἐκείνων κεκρυμμένα μοσχεύματα, Ἄρειός τε καὶ Ἀχιλλᾶς, καὶ ἡ τῶν σὺν αὐτοῖς πονηρευομένων σύνοδος· καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως ἐν Συρίᾳ χειροτονηθέντες ἐπίσκοποι τρεῖς, διὰ τοῦ συναινεῖν αὐτοῖς, ἐπὶ τὸ χεῖρον ὑπεκκαίουσι· περὶ ὧν ἡ κρίσις ὑπανακείσθω τῇ ὑμετέρᾳ δοκιμασίᾳ· οἳ τὰς μὲν τοῦ σωτηρίου πάθους, ταπεινώσεώς τε καὶ κενώσεως καὶ τῆς καλουμένης αὐτοῦ πτωχείας, καὶ ὧν ἐπίκτητος ὁ σωτὴρ δι' ἡμᾶς ἀνεδέξατο φωνάς, διὰ μνήμης ἔχοντες, παρατίθενται ἐπὶ παραγραφῇ τῆς ἀνωτάτω καὶ ἀρχῆθεν αὐτοῦ θεότητος· τῶν δὲ τῆς φυσικῆς αὐτοῦ δόξης τε καὶ εὐγενείας καὶ παρὰ τῷ πατρὶ μονῆς σημαντικῶν λόγων ἐπιλήσμονες γεγόνασιν· οἷόν ἐστι τό, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν. ὅπερ φησὶν ὁ κύριος, οὐ πατέρα ἑαυτὸν ἀναγορεύων, οὐδὲ τὰς τῇ ὑποστάσει δύο φύσεις μίαν εἶναι σαφηνίζων· ἀλλ' ὅτι τὴν πατρικὴν ἐμφέρειαν ἀκριβῶς πέφυκε σώζειν ὁ υἱὸς τοῦ πατρός, τὴν κατὰ πάντα ὁμοιότητα αὐτοῦ ἐκ φύσεως ἀπομαξάμενος, καὶ ἀπαράλλακτος εἰκὼν τοῦ πατρὸς τυγχάνων, καὶ τοῦ πρωτοτύπου ἔκτυπος χαρακτήρ· ὅθεν καὶ τῷ τηνικαῦτα ποθοῦντι ἰδεῖν Φιλίππῳ ἀφθόνως ὁ κύριος ἐμφανίζει· πρὸς ὃν λέγοντα, δεῖξον

A tione virtutum ac profectu, ſed naturæ proprietatem ſortitus eſt? Quamobrē unigenitus quidem Filius Patris firmam ac ſtabilem poſſidet Filiationem. Rationalium vero filiorum adoptionē non natura illis competere, ſed morum probitate & Dei beneficio parari, mutabilemque eſſe agnoſcit Scriptura. Videntes enim filii Dei filias hominum, acceperunt ſibi uxores, & quæ ſequuntur. Et alibi: Filios genui & exaltavi, ipſi autem ſpreverunt me: Deum per Eſaiam Prophetam dixiſſe accepimus. Plura cùm poſſim dicere, fratres cariſſimi, conſulto prætereo, quippe qui importunum eſſe ducam, Doctores qui
B nobiſcum conſentiunt, pluribus admonere. Ipſi enim è Deo docti eſtis: nec ignoratis, eam doctrinam quæ adverſus Eccleſiaſticam pietatem nuper caput extulit, Ebionis eſſe & Artemæ: nec aliud eſſe quàm imitationem Pauli Samoſateni Antiochiæ Epiſcopi, qui omnium ubique Epiſcoporum concilio ac judicio ab Eccleſia remotus eſt. Cui ſuccedens Lucianus, pluribus annis à communione trium Epiſcoporum ſeſe abjunxit. Horum impietatis fæcem cùm hauſiſſent, nuper nobis orti ſunt Exucontii: occulta illorum germina,
C Arius ſcilicet & Achillas, & reliqua impiorum iſtis adhærentium turba. Ac neſcio quo modo ordinati in Syria tres Epiſcopi, illis conſentiendo, eos ad pejora incitant. Quorum judicium veſtro examini reſervetur. Qui ſalutaris paſſionis & abjectionis atque exinanitionis, & paupertatis quam vocant, eorum deniq; omnium quæ Servator noſter noſtrâ causâ ſuſcepit, adſcititias voces memoria retinentes, eas ad ſupremam æternamque illius Divinitatem refellendam afferunt. Eorum autem verborum quæ naturalem ejus gloriam
D ac nobilitatem & apud Patrem manſionem deſignant, prorſus immemores ſunt. Cujusmodi eſt illud: Ego & Pater unum ſumus. Quod quidem Dominus dicit, non quo ſeipſum Patrem renuntiet, nec quo duas perſonas unam eſſe demonſtret: ſed quoniam Patris Filius expreſſam Patris ſimilitudinem exactiſſimè ſervat, quippe qui omnimodam ejus ſimilitudinem à natura impreſſam habeat, ſitq; imago Patris, nulla in re diſcrepans, & primitivi exemplaris expreſſa figura. Unde etiā Philippo tunc videre cupienti Domin⁹ abunde commonſtrat. Dicenti enim, Oſtēde nobis,

Patrem, reſpondet: Qui vidit me, vidit & Patrem. Quippe cùm per puriſſimũ & animatum ſpeculum Divinæ imaginis ipſe conſpiciatur Pater. Quibus ſimile eſt id quod Sancti dicunt in Pſalmis. In lumine tuo videbimus lumen. Quocirca qui honore afficit Filium, ſimul honore afficit Patrem: & qui honorant Patrem, honorat etiam Filium, & quidem merito. Omne enim impium verbum quod profertur in Filium, ad perſonam Patris pertinet. Poſthæc vero cui mirum videatur id quod ſcripturus ſum, ſi calumnias ab illis confictas adverſus me & adverſus religioſiſſimam plebem expoſuero. Nam qui Divinitatem Filii Dei oppugnare aggreſſi ſunt, nos quoque ingrato animo conviciis appetere non verentur. Qui nec ullos ex antiquis ſibi comparari volunt: nec eos quibus nos ab ineunte ætate magiſtris uſi ſumus, exæquari ſibi patiuntur. Sed nec ullum ex omnibus qui hodie ſunt collegæ noſtri, ad mediocrem ſcientiam perveniſſe cenſent: Solos ſapientes ac nihil poſſidentes, ſolos dogmatum inventores ſe eſſe jactantes, ſibiq; ſolis ea revelata eſſe, quæ nemini unquam eorum qui ſub cœlo ſunt in mentem venerint. O impiam arrogantiam! ô veſaniam immenſam! ô inanem gloriam, atra bile percitis convenientem! ô ſuperbia Satanæ, quæ ſceleratis eorum mentibus inſedit. Non illis pudorem incuſſit veterum Scripturarum perſpicuitas religioſa: nec collegarum noſtrorum conſentiens de Chriſto doctrina, audaciam eorum adverſus illum repreſſit. Quorum impietatem ne ipſi quidem dæmones laturi ſunt, quippe qui cavent, ne quam adverſus Filium Dei impiam vocem emittant. Atque hæc pro virili parte nunc à nobis diſputata ſint, adverſus eos qui in imperita materia tanquam in pulvere volutati, Chriſtum impugnare aggreſſi ſunt, & noſtram erga illum pietatem calumniari inſtituerunt. Ajunt enim iſti ineptarum fabularum inventores, nos qui impiam & nullo ſcripturarum teſtimonio fultam blaſphemiam, ex non extantibus, averſamur, duo ingenita aſſerere. Duorum enim alterum neceſſario eſſe dicendum affirmant imperiti: aut illum ex non extantibus eſſe, aut certe duo eſſe ingenita: nec intelligunt rudes atque ignari, multum intereſſe inter Patrem ingenitum, & res ab illo creatas ex nihilo,

A ἡμῖν τὸν πατέρα, λέγει· ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα· ὥσπερ διὰ ἐσόπτρου ἀκηλιδώτου καὶ ἐμψύχου θείας εἰκόνος, αὐτοῦ θεωρουμένου τοῦ πατρός· ὧν ὅμοιον ἐν ψαλμοῖς οἱ ἁγιώτατοι φασίν· ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς. διὸ δὴ καὶ ὁ τιμῶν τὸν υἱὸν, τιμᾷ τὸν πατέρα, καὶ εἰκότως. πᾶσα γὰρ ἀσεβὴς φωνὴ εἰς τὸν υἱὸν λέγεσθαι τολμωμένη, εἰς τὸν πατέρα τὴν ἀναφορὰν ἔχει· καὶ τὸ λοιπὸν ἔτι θαυμαστὸν ὃ μέλλω γράφειν ἀγαπητοί, εἰ τὰς κατ' ἐμοῦ ψευδεῖς διαβολὰς καὶ τοῦ εὐσεβεστάτου ἡμῶν λαοῦ ἐκθήσομαι· οἱ γὰρ κατὰ τῆς θεότητος τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ παραταξάμε- B νοι, οὐδὲ τὰς καθ' ἡμῶν ἀχαρίστους παροινίας παραιτοῦνται λέγειν· οἳ οὐδὲ τῶν ἀρχαίων τινὰς συγκρίνεσθαι ἑαυτοῖς ἀξιοῦσιν, οὐδὲ οἷς ἡμεῖς ἐκ παίδων ὡμιλήσαμεν διδασκάλοις, ἐξισοῦσθαι ἀνέχονται· ἀλλ' οὐδὲ τῶν νῦν πανταχοῦ συλλειτουργῶν τινὰ εἰς μέτρον σοφίας ἡγοῦνται· μόνοι σοφοὶ καὶ ἀκτήμονες καὶ δογμάτων εὑρεταὶ λέγοντες εἶναι, καὶ αὐτοῖς ἀποκεκαλύφθαι μόνοις, ἅπερ οὐδενὶ τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον ἑτέρῳ πέφυκεν ἐλθεῖν εἰς ἔννοιαν. ὢ ἀνοσίου τύφου καὶ ἀμέτρου μανίας, καὶ μελαγχολικῆς C ἡρμοσμένης δόξης κενῆς, καὶ σατανικοῦ φρονήματος, εἰς τὰς ἀνοσίους αὐτῶν ψυχὰς ἀποσκιρώσαντος. οὐκ ᾐδέσεν αὐτοὺς ἡ τῶν ἀρχαίων γραφῶν φιλόθεος σαφήνεια. οὐδὲ ἡ τῶν συλλειτουργῶν σύμφωνος περὶ Χριστοῦ εὐλάβεια, τὴν κατ' αὐτοῦ θρασύτητα αὐτῶν ἠμαύρωσεν. ὧν οὐδὲ τὰ δαιμόνια τῆς ἀνοσιουργίας ἀνέχεται, φωνὴν βλάσφημον κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ εἰπεῖν φυλαττόμενα. ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν κατὰ τὴν παροῦσαν δύναμιν ἐπαπορείσθω, πρὸς τοὺς ἀπαιδεύτῳ ὕλῃ κατὰ τοῦ Χριστοῦ κονισαμένους, καὶ D τὴν εἰς αὐτὸν εὐσέβειαν ἡμῶν συκοφαντεῖν προθεμένους. φασὶ γὰρ ἡμᾶς οἱ φληνάφων ἐφευρεταὶ μύθων, ἀποστρεφομένους τὴν ἐξ οὐκ ὄντων ἀσεβῆ καὶ ἄγραφον κατὰ Χριστοῦ βλασφημίαν, ἀγέννητα διδάσκειν δύο· δυοῖν θάτερον λέγοντες δεῖν εἶναι οἱ ἀπαίδευτοι, ἢ ἐξ οὐκ ὄντων αὐτὸν εἶναι φρονεῖν, ἢ πάντως ἀγέννητα λέγειν δύο· ἀγνοοῦντες οἱ ἀνάσκητοι, ὡς μακρὸν ἂν εἴη μεταξὺ πατρὸς ἀγεννήτου, καὶ τῶν κτισθέντων

ὑπ'

A ὑπ' αὐτοῦ ἐξ οὐκ ὄντων, λογικῶν τε καὶ ἀλόγων. ὧν μεσιτεύουσα φύσις μονογενής, δι' ἧς τὰ ὅλα ἐξ οὐκ ὄντων ἐποίησεν ὁ πατὴρ τοῦ θεοῦ λόγου. ἣ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ὄντος πατρὸς γεγέννηται. ὡς καὶ αὐτός που διεμαρτύρατο λέγων ὁ κύριος, ὁ ἀγαπῶν τὸν πατέρα, ἀγαπᾷ καὶ τὸν υἱὸν τὸν γεγεννημένον ἐξ αὐτοῦ. περὶ ὧν ἡμεῖς οὕτως πιστεύομεν, ὡς τῇ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ δοκεῖ, εἰς μόνον ἀγέννητον πατέρα, οὐδένα τοῦ εἶναι αὐτῷ τὸν αἴτιον ἔχοντα, ἄτρεπτόν τε καὶ ἀναλλοίωτον, ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντα, οὔτε προκοπὴν, οὔτε μείωσιν ἐπιδεχόμενον. B νόμου καὶ προφητῶν καὶ εὐαγγελίων δοτῆρα, πατριαρχῶν καὶ ἀποστόλων καὶ ἁπάντων ἁγίων κύριον. καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν μονογενῆ, γεννηθέντα οὐκ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, ἀλλ' ἐκ τοῦ ὄντος πατρὸς, οὐ κατὰ τὰς τῶν σωμάτων ὁμοιότητας, ταῖς τομαῖς ἢ ταῖς ἐκ διαιρέσεων ἀποῤῥοίαις, ὥσπερ Σαβελλίῳ καὶ Βαλεντίνῳ δοκεῖ. ἀλλ' ἀῤῥήτως καὶ ἀνεκδιηγήτως, κατὰ τὸν εἰπόντα, ὡς ἀνωτέρω παρεθήκαμεν, τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται. τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ πάσῃ τῇ γενητῇ φύσει ἀπεριεργάστου τυγχανούσης, καθὼς καὶ αὐτὸς ὁ πατὴρ ἀπεριέργαστός ἐστι, διὰ C τὸ χωρεῖν τὴν τῶν λογικῶν φύσιν, τῆς πατρικῆς θεογονίας τὴν εἴδησιν. ἅπερ οὐ παρ' ἐμοῦ δεῖ μαθεῖν ἄνδρας τῷ τῆς ἀληθείας πνεύματι κινουμένους, ὑπηχούσης ἡμᾶς καὶ τῆς φθασάσης Χριστοῦ περὶ τούτου φωνῆς καὶ διδασκούσης. οὐδεὶς οἶδε τίς ἐστιν ὁ πατὴρ, εἰ μὴ ὁ υἱός. καὶ οὐδεὶς οἶδε τίς ἐστιν ὁ υἱὸς, εἰ μὴ ὁ πατήρ· ἄτρεπτον τοῦτον καὶ ἀναλλοίωτον ὡς τὸν πατέρα, ἀπροσδεῆ, καὶ τέλειον υἱὸν, ἐμφερῆ τῷ πατρὶ μεμαθήκαμεν, μόνῳ τῷ ἀγεννήτῳ λειπόμενον ἐκείνου. εἰκὼν γάρ ἐστιν ἀπηκριβωμένη καὶ ἀπα- D ράλλακτος τοῦ πατρός. πάντων γὰρ εἶναι τὴν εἰκόνα πλήρη, δι' ὧν ἡ μείζων ἐμφέρεια δῆλον, ὡς αὐτὸς ἐπαίδευσεν ὁ κύριος. ὁ πατήρ μου, λέγων, μείζων μού ἐστι. καὶ κατὰ τοῦτο καὶ τὸ ἀεὶ εἶναι τὸν υἱὸν ἐκ τοῦ πατρὸς πιστεύομεν. ἀπαύγασμα γάρ ἐστι τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως. ἀλλὰ μή τις τὸ ἀεὶ πρὸς ὑπόνοιαν ἀγεννήτου λαμβανέτω, ὡς οἴονται οἱ τὰ ψυχῆς αἰσθητήρια πεπηρωμένοι. οὔτε γὰρ τὸ ἦν, οὔτε

tam rationales, quam rationis expertes. Inter quæ duo medium obtinens unigenita natura Dei Verbi, per quam Pater univerſa condidit ex nihilo, ex ipſo vero Patri progenita eſt. Sicut ipſe Dominus quodam loco teſtatus eſt his verbis; Qui diligit Patrem, diligit etiam Filium qui ex eo genitus eſt. De quibus nos ita credimus, quemadmodum Apoſtolica ſentit Eccleſia: In unũ ingenitum Patrem, qui à nullo cauſam habet eſſentiæ ſuę: nec converſioni obnoxium nec mutationi: qui ſemper eodem modo ſe habet: nec profectum nec diminutionem admittit: qui legem & Prophetas & Evangelia nobis dedit: qui Dominus eſt Patriarcharum & Apoſtolorum, Sanctorumq; omnium. Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum, Filium Dei unigenitum: non ex nihilo genitum, ſed ex eo qui Pater eſt; non corporum more, per inciſiones aut defluxus diviſionum, quemadmodum Sabellio videtur & Valentino: ſed inexplicabili & inenarrabili quodam modo, juxta Prophetæ verba, quæ ſupra retulimus: Generationem ejus quis enarrabit? Quippe cùm ejus ſubſiſtentiam nulla mortalis natura perveſtigare poſſit, ſicut nec Pater ab ullo inveſtigari poteſt, propterea quòd rationalis natura modum divinæ illius ex Patre generationis percipere haudquaquam valet. Verum homines qui Spiritu veritatis moventur, non opus habent iſta à me diſcere, cùm auribus noſtris inſonent verba jam olim à Chriſto hac de re prolata, noſque ita doceant; Nemo novit Patrem niſi Filius, & nemo novit quis ſit Filius niſi Pater. Hunc converſionis ac mutationis expertem perinde ac Patrem, nullius egentem, & perfectum Filium Patriſque ſimilem eſſe didicimus, hoc ſolo inferiorem Patre, quod ingenitus non eſt. Eſt enim imago Patris exactiſſima & in nullo diſcrepans. Quippe liquet eum imaginem eſſe plene omnia continentem, quibus maxima ſimilitudo declaratur, ſicut ipſe Dominus docuit, cùm ait: Pater major me eſt. Et ſecundum hoc Filium è Patre ſemper exiſtere credimus. Eſt enim ſplendor Paternæ gloriæ, & figura ſubſtantiæ ejus. Sed nemo eam vocem, Semper, ad ſuſpicionem trahat ingeniti, ſicut exiſtimant ii qui ſenſus animi occæcatos habent. Nam nec verbum erat, nec ſemper, nec ante

A ſecula idem eſt quod ingenitum. Sed
neq; aliud ullum vocabulum humana
mens comminiſci poteſt, quod ſigni-
ficet ingenitum. Atque ita vos intelli-
gere credo, veſtroq; in omnibus recto
conſilio ac propoſito confido, quando-
quidem hæc verba nullatenus ingeni-
tum ſignificant. Etenim hæc verba ni-
hil aliud videntur eſſe quam temporis
productio: ſed Divinitatem, & quaſi
antiquitatem Unigeniti pro dignitate
exprimere non poſſunt: à ſanctis au-
tem viris prolata ſunt, dum ſinguli hoc
B myſterium pro captu ſuo nituntur ex-
primere, veniam petentes ab auditori-
bus, cum juſta ac probabili excuſatio-
ne dicendo; huc usque pertigimus.
Quod ſi qui ſunt qui ab ore mortali vo-
cem aliquam expectent præſtantio-
rem humano ſenſu captuque, abolita
eſſe, dicentes, ea quæ ipſis ex parte
ſunt cognita; longe profecto inferius
eſt illorum ſpe atq; expectatione ver-
bum erat & ſemper, & ante ſecula. Et
quidquid tandem prolatum fuerit, non
idem eſt cum Ingenito. Itaq; Patri qui-
dem ingenito propriam dignitatem
ſervare oportet, nullam eum habere
exiſtentiæ ſuæ cauſam profitendo. Fi-
C lio vero competens honor tribuendus
eſt, principio carentem ex Patre gene-
rationem ei aſſignando, cultumque ei
ſicut diximus exhibendo: ita ut tan-
tummodo, erat, & ſemper, & ante ſe-
cula, pie ac religioſe de illo prædice-
mus: Divinitatem quidem ejus nequa-
quam rejicientes; ſed imagini atque
exemplari Patris reſpondentem in o-
mnibus ſimilitudinem ei adſcribentes.
Solum vero ingenitum, Patris propriũ
eſſe dicamus, cum & ipſe Servator di-
xerit, Pater major me eſt. Præter hanc
autem piam de Patre & Filio ſenten-
tiam, unum inſuper Spiritum ſanctum,
D ut divinæ Scripturæ nos docent, confi-
temur, qui & ſanctos homines veteris
Teſtamenti, & divinos doctores ejus
quod novum appellatur, innovavit.
Unam præterea ac ſolam Catholicam,
Apoſtolicam Eccleſiam: quæ ſemper
quidem inexpugnabilis eſt, licet uni-
verſus orbis eam oppugnet: victrix
una eſt omnis impiæ factionis hæreti-
corum qui adverſus ipſam conſurgunt.
Quippe ſponſus illius, animos noſtros
confirmavit his verbis: Confidite,
ego vici mundum. Ad hæc novimus
reſurrectionem mortuorum, cujus pri-
mitiæ fuit Dominus noſter Jeſus

A τὸ ἀεὶ οὔτε τὸ πρὸ αἰώνων, ταὐτόν ἐστι τῷ ἀγεν-
νήτῳ. ἀλλ' οὐδ' ὅτιοῦν ἀνθρώπου ἔννοια ὀνο-
ματοποιῆσαι σπουδάσει, δηλοῖ τὸ ἀγέννητον.
ὡς καὶ ὑμᾶς οὕτως ἐκδέχεσθαι πιστεύω, καὶ τε-
θάῤῥηκα τῇ περὶ πάντων ὑμῶν ὀρθῇ προθέ-
σει, κατὰ μηδένα τρόπον τούτων τῶν ὀνομάτων
τὸ ἀγέννητον δηλούντων. ἔοικε γὰρ οἱονεὶ χρόνων
εἶναι παρέκτασις ταῦτα τὰ ὀνόματα, τὴν μέν-
τοι καὶ ἀξίαν τοῦ μονογενοῦς θεότητα, καὶ οἷον
ἀρχαιότητα σημαίνειν μὴ δυνάμενα. τῶν δὲ
B ἁγίων ἀνδρῶν ὡς δύναμις ἑκάστῳ ἐμφανίσαι
τὸ μυστήριον βιαζομένων, καὶ συγγνώμην αἰ-
τούντων παρὰ τῶν ἀκροατῶν δι' εὐλόγου ἀπολο-
γίας, διὰ τοῦ λέγειν εἰς ὃ ἐφθάσαμεν. εἰ δέ τι
παρὰ τὸ ἀνθρώπινον, διὰ χειλέων φθέγμα
μεῖζόν τι προσδοκῶσιν οἱ ἄνδρες, τὰ ἐκ μέρους
αὐτοῖς γνωσθέντα καταργεῖσθαι λέγοντες, δῆ-
λον ὅτι πολὺ τοῦ ἐλπιζομένου λείπεται τὸ ἦν καὶ
τὸ ἀεὶ καὶ τὸ πρὸ αἰώνων, ὅπερ δ' ἂν ᾖ, οὐκ ἔστι
ταὐτὸν τῷ ἀγεννήτῳ. οὐκοῦν τῷ μὲν ἀγεννήτῳ
πατρὶ, οἰκεῖον ἀξίωμα φυλακτέον, μηδένα
τοῦ εἶναι αὐτῷ τὸν αἴτιον λέγοντας· τῷ δὲ υἱῷ
τὴν ἁρμόζουσαν τιμὴν ἀπονεμητέον, τὴν ἄναρ-
C χον αὐτῷ παρὰ τοῦ πατρὸς γέννησιν ἀνατιθέν-
τας, καὶ ὡς ἐφθάσαμεν αὐτῷ σέβας ἀπονέ-
μοντες, μόνον εὐσεβῶς καὶ εὐφήμως τὸ ἦν καὶ τὸ
ἀεὶ καὶ τὸ πρὸ αἰώνων λέγοντες ἐπ' αὐτοῦ. τὴν
μέντοι θεότητα αὐτοῦ μὴ παραιτούμενοι, ἀλλὰ
τῇ εἰκόνι καὶ τῷ χαρακτῆρι τοῦ πατρὸς ἀπη-
κριβωμένην ἐμφέρειαν κατὰ πάντα ἀνατιθέν-
τες. τὸ δὲ ἀγέννητον τῷ πατρὶ μόνον ἰδίωμα
παρεῖναι δοξάζοντες, ἅτε δὴ καὶ αὐτοῦ φά-
σκοντος τοῦ σωτῆρος, ὁ πατήρ μου μείζων μου
ἐστί. πρὸς δὲ τῇ εὐσεβεῖ ταύτῃ περὶ πατρὸς καὶ
υἱοῦ δόξῃ καθὼς ἡμᾶς αἱ θεῖαι γραφαὶ διδά-
D σκουσιν, ἓν πνεῦμα ἅγιον ὁμολογοῦμεν, τὸ
καινίσαν τούς τε τῆς παλαιᾶς διαθήκης ἁ-
γίους ἀνθρώπους, καὶ τοὺς τῆς χρηματιζούσης
καινῆς παιδευτὰς θείους. μίαν καὶ μόνην καθο-
λικὴν, τὴν ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν. ἀκαθαί-
ρετον μὲν ἀεὶ, κἂν πᾶς ὁ κόσμος αὐτῇ πολεμεῖν
βούληται). νικηφόρον δὲ πάσης τῆς τῶν ἑτερο-
δόξων ἀσεβεστάτης ἐπαναστάσεως, εὐθαρσεῖς
ἡμᾶς καταστευάσαντος τοῦ οἰκοδεσπότου αὐ-
τῆς, διὰ τοῦ βοᾶν. θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν
κόσμον. μετὰ τοῦτον τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν οἴ-
δαμεν, ἧς ἀπαρχὴ γέγονεν ὁ κύριος ἡμῶν

Ἰησοῦς Χριστός, σῶμα φορέσας ἀληθῶς καὶ οὐ δοκήσει, ἐκ τῆς θεοτόκου Μαρίας, ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας ἐπιδημήσας τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, σταυρωθεὶς καὶ ἀποθανών, ἀλλ' οὐ διὰ ταῦτα τῆς ἑαυτοῦ θεότητος ἥττων γεγενημένος, ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν, ἀναληφθεὶς ἐν οὐρανοῖς, καθήμενος ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης. Ταῦτα ἐκ μέρους ἐνεχάραξα τῇ ἐπιστολῇ, τὸ καθ' ἕκαστον ἐπ' ἀκριβείας γράφειν, φορτικὸν ὡς ἔφην, εἶναι νομίσας, διὰ τὸ μὴ δὲ τὴν ἱερὰν ὑμῶν ταῦτα λεληθέναι σπουδήν. ταῦτα διδάσκομεν, ταῦτα κηρύττομεν, ταῦτα τῆς ἐκκλησίας τὰ ἀποστολικὰ δόγματα, ὑπὲρ ὧν καὶ ἀποθνήσκομεν, τῶν ἐξόμνυσθαι αὐτὰ βιαζομένων ἧττον πεφροντικότες, εἰ καὶ διὰ βασάνων ἀναγκάζουσι, τὴν ἐν αὐτοῖς ἐλπίδα μὴ ἀποστρεφόμενοι. ὧν ἐναντίοι γενόμενοι οἱ ἀμφὶ τὸν Ἄρειον καὶ Ἀχιλλᾶν, καὶ οἱ τῆς ἀληθείας σὺν αὐτοῖς πολέμιοι, ἀπεώσθησαν τῆς ἐκκλησίας, ἀλλότριοι γενόμενοι τῆς εὐσεβοῦς ἡμῶν διδασκαλίας, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον λέγοντα. εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω, κἂν ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εἶναι προσποιῆται. ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἑτεροδιδασκαλεῖ, καὶ μὴ προσέρχεται τοῖς ὑγιαίνουσι λόγοις τοῖς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῇ κατ' εὐσέβειαν διδασκαλίᾳ, τετύφωται, μηδὲν ἐπιστάμενος, καὶ τὰ ἑξῆς. τούτους οὖν ἀναθεματισθέντας ἀπὸ τῆς ἀδελφότητος, μηδεὶς ὑμῶν δεχέσθω, μὴ δὲ ἀνεχέσθω τῶν λεγομένων ἢ γραφομένων ὑπ' αὐτῶν. πάντα γὰρ οἱ γόητες ψεύδονται, ἀλήθειαν οὐ μὴ λαλήσουσι. περιέρχονται γὰρ τὰς πόλεις, οὐδὲν ἕτερον σπουδάζοντες, ἢ τῷ τῆς φιλίας προσχήματι καὶ τῷ τῆς εἰρήνης ὀνόματι, δι' ὑποκρίσεως καὶ κολακείας γράμματα διδόναι καὶ λαμβάνειν, πρὸς τὸ πλανᾷν διὰ τούτων τὰ ὑπ' αὐτῶν ἠπατημένα ὀλίγα γυναικάρια, σεσορευμένα ἁμαρτίαις, καὶ τὰ ἑξῆς. τούτους οὖν τοὺς τὰ τοσαῦτα κατὰ Χριστοῦ τολμήσαντας, τοὺς τὸν χριστιανισμὸν τοῦτο μὲν δημοσίᾳ διασύραντας, τοῦτο δὲ ἐπὶ δικαστηρίων ἐπιδεικνύειν φιλοτιμουμένους, τοὺς διωγμὸν ἡμῖν ἐν εἰρήνῃ τὸ ὅσον ἐπ' αὐτοῖς ἐπεγείραντας, τοὺς τὸ ἄρρητον μυστήριον τῆς Χριστοῦ γενέσεως ἐκνευρίσαντας, τούτους ἀποστραφέντες ἀγαπητοὶ καὶ ὁμόψυχοι ἀδελφοί, σύμψηφοι γίνεσθε κατὰ τῆς μανιώδους αὐτῶν τόλμης, καθ' ὁμοιότητα τῶν ἀγανακτησάντων συλλειτουργῶν ἡμῶν, καὶ ἐπιστειλάντων

A Chriſtus, qui carnem revera geſtavit, non ſola ſpecie, ſumptam ex Maria Deipara, qui in fine ſeculorum, ut peccatum tolleret, ad humanum genus advenit, crucique fixus & mortuus eſt; nec tamen idcirco divinitatis ſuæ detrimentum ſenſit: ſuſcitatus ex mortuis, aſſumptus in cœlum, ſedensq; ad dexteram majeſtatis. Hæc ex parte perſcripſi in hac epiſtola, ſingula accurate perſequi importunum arbitratus, ut antea dixi, eo quod religioſam veſtram diligentiam non lateant. Hæc B docemus, hæc prædicamus. Hæc ſunt Apoſtolica Eccleſiæ dogmata, pro quibus mortem quoque libenter oppetimus: parvi facientes eos qui nos iſta negare compellunt, ſpemque in iis poſitam non abjicientes, licet iſti tormentis adhibitis vim afferant. Quibus adverſantes Arius & Achillas, & qui cum illis ſunt hoſtes veritatis, Eccleſia expulſi ſunt, utpote alieni à noſtra pia doctrina, juxta beatum Paulum, qui ait: Si quis vobis evangelizaverit præter id quod accepiſtis, anathema ſit, licet Angelum de cœlo ſe eſſe ſimulet. Sed &, Si quis aliud doceat & non acquieſcat ſacris ſermoni- C bus Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ei quæ ſecundùm pietatem eſt doctrinæ, is inflatur nihil ſciens: & quæ ſequuntur. Hos igitur ab univerſis fratribus anathematizatos nemo veſtrûm ſuſcipiat, nec ea quæ ab illis aut dicuntur aut ſcribuntur admittat. Omnia enim mentiuntur præſtigiatores, nec veritatem unquam loquentur. Circumeunt ſiquidem civitates, nihil aliud molientes, quam ut amicitiæ ſpecie, & ſub nomine pacis, per ſimulationem & blanditias dent litteras atque accipiant; quibus mulierculas paucas ab ipſis deceptas & peccatis D onuſtas in errorem inducant; & cætera. Hos ergo qui tot ac tanta auſi ſunt contra Chriſtum; qui Chriſtianam religionem partim irriſerunt publicè, partim in judiciis traducere ac denotare ſtudent: qui pacis tempore perſecutionem adverſus nos quantum in ipſis eſt, excitarunt: qui ineffabile myſterium generationis Chriſti enervarunt: hos inquam averſantes, chariſſimi atque unanimes fratres, ſuffragamini nobis adverſus furioſam illorum audaciam, perinde ac collegæ noſtri, qui indignati ſunt & nobis epiſtolas ſcripſerunt adverſus illos, & tomo

noſtro ſubſcripſerunt. Quæ etiam ad A vos miſi per filium meum Apionem diaconum, partim ex univerſa Ægypto ac Thebaide, partim ex Libya ac Pentapoli: item ex Syria, Lycia, Pamphylia, Aſia, Cappadocia aliisq; finitimis provinciis. Quorum exemplo à vobis quoque litteras me accepturum eſſe confido. Nam cùm multa à me præſidia comparata ſint ad ſanandos eos qui læſi ſunt, tum illud præcipue remedium excogitatum eſt ad curandam multitudinem quæ ab illis decepta eſt, ut collegarum noſtrorum conſenſui obtemperent, & per hoc ad pœnitentiam redire feſtinent. Salutate B vos invicem una cum fratribus qui vobiscum ſunt. Opto vos in Domino valere Dilectiſſimi; meque ex veſtra in Chriſtum pietate fructum percipere. Porro hæreticorum qui anathemate damnati fuerunt hæc ſunt nomina. Ex Presbyteris quidem Arius; ex Diaconis vero, Achillas, Euzoius, Aithalas, Lucius, Sarmates, Julius, Mena, Arius alter, & Helladius. His conſona ſcripſit ad Philogonium Antiochenſis Eccleſiæ Antiſtitem, & ad Euſtathium qui tunc temporis Berrhoënſem regebat Eccleſiam, & ad alios, quotquot Apoſtolicæ doctrinæ defenſores erant. Sed neq; Arius quieſcere ſuſtinuit. Nam & C ipſe ſcripſit ad illos quos idem ſecum ſentire exiſtimabat. Porro nihil falſo adverſus illum à divino Alexandro ſcriptum eſſe, ipſe Arius teſtatur in litteris ad Euſebium Nicomedienſem. Quas quidem huic hiſtoriæ idcirco inſeram, ut impietatis illius conſortes neſcientibus demonſtrem.

## Cap. V.

*Epiſtola Arii ad Euſebium Nicomedienſem Epiſcopum.*

DOMINO deſideratiſſimo, viro Dei, fideli, orthodoxo Euſe- D bio, Arius qui injuſtè perſecutionem patitur ab Alexandro Papa ob victricem omnium veritatem, quam tu quoque defendis, in Domino ſalutem. Cùm pater meus Ammonius Nicomediam pergeret, officii mei eſſe judicavi, ut te per illum ſalutarem: ſimulque ut inſitam tibi charitatem & dilectionem, quâ fratres propter Deum & Chriſtum ejus proſequeris, admonerem, quam vehementer nos oppugnet ac perſequatur, omnemque

A μοι καὶ αὐτῶν, καὶ τῷ τόμῳ συνυπογραψάντων. ἃ καὶ διεπεμψάμην ὑμῖν διὰ τοῦ υἱοῦ μου Ἀπίωνος τοῦ διακόνου, τοῦτο μὲν πάσης Αἰγύπτου καὶ Θηβαΐδος. τοῦτο δὲ Λιβύης τε καὶ Πενταπόλεως, καὶ Συρίας, καὶ ἔτι Λυκίας καὶ Παμφυλίας, Ἀσίας, Καππαδοκίας, καὶ τῶν ἄλλων περιχώρων. ὧν καθ᾽ ὁμοιότητα, καὶ παρ᾽ ὑμῶν δέξασθαι πέποιθα. πολλῶν γάρ μοι βοηθημάτων πρὸς τοὺς βλαβέντας πεποριςμένων, καὶ τοῦτο εὕρηται λυσιφάρμακον τοῦ ὑπ᾽ αὐτῶν ἀπατηθέντος λαοῦ, πειθομένων καὶ ταῖς τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν συγκαταθέσεσιν, εἰς B μετάνοιαν διὰ τούτου ἔρχεσθαι σπουδαζόντων. ἀσπάσασθε ἀλλήλους σὺν τῇ παρ᾽ ὑμῶν ἀδελφότητι. ἐρρῶσθαι ὑμᾶς ἐν Κυρίῳ εὔχομαι ἀγαπητοί. ὀναίμην ὑμῶν τῆς φιλοχρίστου ψυχῆς. εἰσὶ δὲ οἱ ἀναθεματισθέντες αἱρεσιῶται, ἀπὸ πρεσβυτέρων μὲν, Ἄρειος. ἀπὸ διακόνων δὲ, Ἀχιλλᾶς, Εὐζώϊος, Αἰθαλῆς, Λούκιος, Σαρμάτης, Ἰούλιος, Μηνᾶς, Ἄρειος ἕτερος, καὶ Ἑλλάδιος. συνῳδὰ τούτοις ἐπέστειλε καὶ Φιλογονίῳ τῷ τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας προέδρῳ, καὶ Εὐσταθίῳ τῷ τηνικαῦτα τὴν Βερροιέων ἰθύνειν πεπιστευμένῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις C ὅσοι τῶν ἀποστολικῶν ἦσαν δογμάτων συνήγοροι. ἀλλ᾽ οὐδὲ ὁ Ἄρειος ἡσυχίαν ἄγειν ἠνέσχετο. ἔγραψε δὲ καὶ αὐτὸς πρὸς ἐκείνους, οὓς ὁμόφρονας ἔχειν ἡγεῖτο. ὅτι δὲ οὐδὲν ψευδὲς κατ᾽ αὐτοῦ ἔγραψεν ὁ θεῖος Ἀλέξανδρος, αὐτὸς Ἄρειος ἐν τοῖς πρὸς Εὐσέβιον τὸν Νικομηδείας μεμαρτύρηκε γράμμασιν· ἐνθήσω δὲ καὶ ταύτην τῇ συγγραφῇ, ἵνα καὶ τοὺς κοινωνοὺς τῆς ἀσεβείας, δήλους τοῖς ἀγνοοῦσι ποιήσω.

## Κεφ. ε΄.

Ἀρείου ἐπιστολὴ πρὸς Εὐσέβιον τὸν Νικομηδείας ἐπίσκοπον.

D Κυρίῳ ποθεινοτάτῳ, ἀνθρώπῳ θεοῦ πιστῷ, ὀρθοδόξῳ Εὐσεβίῳ, Ἄρειος ὁ διωκόμενος ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ πάπα ἀδίκως διὰ τὴν πάντα νικῶσαν ἀλήθειαν, ἧς καὶ σὺ ὑπερασπίζεις, ἐν Κυρίῳ χαίρειν. τοῦ πατρός μου Ἀμμωνίου ἐρχομένου εἰς τὴν Νικομήδειαν, εὔλογον ὀφειλόμενον ἐφάνη προσαγορεῦσαί σε δι᾽ αὐτοῦ. ὁμοῦ τε ὑπομνῆσαι τὴν ἔμφυτον σου ἀγάπην καὶ διάθεσιν, ἣν ἔχεις εἰς τοὺς ἀδελφοὺς διὰ τὸν θεὸν καὶ τὸν Χριστὸν αὐτοῦ, ὅτι μεγάλως ἡμᾶς ἐκπορθεῖ καὶ ἐκδιώκει, καὶ

πάντα καλῶν κινεῖ καθ' ἡμῶν ὁ ἐπίσκοπος· ὥστε καὶ ἐκδιῶξαι ἡμᾶς ἐκ τῆς πόλεως ὡς ἀνθρώπους ἀθέους, ἐπειδὴ οὐ συμφωνοῦμεν αὐτῷ δημοσίᾳ λέγοντι, ἀεὶ ὁ θεός, ἀεὶ ὁ υἱός· ἅμα πατήρ, ἅμα υἱός. συνυπάρχει ἀγεννήτως ὁ υἱὸς τῷ θεῷ, ἀειγεννής ἐστιν, ἀγεννητογενής ἐστιν· οὔτε ἐπινοίᾳ, οὔτε ἀτόμῳ τινὶ προάγει ὁ θεὸς τοῦ υἱοῦ. ἀεὶ θεός, ἀεὶ υἱός. ἐξ αὐτοῦ ἐστι τοῦ θεοῦ ὁ υἱός· καὶ ἐπειδὴ εὐσέβιος ὁ ἀδελφός σου ὁ ἐν καισαρείᾳ, καὶ θεόδοτος καὶ παυλῖνος καὶ ἀθανάσιος καὶ γρηγόριος καὶ ἀέτιος, καὶ πάντες οἱ κατὰ τὴν ἀνατολὴν λέγουσιν ὅτι προϋπάρχει ὁ θεὸς τοῦ υἱοῦ ἀνάρχως, ἀνάθεμα ἐγένοντο, δίχα μόνου φιλογονίου καὶ ἑλλανίκου καὶ μακαρίου, ἀνθρώπων αἱρετικῶν ἀκατηχήτων, τῶν τὸν υἱὸν λεγόντων οἱ μὲν, ἐρυγήν. οἱ δὲ προβολήν· οἱ δὲ συναγέννητον. καὶ τούτων τῶν ἀσεβειῶν οὐδὲ ἀκοῦσαι δυνάμεθα, ἐὰν μυρίους ἡμῖν θανάτους ἀπειλήσωσιν οἱ αἱρετικοί. ἡμεῖς δὲ τί λέγομεν καὶ φρονοῦμεν, καὶ ἐδιδάξαμεν καὶ διδάσκομεν. ὅτι ὁ υἱὸς οὐκ ἔστιν ἀγέννητος, οὐδὲ μέρος ἀγεννήτου κατ' οὐδένα τρόπον, οὐδὲ ἐξ ὑποκειμένου τινός. ἀλλ' ὅτι θελήματι καὶ βουλῇ ὑπέστη πρὸ χρόνων καὶ πρὸ αἰώνων πλήρης θεός, μονογενής, ἀναλλοίωτος· καὶ πρὶν γεννηθῇ, ἤτοι κτισθῇ, ἢ ὁρισθῇ, ἢ θεμελιωθῇ, οὐκ ἦν· ἀγέννητος γὰρ οὐκ ἦν. διωκόμεθα ὅτι εἴπαμεν, ἀρχὴν ἔχει ὁ υἱός· ὁ δὲ θεὸς ἄναρχός ἐστι. διὰ τοῦτο διωκόμεθα, καὶ ὅτι εἴπαμεν, ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐστίν. οὕτως δὲ εἴπαμεν, καθότι οὐδὲ μέρος θεοῦ ἐστιν, οὐδὲ ἐξ ὑποκειμένου τινός· διὰ τοῦτο διωκόμεθα· λοιπὸν σὺ οἶδας. ἐρρῶσθαί σε ἐν κυρίῳ εὔχομαι, μεμνημένον τῶν θλίψεων ἡμῶν, συλλουκιανιστὰ ἀληθῶς εὐσέβιε. Τούτων τῶν ὑπὸ τούτου καταλεχθέντων, εὐσέβιος μὲν καισαρείας ἐπίσκοπος ἦν. θεόδοτος δὲ λαοδικείας, τύρου δὲ παυλῖνος, ἀναζάρβου δὲ ἀθανάσιος, καὶ γρηγόριος βηρυτοῦ· ἀέτιος δὲ λύδδων. λύδδα δέ ἐστιν, ἡ νῦν καλουμένη διόσπολις. τούτους μὲν οὖν μόνους συμφώνους ἔχειν ὁ ἄρειος ἐσεμνύνετο. ἀντιπάλους δὲ κέκληκε, φιλογόνιον τὸν ἀντιοχέων τὸν πρόεδρον, καὶ ἑλλανικὸν τὸν τριπόλεως, καὶ τὸν ἱεροσολύμων μακάριον· συκοφαντίας κατὰ τούτων συρράψας, ἐπειδήπερ ἀΐδιον καὶ προαιώνιον ἔφασαν τὸν υἱόν, καὶ τῷ πατρὸς ὁμότιμόν τε καὶ ὁμοούσιον. ταύτην δεξάμενος εὐσέβιος τὴν ἐπιστολήν,

A adverſus nos machinam moveat Epiſcopus: adeo ut nos etiam velut impios urbe expulerit, eo quod ipſi non aſſentimur iſta publice prædicanti: Semper eſt Filius: ſimul Pater, ſimul Filius: Filius Deo coexiſtit ingenite, ſemper genitus eſt, ingenite genitus eſt: nec cogitatione nec ullo temporis puncto Deus præcedit Filium: ſemper Deus, ſemper Filius: ex ipſo Deo exiſtit Filius. Et quoniam Euſebius frater tuus, Epiſcopus Cæſareæ, & Theodotus, ac Paulinus, Athanaſius, Gregorius & Aetius, omnes denique per Orientem Epiſcopi aſſerunt Deum principii omnis ex-
B pertem exiſtere ante Filium, anathemate damnati ſunt: exceptis duntaxat Philogonio, Hellanico & Machario, hominibus hæreticis nec eruditis in fide: qui Filium eſſe dicunt, alter eructationem, alter projectionem, alter coingenitum. Quas impietates ne audire quidem poſſumus, etiamſi mille mortes nobis minentur hæretici. Nos verò, quid dicamus & quid ſentiamus, & profeſſi jam ſumus & nunc profitemur: Filium non eſſe ingenitum, nec partem ingeniti ullo modo, neque ex aliqua ſubjecta materia: ſed voluntate & conſilio ſubſtitiſſe ante omnia tempora &
C ſecula perfectum Deum, unigenitum, immutabilem: & antequam gigneretur, aut crearetur, aut terminaretur aut fundaretur, eum non fuiſſe. Ingenitus enim non erat. Perſecutionem patimur propterea quod dixerimus eum eſſe ex non extantibus. Quod ideo diximus quia nec pars Dei eſt, nec ex ulla ſubjecta materia. Ob id exagitamur reliqua tu noſti. Opto te in Domino valere, memorem vexationum noſtrarum, vere Conlucianiſta, vere Euſebi. Porro ex iis quos Arius in hac epiſtola recenſet, Euſebius quidem Epiſcopus erat
D Cæſareæ, Theodotus verò Laodiceæ: Paulinus Tyri: Athanaſius Anazarbi: Gregorius Beri: Aetius autem Lyddæ. Lydda vero civitas eſt quæ nunc Dioſpolis appellatur. Atque hos quidem opinionis ſuæ fautores habere ſe Ari⁹ gloriabatur. Adverſarios verò nominat, Philogonium Antiochenſis Eccleſiæ Antiſtitem; Ellanicū Tripoleos, & Macarium Epiſcopū Hieroſolymorum. Calumnias adverſus eos concinnans, propterea quod Filium æternum & ante ſecula eſſe dixiſſent, æqualemq; & conſuſtantialem Patri. Hanc igitur epiſtolam cùm accepiſſet Euſebius,

ipſe quoq; impietatem ſuam evomuit: & ad Paulinum Epiſcopum Tyriorum ſcripſit in hæc verba.

## CAP. VI.

*Euſebii Nicomedienſis epiſtola ad Paulinum Tyri.*

DOMINO meo Paulino Euſebius in Domino ſalutem. Nec domini mei Euſebii in tuenda veritate ſtudium ſilentio mandatum eſt, ſed ad noſtras usq; aures pervenit: nec tua, Domine, in eodem negotio taciturnitas. Et ſicut conſentaneum erat, domini quidem mei Euſebii causâ gaviſi ſumus: Tua verò cauſa magnopere dolemus, tanti viri ſilentium, condemnationem noſtram eſſe arbitrantes. Quamobrem hortor te, qui ſcias quam indecorum ſit viro prudenti, aliena ſentire, & veritatem reticere, ut intelligentiam ſpiritu ſuſcitans, hac de re ſcribere aggrediaris, quod tibi & auditoribus tuis utile futurum eſt: præſertim ſi Scripturæ veſtigiis inſiſtens, juxta ejus ſermones ac ſententias ſcribere volueris. Quandoquidem nec duo ingenita unquam audivimus, nec unum diviſum in duo, aut corporeum quidquam paſſum eſſe didicimus aut credidimus, domine. Sed unum quidem ingenitum; alterum autem ab eo vere, & non ex ejus ſubſtantia factum, nec ullo modo particeps naturæ illius, nec è ſubſtantia ejus exiſtens: ſed natura & virtute prorſus diverſum, ad perfectam tamen ſimilitudinem naturæ virtutisq; factoris ſui conditum. Cujus initium non modo verbis inexplicabile eſſe, ſed ne cogitatione quidem, non dicam hominum, ſed omnium qui ſupra homines ſunt, comprehendi poſſe credimus. Atque hęc non ratiocinatione noſtra collecta, ſed à ſcripturis edocti dicimus: creatum ac fundatum eſſe, & genitum ſubſtantia, & immutabili atq; ineffabili natura ac ſimilitudine quam habet ad factorem ſuum, didicimus ex ipſius Domini verbis qui ait: Deus creavit me initium viarum ſuarum, & ante ſeculum fundavit me, & ante omnes colles genuit me. Quod ſi ex ipſo, hoc eſt, de ipſo eſſet, tanquam pars ejus, vel ex defluxu ſubſtantiæ, non jam creatus, nec fundatus amplius diceretur. Nec tu profecto id ignoras Domine. Nam quod eſt ex ingenito, non amplius ſive ab altero, ſive

A ἤμεσε καὶ αὐτὸς τὴν οἰκείαν ἀσέβειαν. γράφει δὲ οὕτω πρὸς Παυλῖνον τὸν τῶν Τυρίων ἡγούμενον.

## Κεφ. ϛʹ.

Εὐσεβίου ἐπισκόπου Νικομηδείας ἐπιστολὴ πρὸς Παυλῖνον ἐπίσκοπον Τύρου.

ΤΩ δεσπότῃ μου Παυλίνῳ, Εὐσέβιος ἐν κυρίῳ χαίρειν. οὔτε ἡ τοῦ δεσπότου μου Εὐσεβίου σπουδὴ, ἡ ὑπὲρ τοῦ ἀληθοῦς λόγου παρεσιωπήθη, ἀλλ' ἔφθασεν ἕως καὶ ἡμῶν, οὔτε ἡ σοῦ ἐπὶ τούτῳ σιωπὴ δέσποτα. καὶ ὡς ἦν B ἀκόλουθον, ἐπὶ μὲν τῷ δεσπότῃ μου Εὐσεβίῳ εὐφράνθημεν. ἐπὶ δὲ σοὶ λυπούμεθα, στοχαζόμενοι καὶ τὴν σιωπὴν ἀνδρὸς τοιούτου ἧτταν ἡμῶν εἶναι· διὸ παρακαλῶ εἰδότα σε, ὡς ἀπρεπὲς ἀνδρὶ φρονίμῳ, ἀλλοῖα φρονεῖν καὶ σιωπᾶν τ' ἀληθῆ, ἀνασκαλεύσαντι τῷ πνεύματι τὸν λογισμὸν, περὶ τὸ γράφειν περὶ τούτου ἄρχου, λυσιτελοῦντος καὶ σοὶ καὶ τοῖς ἀκούουσί σου. μάλιστα ὅταν κατὰ ἀκολουθίαν τῆς γραφῆς καὶ τοῖς ἴχνεσι τῶν λόγων αὐτῆς καὶ τῶν βουλημάτων ἐθέλῃς γράφειν. ὅτι γὰρ οὔτε δύο ἀγέννητα ἀκηκόαμεν, οὔτε ἓν εἰς δύο διῃρημένον, οὐδὲ σωματικόν C τι πεπονθὸς μεμαθήκαμεν ἢ πεπιστεύκαμεν δέσποτα. ἀλλ' ἓν μὲν τὸ ἀγέννητον, ἓν δὲ τὸ ὑπ' αὐτοῦ ἀληθῶς, καὶ οὐκ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ γεγονὸς, καθόλου τῆς φύσεως τῆς ἀγεννήτου μὴ μετέχον, ἢ ὂν ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ· ἀλλὰ γεγονὸς ὁλοσχερῶς ἕτερον τῇ φύσει καὶ τῇ δυνάμει, πρὸς τελείαν ὁμοιότητα διαθέσεώς τε καὶ δυνάμεως τοῦ πεποιηκότος γενόμενον. οὗ τὴν ἀρχὴν οὐ λόγῳ μόνον ἀδιήγητον, ἀλλὰ καὶ ἐννοίᾳ οὐκ ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπὲρ ἀνθρώπους πάντων εἶναι ἀκατάληπτον πεπιστεύκαμεν, καὶ D ταῦτα οὐχὶ λογισμοὺς ἑαυτῶν ὑποθέμενοι, ἀλλ' ἀπὸ τῆς γραφῆς μεμαθηκότες λέγομεν· κτιστὸν εἶναι καὶ θεμελιωτὸν καὶ γεννητὸν τῇ οὐσίᾳ, καὶ τῇ ἀναλλοιώτῳ καὶ ἀῤῥήτῳ φύσει, καὶ τῇ ὁμοιότητι τῇ πρὸς τὸν πεποιηκότα μεμαθήκαμεν, ὡς αὐτὸς ὁ κύριος φησίν· ὁ θεὸς ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, καὶ πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με. πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με· εἰ δὲ ἐξ αὐτοῦ, τοῦτ' ἐστὶν ἀπ' αὐτοῦ ἦν, ὡς ἂν μέρος αὐτοῦ, ἢ ἐξ ἀποῤῥοίας τῆς οὐσίας, οὐκ ἂν ἔτι κτιστὸν, οὐδὲ θεμελιωτὸν εἶναι ἐλέγετο. οὐδὲ αὐτὸς ἀγνοεῖς κύριε ἀληθῶς· τὸ γὰρ ἐκ τοῦ ἀγεννήτου ὑπάρχον, κτιστὸν ἔτι

ὑφ' ἑτέρου ἢ ὑπ' αὐτοῦ ἢ θεμελιωτὸν οὐκ ἂν εἴη,
ἐξ ἀρχῆς ἀγέννητον ὑπάρχον. εἰ δὲ τὸ γεννη-
τὸν αὐτὸν λέγεσθαι ὑπόφασίν τινα παρέχει, ὡς
ἂν ἐκ τῆς οὐσίας τῆς πατρικῆς αὐτὸν γεγονότα, καὶ
ἔχειν ἐκ τούτου τὴν ταυτότητα τῆς φύσεως, γι-
νώσκομεν ὡς οὐ περὶ αὐτοῦ μόνου τὸ γεννητὸν εἶναι
φησὶν ἡ γραφή, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνομοίων
αὐτῷ κατὰ πάντα τῇ φύσει. καὶ γὰρ καὶ ἐπ' ἀνθρώ-
πων φησίν, υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα. αὐτοὶ
δέ με ἠθέτησαν· καὶ θεὸν τὸν γεννήσαντά σε
ἐγκατέλιπες· καὶ ἐν ἑτέροις φησί, τίς ὁ τετοκὼς
βώλους δρόσου· οὐ τὴν φύσιν ἐκ τῆς φύσεως διη-
γούμενος, ἀλλὰ τὴν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν γενομέ-
νων ἐκ τοῦ βουλήματος αὐτοῦ γένεσιν. οὐδὲν γάρ
ἐστιν ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ. πάντα δὲ βουλήματι
αὐτοῦ γενόμενα, ἕκαστον ὡς καὶ ἐγένετο ἐστίν. ὁ μὲν
γάρ, θεός. τὰ δέ, πρὸς ὁμοιότητα αὐτοῦ λόγῳ
ὅμοια ἐσόμενα. τὰ δὲ καθ' ἑκουσιασμὸν γενό-
μενα. τὰ δὲ πάντα δι' αὐτοῦ ὑπὸ τοῦ θεοῦ γενό-
μενα. πάντα δὲ ἐκ τοῦ θεοῦ. ἅπερ λαβὼν καὶ ἐξερ-
γασάμενος κατὰ τὴν προσοῦσάν σοι θεόθεν χά-
ριν, γράψαι τῷ δεσπότῃ μου Ἀλεξάνδρῳ σπού-
δασον· πέπεισμαι γὰρ ὡς εἰ γράψειας αὐτῷ,
ἐντρέψας αὐτόν· πρόσειπε πάντας τοὺς ἐν κυ-
ρίῳ. ἐρρωμένον σε καὶ ὑπὲρ ἡμῶν εὐχόμενον ἡ
θεία χάρις διαφυλάττοι δέσποτα. Τοιαῦτα
καὶ οὗτοι πρὸς ἀλλήλους ἐπέστελλον, εἰς τὸν κατὰ
τῆς ἀληθείας καθοπλιζόμενοι πόλεμον. οὕ-
τω δὲ τῆς βλασφημίας ἐν ταῖς κατὰ τὴν αἴγυπτον
καὶ τὴν ἑῴαν ἐκκλησίαις διασπαρείσης, ἔρι-
δες ἐν ἑκάστῃ πόλει καὶ κώμῃ, καὶ μάχαι περὶ
τῶν θείων δογμάτων ἐγίγνοντο. ὁ δὲ λοιπὸς ὅμι-
λος, θεατὴς ἦν τῶν γιγνομένων, καὶ τῶν λε-
γομένων κριτής. καὶ οἱ μέν, τὰ τούτων. οἱ δὲ τὰ
ἐκείνων ἐπῄνουν· καὶ τραγῳδίας τὰ δρώμενα καὶ
θρήνων ἄξια ἦν. οὐ γὰρ ἀλλόφυλοι καὶ πολέμιοι,
καθάπερ πάλαι, τὰς ἐκκλησίας ἐπολιόρκουν.
ἀλλ' ὁμόφυλοι καὶ ὁμορρόφιοι καὶ ὁμοτράπεζοι,
κατ' ἀλλήλων ἀντὶ δοράτων ἐκίνουν τὰς γλώσ-
σας· μᾶλλον δέ, μέλη ἀλλήλων ὄντες, καὶ εἰς ἓν τε-
λοῦντες σῶμα, κατ' ἀλλήλων ὡπλίζοντο.

A ab eodem creari ac fundari poteſt, cum
ſit ab initio ingenitum. Si vero ex eo
quod genitus eſſe dicatur, ſubindicari
videtur eum ex Paterna ſubſtantia or-
tum eandem quoque cum Patre natu-
ram habere, ſcimus Scripturam non de
illo ſolo dicere quod genitus ſit, ſed et-
jam de aliis quæ natura prorſus ab illo
diſcrepant. Nam & de hominibus di-
cit: Filios genui & exaltavi: ipſi autem
ſpreverunt me. Et alibi: Deum qui te
genuit, dereliquiſti. Et de aliis rebus
ait: Quis eſt qui genuit ſtillas roris?
Non quo naturam ex natura eſſe decla-
ret, ſed ut ſingula quæ facta ſunt, arbi-
trio & voluntate ejus facta eſſe ſignifi-
B cet. Nihil enim ex ſubſtantia ejus exi-
ſtit: ſed omnia nutu illius facta, ita exi-
ſtunt ſingula prout facta ſunt. Nam ille
quidem Deus eſt. Hæc vero ad ejus ſi-
militudinem, verbo ſimilia futura, ejus
arbitrio facta ſunt. Et omnia quidem
per ipſum, à Deo tamen facta ſunt. O-
mnia enim ex Deo. Quæ tu cum acce-
peris, & juxta conceſſam tibi divinitus
gratiam limaveris, fac ut domino meo
Alexandro quamprimum ſcribas. Nam
ſi ad illum ſcripſeris, te illis perſuaſu-
rum confido. Saluta omnes fratres in
Domino. Incolumem te & pro nobis
orantem Divina gratia conſervet Do-
C mine. Hujuſmodi litteras iſti quoque
ad ſe mutuo ſcribebant, ad oppugnan-
dam veritatem ſeſe inſtruentes. Porro
cum per Ægypti & Orientis Eccleſias
hunc in modum ſparſa eſſent blaſphe-
miæ ſemina, in ſingulis urbibus ac vi-
cis rixæ & concertationes de Divinis
dogmatibus exſtiterunt. Reliqua au-
tem multitudo, tum factorum ſpecta-
trix, tum eorum quę dicebantur, judex
fuit. Et alii quidem his favebant: alii
illis aſſentiebantur. Prorſusque tragœ-
diâ & luctu digna erant quæ gereban-
tur. Neque enim extranei & hoſtes,
perinde ac olim, Eccleſias oppugna-
D bant: ſed contribules, ejuſdemque te-
cti ac menſæ participes, linguis tan-
quam telis inter ſe mutuo dimicabant.
Immo vero, cum alter alterius mem-
bra eſſent, & in unum corpus coaleſce-
rent, adverſus ſe invicem armabantur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A

## CAP. VII.

*De rebus geſtis in magna Synodo Nicæna.*

His cognitis ſapientiſſimus Imperator, primùm quidem ipſum malorum fontem obſtruere conatus eſt: & quendam virum ſolertiæ nomine ubique celebratum Alexandriam cum litteris miſit, contentionem extinguere cupiens, & diſſidentes ad concordiam revocaturum ſe eſſe confidens. Poſtquam vero ſpe ſua fruſtratus eſt, celebre illud concilium in urbe Nicæa collegit: Epiſcopis eorumque comitibus facultate data, ut equis ac jumentis publicis uterentur. Cumque conveniſſent quicunque itineris laborem perferre potuerant, ipſe quoque Nicæam venit, tum Epiſcoporum cœtum videre, tum eos inter ſe conciliare deſiderans. Statimque juſſit, ut cuncta illis abunde ſubminiſtrarentur. Erant porro univerſi trecenti decem & octo. Epiſcopus autem urbis Romæ ob extremam ſenectutem abfuit ipſe quidem: duos tamen miſit Presbyteros, qui ipſius nomine geſtis concilii ſubſcriberent. Porro ea tempeſtate multi erant qui donis Apoſtolicis refulgerent: nec pauci qui ſtigmata Jeſu Chriſti, ut ait Divinus Apoſtolus, corpori ſuo impreſſa circumferrent. Jacobus enim Epiſcopus Antiochiæ Mygdoniæ, quam Syri vulgo & Aſſyrii Niſibim appellant, & mortuos ſuſcitavit vitæque reſtituit, & alia plurima fecit miracula. Quæ quidem ſuperfluum exiſtimo huic operi denuo intexere, cùm in hiſtoria quæ Philotheus inſcribitur, jam ſint à me commemorata. Paulus vero Epiſcopus Neo Cæſareæ, quod caſtellum eſt ad Euphratis ripas poſitum, Licinii rabiem fuerat expertus. Ambabus enim manibus fuerat debilitatus, candente ferro eis admoto, nervisque quibus articuli moventur contractis atq; enectis. Aliis dextri poplites ſucciſi. Ex quorum numero fuit Paphnutius Ægyptius. In ſumma, cernere illic licebat turbam martyrum in unum collectam. Nec tamen Divinus ille ac memorandus cœtus viris contrario modo affectis caruit. Erant enim quidam inter illos, pauci quidem numero: ſubdoli tamen ac velut brevia quædam in mari, improbitatem ſuam occultantes, qui

## Κεφ. ζ.

*Τὰ κατὰ τὴν μεγάλην σύνοδον τὴν ἐν νικαίᾳ.*

Ταῦτα μαθὼν ὁ πάνσοφος βασιλεύς, πρῶτον μὲν αὐτὴν ἐπειράθη τὴν τῶν κακῶν ἐμφράξαι πηγήν· καί τινα τῶν ἐπ' ἀγχινοίᾳ περιβοήτων εἰς τὴν ἀλεξάνδρειαν μετὰ γραμμάτων ἀπέστειλε, σβέσαι τὴν ἔριν πειρώμενος, καὶ τὸ στασιάζον συναγαγεῖν εἰς ὁμόνοιαν προσδοκῶν· ἐπειδὴ δὲ τῆς ἐλπίδος ἐψεύσθη, τὴν πολυθρύλητον ἐκείνην εἰς τὴν νικαέων συνήγειρε σύνοδον, δημοσίοις ὄνοις καὶ ἡμιόνοις καὶ ὀρεῦσι καὶ ἵπποις χρήσασθαι τοὺς ἐπισκόπους καὶ τοὺς σὺν τούτοις ἀφικνουμένους παρεγγυήσας. B ἐπειδὴ δὲ ἠθροίσθησαν ὅσοι τῆς ὁδοιπορίας τὸν πόνον ἐνεγκεῖν ἠδυνήθησαν, ἀφίκετο καὶ αὐτὸς εἰς τὴν νίκαιαν, ἰδεῖν τε τὴν τῶν ἀρχιερέων πληθὺν ἐφιέμενος, καὶ τὴν ὁμόνοιαν αὐτοῖς πρυτανεῦσαι ποθῶν· καὶ παραχρῆμα πάντα ἀφθόνως αὐτοῖς χορηγεῖσθαι προσέταξεν. ὀκτωκαίδεκα δὲ καὶ τριακόσιοι συνῆλθον ἀρχιερεῖς. ὁ δὲ τῆς ῥώμης, διὰ γῆρας ἀπελείφθη βαθύ. δύο μέντοι πρεσβυτέρους ἀπέστειλε, συνθέσθαι τοῖς πραττομένοις παρεγγυήσας. ἦσαν δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, πολλοὶ μὲν ἀποστολικοῖς χαρίσμασι διαπρέποντες· πολλοὶ δὲ τὰ στίγματα C τοῦ κυρίου ἰησοῦ, κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον, ἐν τῷ σώματι φέροντες. ἰάκωβος μὲν γὰρ ὁ ἀντιοχείας τῆς μυγδονίας, σύροι δὲ αὐτὴν καὶ ἀσσύριοι νίσιβιν ὀνομάζουσι, καὶ νεκροὺς ἀνέστησε καὶ ἐν τοῖς ζῶσι συνέταξε καὶ ἄλλα μυρία εἰργάσατο θαύματα· ἃ περιττὸν ἡγοῦμαι τῇδε πάλιν ἐνθεῖναι τῇ συγγραφῇ, ἐν τῇ φιλοθέῳ ταῦτα διηγησάμενος ἱστορίᾳ. παῦλος δὲ ὁ νεοκαισαρείας, φρούριον δὲ τοῦτο ταῖς τοῦ εὐφράτου παρακείμενον ὄχθαις, τῆς λικιννίου παραπήλαυσε λύττης. ἄμφω γὰρ ἦν τὼ χεῖρε πεπεδημένος D, σιδήρου πεπυρακτωμένου προσβαλόντος αὐταῖς, καὶ τὰ κινητικὰ τῶν ἄρθρων νεῦρα συστείλαντος καὶ νεκρώσαντος. ἕτεροι δὲ ὀρωρυγμένους εἶχον τοὺς δεξιοὺς ὀφθαλμούς· ἄλλοι δὲ τὰς ἀγκύλας ἐκκεκομμένοι τὰς δεξιάς. εἷς τούτων ἦν παφνούτιος ὁ αἰγύπτιος· καὶ ἁπαξαπλῶς ἦν ἰδεῖν δῆμον μαρτύρων κατὰ ταυτὸν συνηθροισμένον. οὐκ ἦν δὲ ἄμοιρος ὅμως τῶν ἐναντίων ὁ θεῖος οὗτος καὶ ἀοίδιμος ὅμιλος· ἀλλ' ἦσαν τινὲς, εὐαρίθμητοι μέν. ὕπουλοι δὲ καὶ τὰ βράχη μιμούμενοι, καὶ

τὴν

τὴν πονηρίαν καλύπτοντες, καὶ ταῖς Ἀρείου βλασφημίαις οὐ προφανῶς συνηγορήσαντες· συνεληλυθότων δὲ πάντων, οἶκον μέγιστον ἐν τοῖς βασιλείοις ηὐτρέπισεν ὁ βασιλεὺς, βάθρα καὶ θρόνους ὅτι μάλιστα πλείστους ἐν τούτῳ τεθῆναι κελεύσας, τῷ τῶν ἀρχιερέων ἀποχρῶντα συλλόγῳ· οὕτω τὸ πρέπον αὐτοῖς εὐτρεπίσας γέρας, εἰσελθεῖν τε ἐπέτρεψε καὶ περὶ τῶν προκειμένων βουλεύσασθαι. εἰσελήλυθε δὲ καὶ αὐτὸς ἔσχατος σὺν ὀλίγοις, ἀξιέπαινον μὲν ἔχων τὸ μέγεθος, ἀξιάγαστον δὲ τὴν ὥραν. θαυμασιωτέραν δὲ τὴν τοῖς μετώποις ἐπικαθημένην αἰδῶ. θρόνου δὲ σμικροῦ τεθέντος ἐν μέσῳ κεκάθικεν, ἐπιτρέψαι τοῦτο τοὺς ἐπισκόπους αἰτήσας. σὺν αὐτῷ δὲ καὶ ἅπας ὁ θεῖος ἐκεῖνος ἐκαθέσθη χορός. παραυτίκα δὲ πρῶτος ὁ μέγας Εὐστάθιος, ὁ τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας τὴν προεδρίαν λαχών. Φιλογόνιος γὰρ ὁ προεμνήσθην, εἰς τὴν ἀμείνω μεταβεβήκει βίον. τοῦτον δὲ ἄκοντα, ποιμαίνειν ἀντ' ἐκείνου τὴν ἐκκλησίαν ἐκείνην ψήφῳ κοινῇ κατηνάγκασαν, ἀρχιερεῖς τε καὶ ἱερεῖς καὶ ἅπας ὁ λεὼς ὁ φιλόχριστος. οὗτος τοῖς ἄνθεσι τῶν ἐγκωμίων τὴν βασιλέως ἐστεφάνωσε κεφαλὴν, καὶ τὴν περὶ τὰ θεῖα σπουδὴν εὐλογίαις ἠμείψατο. παυσαμένου δὲ τούτου, βασιλεὺς ὁ πανεύφημος τοὺς περὶ τῆς ὁμονοίας τε καὶ συμφωνίας προσενήνοχε λόγους. τῆς τε τῶν τυράννων ἐκείνων ἀναμιμνήσκων ὠμότητος, καὶ τῆς ἐπ' αὐτοῦ θεόθεν παρασχεθείσης ἐντιμοτάτης εἰρήνης. καὶ ὡς δεινὸν εἴη καὶ λίαν δεινὸν, τῶν πολεμίων καταλυθέντων καὶ μηδενὸς ἀντιτείνειν τολμῶντος, ἀλλήλους βάλλειν, καὶ τοῖς δυσμενέσιν ἡδονὴν καὶ γέλωτα προξενεῖν. ἄλλως τε καὶ περὶ θείων διαλεγομένους πραγμάτων, καὶ τοῦ παναγίου πνεύματος τὴν διδασκαλίαν ἀνάγραπτον ἔχοντας. εὐαγγελικαὶ γάρ, φησι, βίβλοι, καὶ ἀποστολικαὶ, καὶ τῶν παλαιῶν προφητῶν τὰ θεσπίσματα, σαφῶς ἡμᾶς ἃ χρὴ περὶ τοῦ θείου φρονεῖν ἐκπαιδεύουσι. τὴν πολεμοποιὸν οὖν ἀπελάσαντες ἔριν, ἐκ τῶν θεοπνεύστων λόγων λάβωμεν τῶν ζητουμένων τὴν λύσιν· ταῦτα καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια, οἷα δὴ παῖς φιλοπάτωρ τοῖς ἱερεῦσιν ὡς πατράσι προσέφερε, τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων τὴν συμφωνίαν πραγματευόμενος. τῆς δὲ συνόδου τὸ μὲν πλεῖστον τοῖς λεγομένοις ἐπείθετο, καὶ τήν τε πρὸς ἀλλήλους ὁμόνοιαν, τήν τε τῶν δογμά-

A Arii blaſphemiis occulte patrocinabantur. Cumque univerſi jam conveniſſent, ampliſſimum eis conclave in palatio Imperator præparari juſſit, ſedesq; ac ſubſellia plurima in eo locari, quæ Epiſcoporum cœtui ſufficerent. Hunc in modum cùm omnia pro honore illis debito præparaſſet, ingredi eos juſſit, & de rebus propoſitis deliberare. Ipſe quoq; cum paucis comitibus poſtremus ingreſſus eſt: proceritate quidem corporis & forma conſpicuus, ſed ob verecundiam quæ in ejus vultu inſidebat, multo admirabilior. Parvaque ſella in medio poſita, non prius
B reſedit quàm ejus rei licentiam ab Epiſcopis poſtulaſſet. Ac ſimul cum eo univerſus ille Divinus cœtus conſedit. Statimq; magnus Euſtathius Eccleſiæ Antiochenſis Epiſcopus, qui Philogonio, cujus ſupra meminimus, ad meliorem ſortem tranſlato, communi conſenſu Epiſcoporum & Clericorum, Deique amantiſſimæ plebis, invitus ad Eccleſiæ illius adminiſtrationem evectus fuerat, primus omnium Imperatori panegyricum dixit; ejusque erga res Divinas ſtudium gratulationibus ac votis remuneratus eſt. Qui cùm di-
C cendi finem feciſſet, laudatiſſimus Imperator de concordia & conſenſu orationem habuit; priorum tyrannorum crudelitatem eis in memoriam revocans, & honorificentiſſimam pacem quæ ipſius temporibus eis à Deo conceſſa eſſet; Et quam grave atque acerbum foret, hoſtibus profligatis, cùm nemo eſſet qui rebellare auderet, ipſos ſe mutuo impetere, & voluptatem ac ridendi materiam adverſariis ſuppeditare: maxime cum de rebus Divinis differerent, & ſancti Spiritus doctrinam perſcriptam haberent. Etenim; ut a-
D jebat, Evangelici atq; Apoſtolici libri, & veterum Prophetarum oracula, quid ſentiendum ſit de Deo, nos aperte docent. Quamobrem hoſtili contentione depoſita, ex ſcripturis Divinitus inſpiratis ſolutionem eorum quæ in controverſiam veniunt, requiramus. Hæc & alia his ſimilia, tanquam patris amantiſſimus filius, Epiſcopis velut patribus ſuis propoſuit, Apoſtolicorum dogmatum conſenſum firmare cupiens. Ex Epiſcopis vero qui conſilio intererant, pars quidem maxima verbis ejus obtemperavit: & mutuam inter ipſos concordiam, & ſinceram doctrinam amplexata eſt. Pauci vero, quorum ſupe-

rius mentionem feci, & præter illos Menophantus Epheſius, Patrophilus Scythopolitanus, Theognius ipſius Nicææ Epiſcopus, & Neroniadis Narciſſus: eſt autem Neronias urbs ſecundæ Ciliciæ, quam nunc Irenopolim vocamus: Theonas denique Marmaricæ, & Secundus Ptolemaidis in Ægypto Epiſcopi, Apoſtolicæ doctrinæ adverſabantur, Ario patrocinantes. Cumque formulam fidei conſcripſiſſent, eam concilio obtulerunt: quam perlectam ſtatim omnes diſcerpſere, ſpuriam atque adulterinam eam appellantes. Cùmque ingens omnium tumultus contra eos coortus eſſet, & tanquam proditores fidei ab univerſis accuſarentur, metu perculſi exſurrexerunt: primique, exceptis Secundo ac Theona, Arium excommunicarunt. Hunc in modum impio illo ab Eccleſia exturbato, cùm formulam fidei, quæ ad hunc usque diem in Eccleſiis obtinet, communi conſenſu dictaſſent & ſubſcriptionibus ſuis confirmaſſent, concilium dimiſere. Verum illi quos ſupra nominavi, ſubdole & parum ſincere huic fidei conſenſerunt. Cujus rei fidem faciunt, tum ea quæ iidem poſtea moliti ſunt adverſus fidei defenſores, tum ea quæ ab his ipſis ſcripta ſunt adverſus illos. Nam Euſtathius ille Antiochenus Epiſcopus, cujus jam antea mentionem feci, exponens locum illum Proverbiorum: Dominus creavit me initium viarum ſuarum ad opera ſua, hæc adverſus illos ſcribit, res tum geſtas commemorans, & blaſphemiam eorum refellens.

## Cap. VIII.

*Confutatio Arianorum ex libris Euſtathii & Athanaſii.*

VENIAM autem nunc ad ea quæ geſta ſunt. Quid igitur? Cùm ob eas res maxima Synodus Nicæam conveniſſet, ducentis circiter ac ſeptuaginta Epiſcopis in unum collectis. Neque enim numerum certò referre poſſum ob ingentem conventus illius multitudinem, quippe cùm nec in eo inveſtigando valde curioſus fuerim. Poſtquã de modo fidei quæri cœptum eſt, libellus Euſebii prolatus eſt in medium, ejus blaſphemiæ certiſſimum argumentum. Qui cùm palam audientibus cunctis recitatus fuiſſet, ſtatim

A των ὑγείαν ἠσπάζετο. ὀλίγοι δέ τινες, ὧν καὶ
πρόσθεν ἐμνήσθην, καὶ πρὸς ἐκείνοις μηνόφαν-
τος ὁ ἐφέσιος, καὶ ὁ σκυθοπολίτης πατρό-
φιλος, θεόγνιος τε νικαίας αὐτῆς ἐπίσκοπος
ὤν, καὶ ὁ νερωνιάδος νάρκισσος· κιλικίας δὲ τῆς
δευτέρας ἡ νερωνίας ἐστὶ πόλις, ἣν νῦν εἰρηνού-
πολιν ὀνομάζομεν. καὶ μετὰ τούτων, θεωνᾶς τε ὁ
μαρμαρίτης, καὶ ὁ πτολεμαΐδος τῆς αἰγυπτίας
σεκοῦνδος, τοῖς ἀποστολικοῖς ἀντέλεγον δόγ-
μασιν, ἀρείῳ συνηγοροῦντες. ὑπαγορεύ-
σαντες δὲ καὶ πίστεως διδασκαλίαν, ἐπέδωκαν
τῷ κοινῷ· ἣν ἀναγνωσθεῖσαν εὐθέως διέρρη-
B ξαν ἅπαντες, νόθον καὶ κίβδηλον ὀνομάσαντες.
θορύβου δὲ πλείστου κατ' αὐτῶν γενομένου, καὶ πάντων
προδοσίαν αὐτῶν τῆς εὐσεβείας κατηγορούντων,
δείσαντες ἐξανέστησαν, καὶ πρῶτοι τὸν ἄρειον
ἀπεκήρυξαν, πλὴν σεκούνδου καὶ θεωνᾶ. οὕτω δὲ
τοῦ δυσσεβοῦς ἐκποδὼν γενομένου, συμφώνως
ἅπαντες τὴν μέχρι καὶ νῦν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις
πολιτευομένην πίστιν ὑπαγορεύσαντες, καὶ ταῖς
ὑπογραφαῖς βεβαιώσαντες, διέλυσαν τὸ συν-
έδριον. ὕπουλως μέντοι καὶ οὐκ εἰλικρινῶς οἱ
προρρηθέντες τῇδε τῇ πίστει συνέθεντο. καὶ μαρ-
C τυρεῖ τά τε ὕστερον παρ' αὐτῶν τυρευθέντα κατὰ
τῶν τῆς εὐσεβείας προμάχων, καὶ τὰ παρ' αὐτῶν
ἐκείνων περὶ αὐτῶν συγγραφέντα. εὐστάθιος
μὲν γὰρ ἐκεῖνος ὁ τῆς ἀντιοχέων ἐπίσκοπος,
οὗ καὶ πρόσθεν ἐμνήσθην, ταῦτα περὶ αὐτῶν
ἔγραψε, τά τε γεγενημένα διδάσκων, καὶ τὴν
βλασφημίαν ἐλέγχων, καὶ τὴν παροιμιακὴν
ἑρμηνεύων ῥῆσιν τὴν φάσκουσαν, κύριος ἔκτισέ
με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ. βαδιοῦ-
μαι δὲ ἐντεῦθεν ἤδη καὶ ἐπὶ τὰ πεπραγμένα.

## Κεφ. η'.

D *Ἔλεγχος τῶν ἀρειανιζόντων ἐκ τῶν εὐσταθίου καὶ ἀθανασίου συγγραμμάτων.*

ΤΙ οὖν. ἐπειδὴ διὰ ταῦτα σύνοδος ἐς τὴν νικαέων ἀφικνεῖται μεγίστη, διακοσίων μέντοι γε καὶ ἑβδομήκοντα τὸν ἀριθμὸν ὁμόσε συναχθέντων. τὸ γὰρ σαφὲς διὰ τὸν τῆς πολυανδρείας ὄχλον οὐχ' οἷός τέ εἰμι γράφειν, ἐπειδὴ μὴ πάντη τοῦτο περισπουδάστως ἀνίχνευον. ὡς δὲ ἐζητεῖτο τῆς πίστεως ὁ τρόπος, ἐναργὴς μὲν ἔλεγχος τὸ γράμμα τῆς εὐσεβίου προὐβάλλετο βλασφημίας. ἐπὶ πάντων δὲ ἀναγνωσθέν, αὐτίκα συμφορὰν

μὲν ἀσάθμητον τῆς ἐκτροπῆς ἕνεκα τοῖς ἀκηκόοσι προὐξένει. αἰσχύνην δ' ἀνήκεστον τῷ γράψαντι παρεῖχεν. ἐπειδὴ δὲ τὸ ἐργαστήριον τῶν ἀμφὶ τὸν εὐσέβιον σαφῶς ἑάλω, τοῦ παρανόμου γράμματος διαρραγέντος ὑπ' ὄψει πάντων, ὁμοῦ τινὲς ἐκ συσκευῆς, τοὔνομα προβαλλόμενοι τῆς εἰρήνης, κατεσίγησαν μὲν ἅπαντας τοὺς ἄριστα λέγειν εἰωθότας. οἱ δ' ἀρειομανῖται δείσαντες, μήπως ἄρα τοσαύτης ἐν ταυτῷ συνόδου συγκεκροτημένης ἐξοστρακισθεῖεν, ἀναθεματίζουσι μὲν προπηδήσαντες τὸ ἀπηγορευμένον δόγμα, συμφώνοις γράμμασιν ὑπογράψαντες αὐτοχειρί. τῶν δὲ προεδριῶν διὰ πλείστης ὅσης περιδρομῆς κρατήσαντες, δέον αὐτοὺς ὑπόπτωσιν λαμβάνειν, τοτὲ μὲν λεληθότως, τοτὲ δὲ περιφανῶς τὰς ἀποψηφισθείσας πρεσβεύουσι δόξας, διαφόροις ἐπιβουλεύοντες τοῖς ἐλέγχοις. βουλόμενοι δὲ παγιῶσαι τὰ ζιζανιώδη φυτουργήματα, δεδοίκασι τοὺς ἐπιγνώμονας, καὶ ἐκκλίνουσι τοὺς ἐφόρους· καὶ ταύτῃ τοὺς τῆς εὐσεβείας κήρυκας ἐκπολεμοῦσιν. οὐχ οὕτω δὲ πιστεύομεν, ὡς ἀνθρώπους ἀθέους δύνασθαι κρατῆσαι πώποτε τοῦ θείου. κἂν γὰρ πάλιν ἰσχύσωσι, καὶ πάλιν ἡττηθήσονται κατὰ τὸν σεμνόφωνον προφήτην ἠσαΐαν. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ μέγας εὐστάθιος. ὁ δὲ τούτου συναγωνιστής, καὶ τῆς ἀληθείας πρόβολος ἀθανάσιος, ὁ τῆς ἀλεξάνδρου τοῦ πανευφήμου προεδρείας διάδοχος, οἷς πρὸς τοὺς ἄφρους ἐπιστέλλων γέγραφε, καὶ ταῦτα προστέθεικε. τῶν συνελθόντων ἐπισκόπων βουλομένων, τὰς μὲν παρὰ τῶν ἀρειανῶν ἐφευρεθείσας τῆς ἀσεβείας λέξεις ἀνελεῖν, τὸ ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ τὸ λέγειν κτίσμα καὶ ποίημα τὸν υἱόν, καὶ τὸ ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καὶ ὅτι τρεπτῆς ἐστι φύσεως· τὰς δὲ τῶν γραφῶν ὁμολογουμένας γράψαι, ὅτι τε ἐκ τοῦ θεοῦ ὁ υἱὸς φύσει μονογενής ἐστι, λόγος, δύναμις, σοφία μόνη τοῦ πατρός, θεὸς ἀληθινός, ὡς εἶπεν ὁ ἰωάννης. καὶ ὡς ἔγραψεν ὁ παῦλος, ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς τοῦ πατρὸς ὑποστάσεως, οἱ περὶ εὐσέβιον ὑπὸ τῆς ἰδίας κακοδοξίας ἑλκόμενοι, διελάλουν ἀλλήλοις, συνθώμεθα. καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς ἐκ τοῦ θεοῦ ἐσμέν. εἷς γὰρ θεὸς ἐξ οὗ τὰ πάντα. καὶ τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν, ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινά. τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ θεοῦ. ἐλογίζοντο δὲ

A auditoribus quidem immenſum dolorem attulit ob doctrinæ pravitatem: auctorem autem ipſum ingenti pudore ac dedecore affecit. Porro cùm Euſebianorum officina jam detecta eſſet, & impius libellus in conſpectu omnium diſcerptus, quidam nihilominus ex compoſito nomen pacis prætendentes, reliquis omnibus qui optima dicere conſueverant, ſilentium impoſuerunt. Ariani vero metuentes ne tot Epiſcopis in unum congregatis ipſi Eccleſia ejicerentur, in medium proſilientes, dogma quod improbatum fuerat, anathemate damnarunt, & libello B qui unanimi omnium conſenſu conſcriptus fuerat, propria manu ſubſcripſerunt. Verum Epiſcopali dignitate per ambitum & aſſiduas interpellationes retenta, cum eos pœnitentiam agere oporteret, damnatas opiniones nunc clam, nunc apertè defendunt, variis argumentationib9 inſidiantes. Cupientes autem zizaniorum ſemina ſtabilire, peritos homines reformidant, & ſagaces inſpectores refugiunt: atq; idcirco pietatis præcones bello appetunt. Verum ne ſic quidem credimus impios homines Divinum numen unquam poſſe ſuperare. Quamvis vires denuo comparent, denuo vincentur juxta ma- C gnificum Prophetam Eſaiam. Et magnus quidem Euſtathius ita ſcribit. Ejus vero conturmalis, & veritatis propugnator Athanaſius, qui celeberrimi illius Alexandri in Epiſcopatu ſucceſſor fuit, in epiſtola quam ſcripſit ad Afros, hæc quoq; adjecit. Cùm Epiſcopi qui in unum convenerant in animo haberent, impias quidem illas voces ab Arianis excogitatas penitus abolere: Ex non extantibus videlicet, & Filium creaturam eſſe & facturam; & fuiſſe tempus cùm non eſſet; cum denique mutabilis eſſe naturæ: ſcripturarum autem voces omnium conſenſu receptas D conſcribere: Filium ſcil. ex Deo naturaliter unicum eſſe: eumq; eſſe verbum, virtutem ac ſapientiam ſolam Patris, Deum verum, ſicut Joannes dixit: & ſplendorem gloriæ ac figuram ſubſtantiæ Patris, quemadmodum Paulus ſcribit: Euſebiani opinionis ſuæ veſania correpti, inter ſe dixerunt, conſentiamus. Nam nos quoque ex Deo ſumus. Unus enim Deus ex quo omnia. Et alibi, vetera tranſierunt: ecce facta ſunt omnia nova. Omnia autem ex Deo. Reputabant etiam id quod ſcri-

inſpirata ſcriptura iſtis unquam uſa ſit vocibus: De non extantibus: &, Fuit aliquando tempus cùm non eſſet: & aliis quæ ibidem ſubjiciuntur, viſum eſt nullatenus rationi conſentaneum eſſe, ut hæc vel dicerentur vel docerentur. Proinde etiam huic recto ac ſalubri decreto conſenſimus, quippe qui nunquam antea hujuſmodi vocibus uti conſuevisſemus. Quin & iſtud, priusquã gigneretur non erat, anathemate damnare haud incongruum duximus, eo quòd apud omnes in confeſſo ſit, illum eſſe Filium Dei etiam ante corporalem nativitatem. Jam verò Imp. noſter Deo Chariſſimus ratiocinando adſtruebat, etiam ſecundùm divinam ipſius generationem illum eſſe ante omnia ſecula. Nam priusquam actu gigneretur, potentiâ erat in Patre, ingenita quadam ratione: Cùm Pater ſemper ſit pater, Rex item ſemper atque Servator; Et omnia ſit potentiâ, ſemperque eodem modo ac ſimiliter ſe habeat. Hæc vobis neceſſario ſcribenda eſſe duximus, Dilectiſſimi, ut vobis liquido demonſtremus, quanto cum judicio, tum dubitatio, tum aſſenſio noſtra librata ſit: & quod recte atque ordine, primum quidem ad extremam usq; horam reſtitimus, quamdiu nonnulla aliter quam oportuit ſcripta nos offendebant: tandem vero ea quæ nihil offenſionis habebant, ſine contentione amplexi ſumus, poſtquam nobis verborum ſententiam candide examinantibus apparuit, ea prorſus cum illis convenire quæ nos ipſi in fide primùm à nobis expoſita confeſſi fueramus.

A γραφῆς, τὸ ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ τὸ, ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καὶ τοῖς ἑξῆς ἐπιλεγομένοις κεχρημένης, οὐκ εὔλογον ἐφάνη ταῦτα λέγειν καὶ διδάσκειν. ᾧ καὶ αὐτῷ καλῶς δόξαντι συνεθέμεθα, ἐπεὶ μηδὲ ἐν τῷ πρὸ τούτου χρόνῳ τούτοις εἰώθειμεν συγχρῆσθαι τοῖς ῥήμασιν. ἔτι μὴν τὸ ἀναθεματίζεσθαι, τὸ πρὸ τοῦ γεννηθῆναι οὐκ ἦν, οὐκ ἄτοπον ἐνομίσθη, τῷ παρὰ πᾶσι μὴν ὁμολογεῖσθαι εἶναι αὐτὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ πρὸ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως. ἤδη δὲ θεοφιλέστατος ἡμῶν βασιλεὺς τῷ λόγῳ κατεσκεύαζε, καὶ κατὰ τὴν ἔνθεον αὐτοῦ γέννησιν τὸ πρὸ πάντων αἰώνων εἶναι αὐτόν· ἐπεὶ καὶ πρὶν ἐνεργείᾳ γεν-
B νηθῆναι, δυνάμει ἦν ἐν τῷ πατρὶ ἀγεννήτως, ὄντος τοῦ πατρὸς ἀεὶ πατρὸς, ὡς καὶ βασιλέως ἀεὶ καὶ σωτῆρος, καὶ δυνάμει πάντα ὄντος, ἀεί τε καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντος. Ταῦτα ὑμῖν ἀναγκαίως διεπεμψάμεθα ἀγαπητοὶ, τὰ κεκριμένα τῆς ἡμετέρας ἐξετάσεώς τε καὶ συγκαταθέσεως φανερὰ καθιστάντες· ὡς εὐλόγως, τότε μὲν καὶ μέχρις ὑστάτης ὥρας ἱστάμεθα, ὅθ' ἡμῖν τὰ ἑτεροίως γραφέντα προσέκοπτε· τότε δὲ ἀφιλονείκως τὰ μὴ λυποῦντα κατεδεξάμεθα, ὅθ' ἡμῖν εὐγνω-
C μόνως τὴν τῶν λόγων ἐξετάζουσι τὴν διάνοιαν, ἐμφανῆ σύμπραξιν ἔχειν ἔδοξε τοῖς ὑφ' ἡμῶν αὐτῶν ἐν τῇ προεκτεθείσῃ πίστει ὡμολογημένοις.

## Cap. XIII.

*Confutatio Arianorum noſtri temporis, ex Scriptis Euſebii Cæſarienſis.*

VOCEM igitur, conſubſtantialis novam non eſſe, nec à Patribus eo tempore congregatis primùm excogitatã, ſed jam olim à majoribus tranſmiſſam ad poſteros, Euſebius aperte teſtatur. Omnes verò qui tunc convenerant, uno conſenſu fidem illic expoſitã ſuſcepiſſe, idem ille tum in eadem epiſtola docet, tum in alio opere confirmat, in quo Conſtantini Magni vitam & converſatione͂ ſummis laudibus extollit. Sic autem ait: Hæc ille cùm Latino ſermone dixiſſet, quæ alius quiſpiam Græce interpretatus eſt, deinceps

## Κεφ. ιγ'.

Ἔλεγχος τῶν νῦν βλασφημούντων ἀρειανῶν, ἐκ τῶν εὐσεβίου τοῦ καισαρείας ἐπισκόπου συγγραμμάτων.

D Ὅτι μὲν οὖν οὐ καινή τις ἡ τοῦ ὁμοουσίου πρόσρησις, οὐδὲ ὑπὸ τῶν τότε συναθροισθέντων πατέρων ἐξευρεθεῖσα, ἀλλ' ἄνωθεν ἐκ προγόνων εἰς ἐγγόνους καταγομένη, σαφῶς μεμαρτύρηκεν ὁ εὐσέβιος. ὅτι δὲ καὶ ἅπαντες οἱ τηνικαῦτα συναθροισθέντες, συμφώνως τὴν ἐκτεθεῖσαν κατεδέξαντο πίστιν, κἀνταῦθα ἔφη καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ συγγράμματι μαρτυρεῖ, τοῦ μεγάλου κωνσταντίνου τὴν πολιτείαν εὐφημίαις γεραίρων. λέγει δὲ οὕτως. Ὁ μὲν δὴ ταῦτ' εἰπὼν ῥωμαίᾳ γλώττῃ, ὑφερμηνεύοντος ἑτέρου, παρεδίδου

τὸν

τὸν λόγον τοῖς τῆς συνόδου προέδροις. ἐν-
τεῦθεν δ' οἱ μὲν ἀρξάμενοι κατῃτιῶντο τοὺς
πέλας. οἱ δ' ἀπελογοῦντό τε καὶ ἀντεμέμ-
φοντο. πλείστων δῆτα ὑφ' ἑκατέρου τάγμα-
τος προτεινομένων, πολλῆς τε ἀμφιλογίας
τὰ πρῶτα συνισταμένης, ἀνεξικάκως ἐπη-
κροᾶτο ὁ βασιλεὺς τῶν πάντων, σχολῇ τε
εὐτόνῳ τὰς προτάσεις ὑπεδέχετο. ἐν μέρει
τε ἀντιλαμβανόμενος τῶν παρ' ἑκάστου τάγ-
ματος λεγομένων, ἠρέμα συνῆγε τοὺς φι-
λονείκως ἐνισταμένους, πράως τε ποιούμενος
τὰς πρὸς ἕκαστον ὁμιλίας, ἑλληνίζων τε τῇ
φωνῇ, ὅτι μηδὲ ταύτης ἀμαθῶς εἶχε, γλυ-
κερός τις ἦν καὶ ἡδύς. τοὺς μὲν συμπείθων.
τοὺς δὲ καταδυσωπῶν τῷ λόγῳ. τοὺς δ' εὖ
λέγοντας ἐπαινῶν. πάντας δὲ εἰς ὁμόνοιαν
ἐλαύνων, ἕως ὅτε ὁμογνώμονας καὶ ὁμοδό-
ξους αὐτοὺς ἐπὶ τοῖς ἀμφισβητουμένοις ἅπα-
σι κατεστήσατο· ὡς ὁμόφωνον μὲν κρατῆσαι
τὴν πίστιν. τῆς δὲ σωτηρίου ἑορτῆς τὸν αὐτὸν
παρὰ τοῖς πᾶσιν ὁμολογηθῆναι καιρόν. ἐκυ-
ροῦτο δὲ ἤδη καὶ ἐν γραφῇ δι' ὑποσημειώ-
σεως ἑκάστου τὰ κοινῇ δεδογμένα. καὶ μετὰ
βραχέα, πάλιν καὶ ταῦτα προστέθεικεν.
οὕτω δὴ συνταξάμενος, ἐπὶ τὰ σφῶν οἰ-
κεῖα τοὺς πάντας ἐπανιέναι ἠφίει. οἱ δὲ ἐπα-
νῄεσαν σὺν εὐφροσύνῃ. ἐκράτει τε τὸ λοι-
πὸν παρὰ τοῖς πᾶσι μία γνώμη, ἡ παρ'
αὐτῷ βασιλεῖ συμφωνηθεῖσα, συναπτομέ-
νων ὥσπερ ὑφ' ἑνὶ σώματι τῶν ἐκ μακροῦ
διῃρημένων. καὶ δὴ χαίρων ὁ βασιλεὺς ἐπὶ
τῷ κατορθώματι, τοῖς μὴ παρατυχοῦσι τῇ
συνόδῳ καρπὸν εὐθαλῆ δι' ἐπιστολῆς ἐδω-
ρεῖτο. λαοῖς τε πᾶσι, τοῖς τε κατ' ἀγροὺς,
καὶ τοῖς ἀμφὶ τὰς πόλεις, χρημάτων ἀφ-
θόνους ποιεῖσθαι διαδόσεις παρεκελεύετο,
ὧδέ πη γεραίρων τὴν ἑορτὴν τῆς εἰκοσαετοῦς
βασιλείας. ἔδει μὲν οὖν τοὺς τὰ Ἀρείου φρο-
νοῦντας, εἰ καὶ τοῖς ἄλλοις πατράσιν ἀντιλέ-
γειν οὐκ ἐνόμιζον δυσσεβὲς, τούτῳ γοῦν πι-
στεύειν, ὃν θαυμάζειν εἰώθασι, σύμφωνον γε-
γονυῖαν τὴν ὁμολογίαν ἐκείνην διδάσκοντι.
ἐπειδὴ δὲ καὶ πρὸς τὰς τῶν οἰκείων πατέρων
διαμάχονται δόξας, ἐχρῆν τοὺς Ἀρείου τὴν αἰ-
σχίστην μεμαθηκότας καὶ φρίκης γέμου-
σαν τελευτὴν, φυγεῖν παντὶ σθένει τὴν ὑπ'
ἐκείνου τεχθεῖσαν ἀσέβειαν. ἐπειδὴ δὲ εἰκὸς

A Concilii Præſidibus ſermonem conceſ-
ſit. Tum vero alii proximos inſimulare
cœperunt: alii accuſantibus reſponde-
re & viciſſim queri. Multis igitur hunc
in modum ex utraque parte propoſitis,
magnaque controverſia in ipſo princi-
pio excitata, Imperator cuncta patien-
tiſſime auſcultans, intento animo pro-
poſitas quæſtiones excepit; & quæ ab
utraque parte dicebantur, viciſſim a-
ſtruens atq; adjuvans, pertinacius cer-
tantes paulatim conciliavit. Cùmque
omnes placide alloqueretur, & Græca
uteretur lingua, quippe qui ne hujus
quidem linguæ ignarus eſſet, ſuaviſſi-
B mus ac jucundiſſimus fuit; dum alios vi
rationum adductos in ſuam ſententiam
trahit; alios orat & flectit; eosque qui
recte dixiſſent, laudibus afficit; & uni-
verſos ad concordiam incitat. Donec
tandem eos concordes in omnibus, de
quibus antea certabatur, & conſenti-
entes effecit. Adeo ut non modo unius
fidei conſonantia apud omnes obtine-
ret; verum etiam unum idemq; tem-
pus in ſalutaris feſti celebratione ab o-
mnibus firmaretur. Porro ea quæ in
commune placuerant, ſcriptis manda-
ta, & ſingulorum ſubſcriptione robo-
rata ſunt. Pauciſque interpoſitis rurſus
hæc addit: Cùm in hunc modum eis
C valedixiſſet, cunctis poſthæc in patri-
am redeundi poteſtatem fecit. Illi igi-
tur ſumma hilaritate domum reverſi
ſunt; ac deinceps una apud omnes va-
luit opinio, ſub ipſius Imperatoris præ-
ſentia, communi omnium conſenſu
firmata; cùm ii qui jamdudum à ſe
mutuo divulſi erant, in unum veluti
corpus coaluiſſent. Hoc igitur rerum
ſucceſſu lætus Imperator, iis qui ſyn-
odo minime interfuerant, gratiſſi-
mum fructum per litteras præbuit. Sed
& univerſis populis, tam iis qui per a-
gros, quam qui in urbibus habitabant,
D magnam pecuniæ vim diſtribui juſſit;
publicam feſtivitatem ob viceſimum
imperii ſui annum hac ratione conce-
lebrans. Quare Arianos, licet aliis
patribus contradicere haudquaquam
impium ducant, huic tamen quem
præcipue admirari ſolent, credere o-
portebat, unanimem fuiſſe profeſſio-
nem illam docenti. Sed quoniam ſuo-
rum quoque patrum opiniones impu-
gnant, decebat ſaltem, ut cùm Arii
mortem fœdiſſimam atque horroris
plenam didiciſſent, prolatam ab illo
impietatem omni ſtudio devitarent.

A Quoniam vero genus mortis illius haudquaquam omnibus notum eſſe veriſimile eſt, ego, cujusmodi fuerit, hoc loco exponam.

## Cap. XIV.

*De morte Arii, ex epiſtola Athanaſii.*

HIc igitur Alexandriæ diuturno tempore commoratus, in conventibus Eccleſiaſticis iterum bacchari ſtuduit, priſtinam quidem impietatem ſuam abnegans, editam vero à patribus confeſſionem fidei ſuſcepturum ſe promittens. Sed cùm neque divino Alexandro, neq; cathedræ ſimul ac pietatis illius ſucceſſori Athanaſio id perſuadere potuiſſet, rurſus adjuvante Euſebio Nicomedienſi Conſtantinopolim perrexit. Porro quæ ille ibi molitus fuerit, & quam ſententiam à juſto judice exceperit, omnium optime exponit Athanaſius in litteris quas ſcripſit ad Apionem: quarum partem huic operi intexam, quæ ſic habet; Ipſe quidem aberam Conſtantinopoli, tunc cùm ille mortuus eſt. Macarius vero presbyter aderat, qui mihi rem narravit. Accitus fuerat Arius ab Imperatore Conſtantino, opera ac ſtudio Euſebianorum. Qui cùm ingreſſus eſſet in palatium, interrogavit eum Imperator, utrum fidem Eccleſiæ catholicæ retineret. Tunc ille juravit ſe recte credere; & libellum fidei ſuæ porrexit: ea quidem occultans, quorum cauſa ejectus fuerat Eccleſia ab Alexandro Epiſcopo: per fraudem vero & ſimulationem uſurpans verba ſacræ Scripturæ. Cùm igitur juraſſet ſe minime ſenſiſſe ea, quorum cauſa ipſum ejecerat Alexander, dimiſit eum Imperator ita locutus: Si recta eſt fides tua, recte juraſti. Sin autem impia eſt fides tua, ac nihilominus juraſti, Deus è cœlo te judicet. Cùm hoc modo digreſſus eſſet à Principe, Euſebiani conſueta ipſis violentia utentes, eum in Eccleſiam introducere voluerunt. Sed beatæ memoriæ Alexander Conſtantinopolitanus Epiſcopus reclamabat, negans auctorem hæreſeos in communionem ſuſcipi oportere. Tandem Euſebiani minati ſunt Alexandro, ita dicentes: Quemadmodum te invito perfecimus, ut ab Imperatore Arius evocaretur, ſic craſtino die quamvis renuente te, nobiſcum in hac Eccleſia collectas aget. Erat tunc dies Sabbati, cùm

μὴ πάντας εἰδέναι τοῦ θανάτου τὸν τρόπον, ἐγὼ καὶ τοῦτον ὡς ἐγένετο διηγήσομαι.

## Κεφ. ιδʹ.

Περὶ τῆς ἀρείου τελευτῆς, ἐκ τῆς ἀθανασίου ἐπιστολῆς.

Πλεῖστον ὅσον ἐν ἀλεξανδρείᾳ διαλείψας τὸν χρόνον, ἐπικωμάσαι πάλιν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς συλλόγοις ἐβούλετο, ἀρνούμενος τὴν ἀσέβειαν, καὶ τὴν ἐκτεθεῖσαν ὑπὸ τῶν πατέρων
B ὁμολογίαν ὑπισχνούμενος δέχεσθαι. ὡς δὲ οὔτε τὸν θεῖον ἐκεῖνον ἀλέξανδρον ἔπεισεν, οὔτε μὴν ἀθανάσιον τὸν τῆς ἐκείνου προεδρείας καὶ εὐσεβείας διάδοχον, πάλιν διὰ τῆς εὐσεβίου τοῦ νικομηδέως σπουδῆς, εἰς τὴν κωνσταντινούπολιν ἔδραμε. τὰ δ᾽ ὑπ᾽ ἐκείνου τυρευθέντα, καὶ ὑπὸ τοῦ δικαίου ψηφισθέντα κριτοῦ, ἄμεινον ὁ πάντα ἄριστος ἀθανάσιος ἐν τοῖς πρὸς ἀπίωνα διηγήσατο γράμμασιν, ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτο τὸ μέρος ἐντάξω τῇ συγγραφῇ. Ἐγὼ μὲν οὐ παρήμην ἐν τῇ κωνσταντινουπόλει, ὅτε τετελεύτηκεν ἐκεῖνος. μακάριος δὲ ὁ πρεσβύτερος παρῆν, κἀκείνου λέγοντος ἤκουσα. ἐκέκλητο
C μὲν παρὰ κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως ἄρειος ἐκ σπουδῆς τῶν περὶ εὐσέβιον. εἰσελθόντα δὲ τὸν ἄρειον ἀνέκρινεν ὁ βασιλεύς, εἰ τὴν πίστιν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἔχοι. αὐτὸς τε οὖν ὤμοσε πιστεύειν ὀρθῶς, καὶ ἔγγραφον ἐπιδέδωκε πίστεως. κρύψας μὲν ἐφ᾽ οἷς ἐξεβλήθη τῆς ἐκκλησίας ὑπὸ ἀλεξάνδρου τοῦ ἐπισκόπου. ὑποκρινάμενος δὲ τὰς ἀπὸ τῶν γραφῶν λέξεις. ὀμόσαντα τοίνυν αὐτὸν μὴ πεφρονηκέναι ἐφ᾽ οἷς ἐξέβαλεν αὐτὸν ἀλέξανδρος, ἀπέλυσεν εἰρηκώς. εἰ ὀρθή σου ἡ πίστις ἐστί, καλῶς ὤμοσας. εἰ δὲ ἀσεβής ἐστιν ἡ πίστις σου καὶ ὤμοσας, ὁ θεὸς ἐκ
D τοῦ οὐρανοῦ κρίναι τὰ κατὰ σέ. οὕτω δὴ οὖν αὐτὸν ἐξελθόντα παρὰ τοῦ βασιλέως, ἠθέλησαν εἰσαγαγεῖν αὐτὸν εἰς τὴν ἐκκλησίαν οἱ περὶ εὐσέβιον τῇ συνήθει αὐτῶν βίᾳ. ἀλλ᾽ ὁ τῆς κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπος ὁ μακαρίτης ἀλέξανδρος ἀντέλεγε, φάσκων μὴ δεῖν εἰς κοινωνίαν δεχθῆναι τὸν τῆς αἱρέσεως εὑρετήν. καὶ λοιπὸν οἱ περὶ εὐσέβιον ἠπείλησαν, ὅτι ὥσπερ μὴ θελόντων ὑμῶν ἐποιέσαμεν αὐτὸν κληθῆναι παρὰ βασιλέως, οὕτως αὔριον κἂν μὴ κατὰ γνώμην σου τυγχάνῃ, συναχθήσεται ἄρειος μεθ᾽ ἡμῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ταύτῃ. σάββατον δὲ ἦν,

ὅτε ταῦτα ἔλεγον. ὁ τοίνυν ἐπίσκοπος Ἀλέξανδρος ἀκούσας ταῦτα, καὶ πάνυ λυπηθεὶς, εἰσελθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τὰς χεῖρας ἄρας πρὸς τὸν θεὸν, ἀπωδύρατο· καὶ ῥίψας ἑαυτὸν ἐπὶ πρόσωπον ἐν τῷ ἱερατείῳ, κείμενος ἐπὶ τοῦ ἐδάφους ηὔχετο. παρῆν δὲ καὶ Μακάριος εὐχόμενος σὺν αὐτῷ, καὶ ἀκούων τῆς φωνῆς αὐτοῦ. παρεκάλει δὲ δύο, ταῦτα λέγων. εἰ Ἄρειος αὔριον συνάγεται, ἀπόλυσον ἐμὲ τὸν δοῦλόν σου, καὶ μὴ συναπολέσῃς εὐσεβῆ μετὰ ἀσεβοῦς. εἰ δὲ φείδῃ τῆς ἐκκλησίας σου, οἶδα δὲ ὅτι φείδῃ, ἔπιδε ἐπὶ τὰ ῥήματα τῶν περὶ τὸν Εὐσέβιον, καὶ μὴ δῷς εἰς ἀφανισμὸν καὶ ὄνειδος τὴν κληρονομίαν σου. καὶ ἆρον Ἄρειον, ἵνα μὴ εἰσελθόντος αὐτοῦ εἰς τὴν ἐκκλησίαν, δόξῃ καὶ ἡ αἵρεσις συνεισέρχεσθαι αὐτῷ, καὶ λοιπὸν ἡ ἀσέβεια νομισθῇ ὡς εὐσέβεια. ταῦτ᾽ εὐξάμενος ὁ ἐπίσκοπος ἀνεχώρησε, πάνυ φροντίζων· καὶ γέγονέ τι θαῦμα φρικτὸν καὶ παράδοξον. τῶν γὰρ περὶ Εὐσέβιον ἀπειλησάντων, ὁ μὲν ἐπίσκοπος προσηύξατο. ὁ δὲ Ἄρειος ἐθάρρει τοῖς περὶ Εὐσέβιον. πολλά τε φλυαρῶν, εἰσῆλθεν εἰς καθέδρας ὡς διὰ χρείαν τῆς γαστρός· καὶ εὐθέως κατὰ τὸ γεγραμμένον πρηνὴς γενόμενος, ἐλάκησε μέσος, καὶ πεσὼν εὐθὺς ἀπέψυχεν. ἀμφοτέρων τε, τῆς κοινωνίας καὶ τῆς ζωῆς ἀπεστερήθη. τὸ μὲν οὖν τέλος τοῦ Ἀρείου, τοιοῦτον γέγονε. καὶ οἱ περὶ Εὐσέβιον μεγάλως αἰσχυνθέντες, ἔθαψαν τὸν ὁμόφρονα ἑαυτῶν. ὁ δὲ μακαρίτης Ἀλέξανδρος, χαιρούσης τῆς ἐκκλησίας τὴν σύναξιν ἐπετέλεσεν ἐν εὐσεβείᾳ καὶ ὀρθοδοξίᾳ, σὺν πᾶσι τοῖς ἀδελφοῖς εὐχόμενος καὶ δοξάζων μεγάλως τὸν θεόν. οὐχ ὡς ἐπιχαίρων τῷ θανάτῳ, μὴ γένοιτο. πᾶσι γὰρ ἀπόκειται τοῖς ἀνθρώποις ἀποθανεῖν ἅπαξ. ἀλλ᾽ ὅτι τοῦτο ὑπὲρ τὰς ἀνθρώπων κρίσεις ἐδείχθη. αὐτὸς γὰρ ὁ κύριος δικάσας ταῖς ἀπειλαῖς τῶν περὶ Εὐσέβιον, καὶ τῇ εὐχῇ Ἀλεξάνδρου, κατέκρινε τὴν Ἀρειανὴν αἵρεσιν. δείξας αὐτὴν ἀναξίαν οὖσαν τῆς ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας. καὶ πᾶσι φανερώσας, ὅτι κἂν παρὰ βασιλέως, καὶ πάντων ἀνθρώπων, ἔχῃ τὴν μαρτυρίαν καὶ τὴν προστασίαν, ἀλλὰ παρ᾽ αὐτῆς τῆς ἀληθείας κατεκρίθη· τοιαῦτα τῶν πονηρῶν σπερμάτων ὁ Ἄρειος δρεψάμενος δράγματα, καὶ τῶν μὲν ἐσομένων κολαστηρίων ἰδὼν τὰ προαύλια, τῆς οἰκείας ἀσεβείας διὰ τῆς τιμωρίας

A hæc dicerent. Quibus auditis Epiſco-
pus Alexander incredibili mœrore af-
fectus, manibus ad Deum ſublatis la-
mentari cœpit. Pronusq; humi jacens
intra conſepta altaris Deum orabat.
Aderat unà cum illo Macarius, ipſe
quoque Deum orans, & Alexandri vo-
cem audiens. Porro ille duo poſtulabat
à Deo, ita dicens: Si Arius cras com-
municaturus eſt, dimitte me ſervum
tuum, nec pium cum impio ſimul per-
das. Si vero parcis Eccleſiæ tuæ: novi
autem quod ei parcas: reſpice ad verba
Euſebianorum, & noli tradere hæredi-
tatem tuam in ruinam & opprobrium.
B Tolle è medio Arium, ne illo in Eccle-
ſiam ingreſſo, hæreſis quoq; ſimul in-
greſſa eſſe videatur, neve impietas de-
inceps eodem loco habeatur quo pie-
tas. Hæc precatus Epiſcopus, Eccleſiâ
abſceſſit mirum in modum ſollicitus.
Et continuo res accidit mira prorſus at-
que horrenda & inexſpectata. Nam
cùm Euſebiani minas intentaſſent, E-
piſcopus quidem preces ad Deum fu-
derat: Arius vero Euſebianorum præ-
ſidio confidebat, & multa inaniter ja-
ctans, ob urgentem alvi neceſſitatem
latrinas petiit. Statimq; pronus, ſicut
C ſcriptum eſt, crepuit medius, collapſus-
que protinus animam exhalavit, & u-
troq; pariter, communione ſcilicet ac
vita, privatus eſt. Hujuſmodi fuit ex-
itus Arii. Et Euſebiani quidem maxi-
mo pudore affecti, illum, utpote idem
cum ipſis ſentientem, tumulo condi-
derunt. Beatus autem Alexander, cum
gaudio totius Eccleſiæ collectas cele-
bravit pie atque orthodoxe, ſimul cum
univerſis fratribus Deum orans, & im-
penſe glorificans. Non quod morte il-
lius lætaretur: abſit. Cunctis enim ho-
minibus præſcriptum eſt ſemel mori.
Sed quia id miraculum cunctis morta-
D lium judiciis præſtantius apparuerat.
Nam Dominus ipſe de minis Euſebia-
norum & de Alexandri precibus ſen-
tentiam ferens, Arianam hæreſin con-
demnavit, Eccleſiæ communione in-
dignam eam eſſe demonſtrans: cun-
ctisque palam oſtendens, eam, licet
Imperatoris ipſius omniumque mor-
talium ſuffragio ac præſidio muniatur,
ipſius veritatis judicio eſſe damnatam.
Hujuſmodi manipulos pernicioſæ ſe-
mentis collegit Arius, & pœnarum
quæ ipſi in futuro ſæculo paratæ erant,
intuitus præludia, propriam impieta-
tem ſupplicio ſuo confeſſus eſt. Ego

vero ad narrandam Imperatoris pietatem ſermonem transferam. Omnibus enim Imperio Romano ſubjectis epiſtolam ſcripſit, eos exhortans, ut priſtinæ ſuperſtitionis errorem abjicerent; & Servatoris noſtri doctrinam amplecterentur; cunctosq; ad hujus veritatis callem perducens. Singularum autem urbium Epiſcopos ad conſtruendas Eccleſias excitabat, non litteris ſolum eos ad hoc invitans, ſed etiam pecuniarum largitione & eorum omnium quæ ad fabricas erant neceſſaria. Idque declarant litteræ ipſæ, quæ ſic habent.

## CAP. XV.

*Conſtantini Imperatoris epiſtola de Conſtructione Eccleſiarum.*

*Victor Conſtantinus Maximus, Auguſtus, Euſebio.*

CUM usq; ad hanc diem impia præſumptio & tyrannica violentia miniſtros Servatoris noſtri ſit perſecuta, pro certo habeo planeq; mihi ipſe perſuaſi, omnium Eccleſiarum ædificia, aut per incuriam corrupta, aut præ metu ingruentis temporũ iniquitatis minꝰ honorifice exculta eſſe, frater chariſſime. Nunc vero cùm libertas reſtituta ſit, & draco ille providentiâ Dei optimi maximi, miniſterio autem noſtro à Reipublicæ adminiſtratione ſubmotus; equidem exiſtimo Divinam potentiam omnibus clariſſime innotuiſſe; & eos qui ſeu metu, ſeu incredulitate aliquid peccaverunt, agnito illo qui vere eſt, ad rectam ac veram vivendi rationem eſſe redituros. Quotquot igitur Eccleſiis aut ipſe præes, aut alios in ſingulis locis præſidentes Epiſcopos, & presbyteros ac diaconos noſti; cunctos admone, ut in opera Eccleſiarũ omni ſtudio ac diligentia incumbant: quo aut reparentur quæ adhuc manent, aut augeantur in majus; aut ſicubi uſus poſtulaverit, nova ædificentur. Quæcunque autem neceſſaria fuerint, & ipſe, & reliqui alii tuo interventu, tum à Præſidibus provinciarum petent, tum ab officio Præfecturæ Prætorianæ. His enim per litteras præceptum eſt, ut omni diligentia iis quæ tua ſanctitas dixerit obſequantur. Divinitas te ſervet frater chariſſime. Atque hæc quidem de Eccleſiarum ædificatione ſcripſit ad Epiſcopos, qui in ſingulis erant

A κατηγόρει. ἐγὼ δὲ ἐπὶ τὴν τῆς βασιλικῆς εὐσεβείας διήγησιν τρέψομαι. πᾶσι γὰρ τοῖς ὑπὸ τῶν ῥωμαίων τελοῦσιν ἡγεμονίαν ἐπέστειλε δήμοις. τῆς μὲν προτέρας αὐτοὺς ἐξαπάτης ἀπαλλαγῆναι παρεγγυῶν. τὴν δὲ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν μεταμαθεῖν διδασκαλίαν προτρέπων, καὶ ἐπὶ ταύτην ἅπαντας τὴν ἀλήθειαν ξεναγῶν. τοὺς δέ γε κατὰ πόλιν ἐπισκόπους ἐπὶ τὰς τῶν ἐκκλησιῶν οἰκοδομίας διήγειρεν, οὐ γράμμασι μόνοις ἐπὶ τοῦτο προτρέπων, ἀλλὰ καὶ χρήματα φιλοτίμως δωρούμενος, καὶ τὰ τῆς οἰκοδομίας δαπανήματα χορηγῶν. δηB λοῖ δὲ καὶ τὰ γραφέντα, τοῦτον ἔχοντα τὸν τρόπον.

## Κεφ. ιε΄.

Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως κωνσταντίνου, περὶ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν οἰκοδομῆς.

Νικητὴς κωνσταντῖνος μέγιστος, σεβαστὸς, εὐσεβίῳ.

ΕΩς τοῦ παρόντος χρόνου, τῆς ἀνοσίου βουλήσεως καὶ τυραννίδος τοὺς ὑπηρέτας τοῦ σωτῆρος χριστοῦ διωκούσης. πεπίστευκα καὶ ἀκριβῶς ἐμαυτὸν πέπεικα, πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν τὰ ἔργα, ἢ ὑπὸ ἀμελείας διεφθάρθαι, ἢ φόβῳ τῆς ἐπικειμένης ἀδικίας ἐλάττονα τῆς ἀξίας γεγενῆσθαι ἀδελφὲ προσφιλέστατε. νυνὶ C δὲ τῆς ἐλευθερίας ἀποδοθείσης, καὶ τοῦ δράκοντος ἐκείνου ἀπὸ τῆς τῶν κοινῶν διοικήσεως, θεοῦ τοῦ μεγίστου προνοίᾳ, ἡμετέρᾳ δὲ ὑπηρεσίᾳ ἐκδιωχθέντος, ἡγοῦμαι καὶ πᾶσι φανερὰν γεγενῆσθαι τὴν θείαν δύναμιν. καὶ τοὺς ἢ φόβῳ, ἢ ἀπιστίᾳ, ἢ ἁμαρτήμασί τισι περιπεσόντας, ἐπιγνόντας τε τὸν ὄντως ὄντα, ἥξειν ἐπὶ τὴν ἀληθῆ καὶ ὀρθὴν τοῦ βίου κατάστασιν. ὅσων τοίνυν ἢ αὐτὸς προΐστασαι ἐκκλησιῶν, ἢ ἄλλους τοὺς κατὰ τόπον προϊσταμένους ἐπισκόπους, πρεσβυτέρους τε καὶ διακόνους οἶδα, ὑπόμνησον σπουδάζειν περὶ τὰ ἔργα τῶν ἐκD κλησιῶν, ἢ ἐπανορθοῦσθαι τὰ ὄντα, ἢ εἰς μείζονα αὔξειν, ἢ ἔνθα ἂν ἡ χρεία ἀπαιτεῖ, καινὰ ποιεῖν. αἰτήσεις δὲ καὶ αὐτὸς καὶ διὰ σοῦ οἱ λοιποὶ τὰ ἀναγκαῖα, παρά τε τῶν ἡγεμονευόντων, καὶ τῆς ἐπαρχικῆς τάξεως. τούτοις γὰρ ἐπεστάλη, πάσῃ σπουδῇ ἐξυπηρετήσασθαι τοῖς ὑπὸ τῆς σῆς ὁσιότητος λεγομένοις. ὁ θεὸς διαφυλάξαι σε ἀδελφὲ ἀγαπητέ. Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν οἰκοδομίας πρὸς τοὺς καθ᾽ ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐπισκόπους

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ἐπέστελεν. ὁποῖα δὲ καὶ περὶ τῆς τῶν ἱερῶν βιβλίων κατασκευῆς πρὸς Εὐσέβιον ἔγραψε τὸν Παλαιστινὸν, ἐξ αὐτῶν τῶν γραμμάτων καταμαθεῖν εὐπετές.

## Κεφ. ις΄.

Ἄλλη ἐπιστολὴ τοῦ αὐτοῦ, περὶ τῆς τῶν θείων γραφῶν κατασκευῆς.

Νικητὴς Κωνσταντῖνος μέγιστος, Σεβαστὸς, Εὐσεβίῳ.

ΚΑτὰ τὴν ἐπώνυμον ἡμῖν πόλιν, τῆς τοῦ Σωτῆρος θεοῦ συναιρομένης προνοίας, μέγιστον πλῆθος, ἀνθρώπων τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ ἀνατέθεικεν ἑαυτό. ὡς πάντων ἐκεῖσε πολλὴν λαβόντων αὔξησιν, σφόδρα ἄξιον καταφαίνεσθαι, καὶ ἐκκλησίας ἐν αὐτῇ κατασκευασθῆναι πλείους. τοιγάρτοι δέδεξο προθυμότατα τὸ δόξαν τῇ ἡμετέρᾳ προαιρέσει. πρέπον γὰρ κατεφάνη δηλῶσαι τοῦτο τῇ σῇ συνέσει. ὅπως ἂν πεντήκοντα σωμάτια ἐν διφθέραις ἐγκατασκεύοις, εὐανάγνωστά τε καὶ πρὸς τὴν χρῆσιν εὐπαρακόμιστα, ὑπὸ τεχνιτῶν καλλιγράφων καὶ ἀκριβῶς τὴν τέχνην ἐπισταμένων γραφῆναι κελεύσειας. τῶν θείων δηλαδὴ γραφῶν, ὧν μάλιστα τήν τε ἐπισκευὴν, καὶ τὴν χρῆσιν, τῷ τῆς ἐκκλησίας λόγῳ ἀναγκαίαν εἶναι γινώσκεις. ἀπέσταλται δὲ γράμματα παρὰ τῆς ἡμετέρας ἡμερότητος πρὸς τὸν τῆς διοικήσεως καθολικὸν, ὅπως ἂν πάντα τὰ πρὸς τὴν ἐπισκευὴν αὐτῶν ἐπιτήδεια παρασχεῖν φροντίσειεν. ἵνα γὰρ ὡς τάχιστα τὰ γραφέντα σωμάτια κατασκευασθείη, τῆς σῆς ἐπιμελείας ἔργον τοῦτο γενήσεται. καὶ γὰρ δύο δημοσίων ὀχημάτων ἐξουσίαν εἰς διακομιδὴν, ἐκ τῆς αὐθεντίας τοῦ γράμματος ἡμῶν τούτου λαβεῖν σε προσήκει. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα καλῶς γραφέντα, καὶ μέχρι τῶν ἡμετέρων ὄψεων ῥᾷστα διακομισθείη· ἑνὸς δηλαδὴ τοῦτο πληροῦντος τῶν ἐκ τῆς σῆς ἐκκλησίας διακόνων· ὃς ἐπειδὰν ἀφίκηται πρὸς ἡμᾶς, τῆς ἡμετέρας πειραθήσεται φιλανθρωπίας. ὁ θεός σε διαφυλάξει ἀδελφὲ ἀγαπητέ. ἱκανὰ μὲν οὖν καὶ ταῦτα τεκμηριῶσαι, μᾶλλον δὲ διδάξαι σαφῶς, ὅπως ὁ πανεύφημος βασιλεὺς πᾶσαν εἰς τὰ θεῖα μετέθηκε τὴν σπουδήν. προσθήσω δὲ ὅμως τοῖς εἰρημένοις, τὰ περὶ τὸν σωτήριον αὐτοῦ τάφον κατωρθωμένα. μαθὼν γὰρ ὡς οἱ κορυβαντιῶντες, καὶ περὶ τὴν τῶν εἰδώλων θεραπείαν βεβακχευμένοι, τὸν μὲν δεσποτικὸν κατέχωσαν τάφον, λήθῃ παραδοῦναι φιλονεικοῦντες τῆς σωτηρίας τὴν μνήμην. ἐπὶ τούτῳ δὲ νεὼν τῆς ἀκολάστου δαίμονος ἐδομήσαντο, ταῖς παρθενικαῖς ᾠδῖσι ἐπιτωθάζοντες. κατα-

A provinciis. De ſacris autem codicibus conficiendis quæ ad Euſebium Palæſtinum ſcripſerit, ex ipſis litteris facile eſt cognoſcere.

## Cap. XVI.

*Alia ejuſdem Imp. epiſtola, de conficiendis ſacris codicibus.*

*Victor Conſtantinus Maximus, Auguſtus, Euſebio.*

IN ea urbe quæ à nobis nomen ſortita eſt, Divinâ Servatoris noſtri provi-B dentia, maxima hominum multitudo ad ſanctiſſimam Eccleſiam ſeſe adjunxit. Itaque cùm cuncta illic maximum incrementum capiant, conſentaneum inprimis videtur, ut plures quoque in ea conſtruantur Eccleſiæ. Accipe igitur libenti animo id quod facere decrevi. Viſum eſt enim id ſignificare prudentiæ tuæ, ut quinquaginta codices Divinarum ſcripturarum, quarum apparatum & uſum maxime neceſſarium Eccleſiæ eſſe intelligis, in membranis probe apparatis, ab artificibus antiquariis venuſte ſcribendi peritiſſimis de-C ſcribi facias; qui & legi facile & ad omnem uſum circumferri poſſint. Litteræ porro à noſtra clementia miſſæ ſunt ad Rationalem Diœceſis, ut cuncta ad eorum codicum confectionem neceſſaria præberi curet. Tuæ erit diligentiæ, ut ſcripti codices quantocyus apparentur. Cæterum duorum publicorum vehiculorum uſum auctoritate hujus epiſtolæ accipies. Sic enim quæ eleganter deſcripta ſunt, ad conſpectum noſtrum commodiſſime perferentur: uno ſcilicet ex Eccleſiæ tuæ diaconis id miniſterium obeunte. Qui quidem ubi ad nos pervenerit, humanitatis noſtræ experimentum capiet. Divinitas te ſervet frater chariſſime. Ex his quidem ſa-D tis colligitur, immo vero apertiſſime demonſtratur, qualiter Imperator omni laude digniſſimus omne ſtudium ſuum ad res Divinas transtulerit. Adjiciam tamen ea quæ circa ſepulchrum Servatoris noſtri ab eodem præclare geſta ſunt. Nam cùm didiciſſet, inſanientes ac furore percitos dæmonum cultores, dum ſalutis noſtræ memoriam ſtudent abolere, ſepulchrũ quidẽ Domini congeſta humo adobruiſſe: deſuper vero fanum impudicæ dæmonis extruxiſſe, ut Virginis partũ ludibrio afficerẽt: primo



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quidem execrandum illud ædificiũ de- A ſtrui juſſit: humumque illam impuris ſacrificiis contaminatam exportari, & quam longiſſime extra urbem projici: Deinde vero Eccleſiam maximam ac pulcherrimam eodem in loco ædificari præcepit. Verum hæc evidentius oſtendit epiſtola ipſa, quam ad Eccleſiæ illius Antiſtitem miſit, Erat hic Macarius ille, cujus ſupra mentionem fecimus; qui etiam maximæ Synodo interfuerat: & una cum reliquis impietatem Arii proſtraverat. Eſt autem hujuſmodi.

## Cap. XVII.

*Alia ejuſdem Imp. epiſtola ad Macarium Hieroſolymitanum Epiſcopum, de conſtructione ſacroſanctæ Eccleſiæ.*

*Victor Conſtantinus Maximus Macario.*

TANTA eſt Servatoris noſtri gratia, ut nulla ſermonis copia ad præſentis miraculi narrationem ſufficere videatur. Nam ſacratiſſimæ illius paſſionis monumentum, ſub terra jam pridem occultatum tot annorum ſpatio delituiſſe, quoad communi omnium hoſte ſublato, famulis ejus in libertatem vindicatis affulgeret, omnem revera admirationem ſuperat. Nam tametſi o- C mnes quotquot ubique terrarum ſapientes habentur, in unum coacti, aliquid pro hujus rei dignitate dicere inſtituerint, ne ad minimam quidem ejus partẽ aſpirare poſſe mihi videntur. Quippe hujus miraculi fides omnem humanæ rationis capacem naturam tantùm excedit, quantum humanis Divina præcellunt. Quocirca hic unus mihi ac præcipuus ſemper eſt ſcopus, ut quemadmodum veritatis fides novis quotidie miraculis inclareſcit, ſic etiam mẽtes omnium noſtrûm ad ſanctiſſimæ legis obſervantiam, cum omni modeſtia D & concordi alacritate incitẽtur. Quod quoniam omnibus perſpectiſſimũ eſſe confido, illud tibi imprimis perſuaſum velim, nihil mihi antiquius eſſe, quam ut ſacrum illum locum, quem Dei juſſu turpiſſima adjectione ſimulachri, velut gravi quodam pondere exoneravi; & qui ab initio quidem Dei judicio ſanctus fuit, poſtea vero multo ſanctior effectus eſt, ex quo Dominicæ paſſionis fidem in lucem protulit; eum, inquam, locum fabricarũ pulchritudine exornemus. Decet itaque prudentiam tuam, ſingula ad opꝰ neceſſaria ita diſponere

λυθῆναι μὲν προσέταξε τὸ μυσαρὸν οἰκοδόμημα. τὸν δὲ χοῦν ἐκεῖνον τὸν ἐναγέσι μολυνθέντα θυσίαις ἐκφορηθῆναι, καὶ πόρρω που ῥιφῆναι τοῦ ἄστεος· εἶτα νεὼν οἰκοδομηθῆναι μέγιστόν τε καὶ κάλλιστον. δηλοῖ δὲ ταῦτα σαφέστερον ἡ ἐπιστολή, ἣν πρὸς τὸν πρόεδρον τῆς ἐκκλησίας ἐκείνης ἀπέστειλε. Μακάριος δὲ ἦν οὗτος, οὗ καὶ πρόσθεν ἐμνήσθημεν, ὃς καὶ τῆς μεγάλης κεκοινωνήκει συνόδου, καὶ τὴν Ἀρείου σὺν τοῖς ἄλλοις καταγωνίσατο βλασφημίαν. ἔστι δὲ αὕτη.

## Κεφ. ιζ.

B Ἄλλη τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ πρὸς Μακάριον τὸν ἐπίσκοπον Ἱεροσολύμων, περὶ τῆς οἰκοδομίας τοῦ θείου ναοῦ.

Νικητὴς Κωνσταντῖνος μέγιστος Μακαρίῳ.

Τοσαύτη τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐστὶν ἡ χάρις, ὡς μηδεμίαν λόγων χορηγίαν τοῦ παρόντος θαύματος ἀξίαν εἶναι δοκεῖν. τὸ γὰρ γνώρισμα τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πάθους, ὑπὸ τῇ γῇ πάλαι κρυπτόμενον, τοσαύταις ἐτῶν περιόδοις λαθεῖν, ἄχρις οὗ διὰ τῆς τοῦ κοινοῦ πάντων ἐχθροῦ ἀναιρέσεως ἐλευθερωθεῖσι τοῖς ἑαυτοῦ θεράπουσιν ἀναλάμπειν ἔμελλεν, πᾶσαν ἔκπληξιν ὡς ἀληθῶς ὑπερβαίνει. εἰ γὰρ πάντες οἱ διὰ πάσης C τῆς οἰκουμένης εἶναι δοκοῦντες σοφοί, εἰς ἓν καὶ τὸ αὐτὸ συνελθόντες, ἄξιόν τι τοῦ πράγματος ἐθέλωσιν εἰπεῖν, οὐδ᾽ ἂν πρὸς τὸ βραχύτατον ἁμιλληθῆναι δυνήσονται. ἐπὶ τοσοῦτον πᾶσαν ἀνθρωπίνου λογισμοῦ χωρητικὴν φύσιν ἡ τοῦ θαύματος τούτου πίστις ὑπερβαίνει, ὅσῳ τῶν ἀνθρωπίνων τὰ οὐράνια συνέστηκεν εἶναι δυνατώτερα. διὰ τοῦτο γοῦν οὗτος ἀεὶ καὶ πρῶτος καὶ μόνος ἐστί μοι σκοπός, ἵν᾽ ὥσπερ ἑαυτὴν ὁσημέραι καινοτέροις θαύμασιν ἡ τῆς ἀληθείας πίστις ἐπιδείκνυσιν, οὕτως καὶ αἱ ψυχαὶ πάντων ἡμῶν D περὶ τὸν ἅγιον νόμον σωφροσύνῃ καὶ ὁμογνώμονι προθυμίᾳ σπουδαιότεραι γίνωνται. ὅπερ ἐπειδὴ πᾶσιν εἶναι νομίζω φανερόν, ἐκεῖνο μάλιστά σε πεπεῖσθαι βούλομαι. ὡς ἄρα πάντων μοι μᾶλλον μέλει, ὅπως τὸν ἱερὸν ἐκεῖνον τόπον, ὃν θεοῦ προστάγματι αἰσχίστης εἰδώλου προσθήκης, ὥσπερ τινὸς ἐπικειμένου βάρους ἐκούφισα, ἅγιον μὲν ἐξ ἀρχῆς θεοῦ κρίσει γεγενημένον, ἁγιώτερον δὲ ἀποφανθέντα, ἀφ᾽ οὗ τὴν τοῦ σωτηρίου πάθους πίστιν εἰς φῶς προήγαγεν, οἰκοδομημάτων κάλλει κοσμήσωμεν. προσήκει τοίνυν τὴν σὴν ἀγχίνοιαν οὕτως διατάξαι τε

καὶ ἑκάστου τῶν ἀναγκαίων ποιήσασθαι πρόνοιαν, ὡς οὐ μόνον βασιλικὴν τῶν πανταχοῦ βελτίονα, ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ τοιαῦτα γενέσθαι, ὡς πάντα τὰ ἐφ' ἑκάστης καλλιστεύοντα πόλεως, ὑπὸ τοῦ κτίσματος τούτου νικᾶσθαι. καὶ περὶ μὲν τῆς τῶν τοίχων ἐγέρσεώς τε καὶ καλλιεργίας, Δρακιλλιανῷ τῷ ἡμετέρῳ φίλῳ, τῷ διέποντι τῶν λαμπροτάτων ἐπάρχων τὰ μέρη, καὶ τῷ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντι, παρ' ἡμῶν ἐγκεχειρίσθαι τὴν φροντίδα γίνωσκε. κεκέλευσται γὰρ ὑπὸ τῆς ἐμῆς εὐσεβείας, καὶ τεχνίτας καὶ ἐργάτας, καὶ πάνθ' ὅσα περὶ τὴν οἰκοδομὴν ἀναγκαῖα τυγχάνειν, παρὰ τῆς σῆς καταμάθοιεν ἀγχινοίας, παραχρῆμα διὰ τῆς ἐκείνων προνοίας ἀποσταλῆναι. περὶ δὲ τῶν κιόνων εἴτ' οὖν μαρμάρων, ἃ δὴ ἂν νομίσειας εἶναι τιμιώτερά τε καὶ χρησιμώτερα, αὐτὸς συνόψεως γενομένης, πρὸς ἡμᾶς γράψαι σπούδασον, ἵν' ὅσων δὴ ἂν καὶ ὁποίων χρείαν εἶναι διὰ τοῦ σοῦ γράμματος ἐπιγνῶμεν, ταῦτα πανταχόθεν μετενεχθῆναι δυνηθῇ. τὸν γὰρ τοῦ κόσμου θαυμασιώτερον τόπον, κατ' ἀξίαν φαιδρύνεσθαι δίκαιον. τὴν δὲ τῆς βασιλικῆς καμάραν, πότερον λακωναρίαν, ἢ διά τινος ἑτέρας ἐργασίας γενέσθαι δοκεῖ, παρὰ σοῦ γνῶναι βούλομαι. εἰ γὰρ λακωναρία μέλλοι εἶναι, δυνήσεται καὶ χρυσῷ καλλωπισθῆναι. τὸ λειπόμενον, ἵνα ἡ σὴ ὁσιότης τοῖς προειρημένοις δικασταῖς ἢ τάχος γνωρισθῆναι ποιήσῃ, ὅσων τε ἐργατῶν τε τεχνιτῶν καὶ ἀναλωμάτων χρεία, ἃ καὶ πρὸς ἐμὲ εὐθέως ἀνενεγκεῖν σπούδασον, οὐ μόνον περὶ τῶν μαρμάρων τε καὶ κιόνων, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν λακωναρίων, εἴγε καὶ τοῦτο κάλλιον ἐπικρίνειας. ὁ θεός σε διαφυλάξει ἀδελφὲ ἀγαπητέ.

Κεφ. ιη'.

Περὶ Ἑλένης τῆς τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου μητρός, καὶ τῆς περὶ τὴν οἰκοδομίαν τοῦ θείου ναοῦ σπουδῆς.

Τούτοις τοῖς γράμμασιν οὐκ ἄλλος τις διηκόνησεν, ἀλλ' αὐτὴ τοῦ βασιλέως ἡ μήτηρ, ἡ καλλίπαις ἐκείνη, καὶ παρὰ πάντων ᾀδομένη τῶν εὐσεβῶν. ἡ τὸν μέγαν τοῦτον φωστῆρα τεκοῦσα, καὶ τὴν τῆς εὐσεβείας αὐτῷ προσενεγκοῦσα τροφήν· αὕτη τῶν τῆς ὁδοιπορίας πόνων ἀνασχομένη, καὶ τοῦ γήρως οὐ λογισαμένη τὰ πάθη· πρὸ γὰρ ὀλίγου τῆς τελευτῆς τὴν ἀποδημίαν ταύτην ἐστείλατο, ὀγδοηκοντοῦτις δὲ τοῦ βίου τὸ τέρμα κατείληφεν. ἐπειδὴ δὲ τὸ χωρίον εἶδεν ἐκεῖνο, τὸ τῆς κοινῆς σωτηρίας τὰ πάθη δεξάμενον, εὐθὺς μὲν τὸν μυσαρὸν ἐκεῖνον νεὼν καταλυθῆναι, καὶ τὸν χοῦν ἐκφορηθῆναι προσέταξε. δήλου

A & curare, ut non modo baſilica ipſa omnium quæ ubique ſunt, pulcherrima, ſed & reliqua membra ejusmodi ſint, ut omnes quantumvis eximiæ ſingularum urbium fabricæ, ab hac una facile ſuperentur. Ac de parietum quidem ſubſtructione & elegantia, Draciliano amico noſtro, agenti vices clariſſimorum Præfectorum Prætorio, & Præſidi provinciæ ſcias curam à me eſſe commiſſam. Juſſit ſiquidem pietas noſtra, ut artifices & operarii, & quæcunque ad hoc opus neceſſaria eſſe ex prudentia tua cognoverint, protinus inſtante illorum ſollicitudine dirigantur. De columnis vero & marmoribus, quæcunque B & pretioſiora & utiliora eſſe inſpectione operis facta judicaveris, cura ut ad nos perſcribas: ut cùm ex litteris tuis cognoverimus, quot & qualibus opus ſit, ea undique poſſint comportari. Æquum eſt enim, ut qui præ totius orbis locis maxime admirabilis eſt locus, pro dignitate ſua exornetur. Porro cameram Baſilicæ, utrum laqueatam, an alio quopiam operis genere faciendam cenſeas, certior à te fieri velim. Nam ſi laqueata fiet, auro quoque poterit exornari. Reſtat igitur ut ſanctitas tua ſupra memoratis judicibus quam primùm ſignificet, quot operariis & arti- C ficibus & ſumptibus opus erit: utq; ad me celeriter referat, non modo de marmoribus & columnis, ſed etiam de lacunaribus, ſi hoc opus venuſtius eſſe cenſueris. Divinitas te ſervet frater chariſſime.

## Cap. XVIII.

*De Helena matre Imp. Conſtantini: deque ejus ſtudio in ædificatione Eccleſiæ.*

Has litteras non alius quiſpiã pertulit, ſed ipſa Imperatoris mater, tanti filii parens illa, & ab omnibus piis D tantopere celebrata, quæ & magnum illud lumen orbi peperit, & pietatis alimenta ei ſubminiſtravit: ipſa itineris laborem ſubiens, & ſenectuti ſuæ incommoda pro nihilo reputans. Etenim paulo ante mortẽ hoc iter ingreſſa eſt: octogenaria vero deceſſit è vita. Poſtquam ergo ad locum illum perveniſſet, qui univerſo orbi ſalutarem paſſionem exceperat, illico execrandum quidem illud fanum everti, & rudera exportari juſſit. Cùm verò ſepulchrum quod hactenus latuerat, in lucem emerſiſſet,

A cruces tres juxta Dominicum monumentum defoſſæ apparuerunt. Ac unam quidem illarum fuiſſe crucem Domini ac Servatoris noſtri Jeſu Chriſti: reliquas vero duas latronum qui una cum illo ſuffixi fuerant, cuncti pro certo habebant. Sed quænam illarum corpus Domini attigiſſet & pretioſi ſanguinis guttis conſperſa fuiſſet, prorſus ignorabant. Verum ſapientiſſimus ille ac plane divinus Macarius, urbis illius Antiſtes, hac ratione dubitationem omnem diſſolvit. Nam cùm matronæ cuidam nobili, quæ diuturno morbo laborabat, oratione facta, ſingulas cruces intento animo admoviſ- B ſet, Dominicæ crucis efficaciam deprehendit. Hæc enim cùm mulierem attigiſſet, gravem illum morbum protinus depulit, & priſtinam ſalutem mulieri reſtituit. Hoc modo cùm Imperatoris mater, id quod tantopere cupiebat, didiciſſet, clavorum quidem partē galeæ Imperatoris inſeruit, capiti filii ſui proſpiciens, ut hoſtium tela ab eo depelleret. Partem vero fræno equi illius admiſcuit, ſimul Imperatori tutelam præſtans, ſimul veteris prophetæ vaticinium complens. Nam Zacharias propheta diu ante prædixerat: Et quod C in fræno equi eſt, ſanctum erit Domino omnipotenti. Dominicæ autem crucis partem quidem palatio attribuit. Reliquum argentea theca quam fabricari juſſerat incluſū, civitatis Epiſcopo tradidit, hortata ut ſalutis noſtræ monumentum ad poſterorum memoriam diligenter cuſtodiret. Collectis deinde artificibus, cùm omnis generis materiam undique comparaſſet, ampliſſimas illas ac pulcherrimas cōſtruxit Eccleſias. Quarum amplitudinem ac venuſtatem deſcribere ſuperfluum puto, cùm omnes fere pii ac religioſi eò confluant, & operum magnificentiam contemplentur. Aliud præterea memoria dignum geſſit laudatiſſima illa planeq; D admirabilis Regina. Nam cùm puellas omnes quæ perpetuam virginitatem profitebantur in unum congregaſſet, paratiſque pluribus ſtibadiis diſcumbere juſſiſſet, ipſa ancillæ munus implevit, miniſtrans ciboſque apponens, & pocula porrigens, & vinum infundens. Sed & aquæ manile cùm ſuppoſita pelvi ferens, aquam abluendis earum manibus affudit. His ac ſimilibus aliis ibi geſtis rediit ad filium. Nec multo poſt ad meliorem vitam tranquillo

A δὲ τοῦ κεκρυμμένου τάφου γεγυμνωμένου, ὤφθησαν τρεῖς παρὰ τὸ μνῆμα τὸ δεσποτικὸν κατεχωσμένοι σταυροί. καὶ ὅτι μὲν εἷς ἐκ τούτων ὁ τοῦ δεσπότου ἡμῶν καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐτύγχανεν ὤν, οἱ δ' ἕτεροι τῶν σὺν αὐτῷ προσηλωθέντων λῃστῶν, ἀναμφισβητήτως ἐπίστευον ἅπαντες· ἠγνόουν δὲ ὅμως τὸν τῷ δεσποτικῷ πελάσαντα σώματι, καὶ τοῦ τιμίου αἵματος τὴν λιβάδα δεξάμενον. ἀλλ' ὁ σοφώτατος ἐκεῖνος καὶ θεῖος ὄντως Μακάριος ὁ τῆς πόλεως πρόεδρος, τοιῷδε πόρῳ τὴν ἀπορίαν διέλυσε. γυναικὶ γὰρ περιφανεῖ, νόσῳ κατεχομένῃ μακρᾷ, ἕκαστον B τῶν σταυρῶν ἐκείνων μετὰ προσευχῆς σπουδαίως προσενεγκών, ἔγνω τοῦ σωτῆρος τὴν δύναμιν. παραυτίκα γὰρ ἐπεὶ τῷ γυναίῳ πελάσας, τὴν χαλεπὴν ἐκείνην ἐξήλασε νόσον, καὶ τὸν ἄνθρωπον ἀπέφηνεν ὑγιᾶ. οὕτω δὴ τοῦ βασιλέως ἡ μήτηρ μαθοῦσα τὸ ποθούμενον, τῶν ἥλων τὰ μὲν εἰς τὸ βασιλικὸν ἐνέβαλε κράνος, τῆς τοῦ παιδὸς κεφαλῆς προμηθουμένη, ἵνα τὰ τῶν πολεμίων ἀποκρούηται βέλη. τὰ δὲ τῷ τοῦ ἵππου ἀνέμιξε χαλινῷ, καὶ ἀσφάλειαν μηχανωμένη τῷ βασιλεῖ, καὶ παλαιὰ προφητεία πέρας ἐπιθεῖσα. C πόρρωθεν γὰρ Ζαχαρίας ὁ προφήτης ἐβόα, καὶ ἔσται τὸ ἐπὶ τῷ χαλινῷ τοῦ ἵππου ἅγιον τῷ κυρίῳ παντοκράτορι. τοῦ δὲ σωτῆρος ἡμῶν τοῦ σταυροῦ, μοῖραν μέν τινα τοῖς βασιλείοις ἀπένειμε· τὸ δὲ λοιπὸν, θήκην ἐξ ὕλης ἀργυρίου ποιησαμένη, τῷ τῆς πόλεως δέδωκεν ἐπισκόπῳ, φυλάττειν παρεγγυήσασα ταῖς ἑπτὰ γενεαῖς τὰ τῆς σωτηρίας μνημόσυνα. πάντοθεν δὲ δὴ παντοδαπὴν ὕλην τοῖς τεχνίταις ἀγείρασα, τοὺς μεγίστους ἐκείνους καὶ λαμπροτάτους νεὼς ἐδομήσατο. τὸ δὲ τούτων κάλλος καὶ μέγεθος ἐκφράσαι, περιττὸν ἄγαν ὑπείληφα. πάντων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῶν φιλοθέων ἐκεῖσε θεόντων, καὶ θεωμένων τῶν ἔργων τὴν πολυτέλειαν. πεποίηκε δὲ καὶ ἕτερον μνήμης ἄξιον ἡ D πανεύφημος ἐκείνη καὶ ἀξιάγαστος βασιλίς. τὰς γὰρ διὰ βίου τὴν παρθενίαν ἀσκούσας συναγείρασα πάσας, καὶ ἐπὶ στιβάδων πολλῶν ἀνακλίνασα, αὐτὴ θεραπαινίδος ἔργον ἐπλήρου, διακονοῦσα καὶ ὄψα παρατιθεῖσα, καὶ κύλικας ὀρέγουσα, καὶ οἰνοχοοῦσα, καὶ πρόχουν ἐπὶ λέβητος φέρουσα, καὶ ὕδωρ ταῖς ἐκείνων χερσὶν ἐπιχέουσα. ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ὅμοια δράσασα, ἐπανῆλθε μὲν πρὸς τὸν παῖδα. μετ' εὐθυμίας δὲ εἰς τὸν ἕτερον μετέστη βίον, πλεῖστα τῷ παιδὶ περὶ τῆς εὐ-

σεβοῦς

σεβοῦς πολιτείας ἐντειλαμένη, καὶ ταῖς ἐξαιρέτοις αὐτὸν ἐπικλύσασα εὐλογίαις. ἐκείνη μὲν οὖν μετὰ τὴν τελευτὴν τιμῆς ἔτυχεν, ὁποίας τυχεῖν ἐχρῆν τὴν οὕτως ἐπιμελῶς καὶ θερμῶς τὸν τῶν ὅλων τεθεραπευκυῖαν θεόν. οἱ δὲ τῆς ἀρείου συμμορίας, τῶν παμπονήρων οὐκ ἐπελάθοντο βουλευμάτων.

## Κεφ. ιθ'.

Περὶ τῆς παρανόμου εὐσεβίου τοῦ νικομηδείας μεταθέσεως.

Τούτου γὰρ δὴ ἕνεκα τῇ τῆς πίστεως ὁμολογίᾳ συνεθέντο ταῖς χερσὶν, ὡς ἂν τὰ κώδια περικείμενοι, τὰ τῶν λύκων ἐργάσαιντο. B ὁ μὲν γὰρ θεῖος ἐκεῖνος ἀλέξανδρος, ὁ τῇ προσευχῇ κατακοντίσας τὸν ἄρειον, ὁ βυζαντίου λέγω. οὕτως γὰρ ἡ κωνσταντινούπολις κατ' ἐκεῖνον ὠνομάζετο τὸν καιρὸν, εἰς τὸν ἀμείνω μετετέθη βίον. εὐσέβιος δὲ ὁ τῆς δυσσεβείας συνήγορος, μικρὰ φροντίσας ὧν περ βραχέος μετὰ τῶν ἄλλων συνέγραψεν ἀρχιερέων ὅρων, παραυτίκα τὴν νικομήδειαν καταλιπὼν, τὸν τῆς κωνσταντινουπόλεως ἥρπασε θρόνον ἄντικρυς τοῦ κανόνος, ἐπισκόπους ὁμοῦ καὶ πρεσβυτέρους ἀπαγορεύοντος, ἐξ ἑτέρας εἰς ἑτέραν μὴ μεταβαίνειν πό- C λιν. θαυμαστὸν δὲ οὐδὲν, τοὺς οὕτω κατὰ τῆς τοῦ μονογενοῦς μανέντας θεότητος, ἀδεῶς τοὺς ἄλλους παραβῆναι νόμους. οὐδὲ δὲ τοῦτο πρῶτον κεκαινοτόμηκεν, ἀλλὰ καὶ ἤδη πρότερον αὐτὸ τοῦτο τετόλμηκεν. τὴν βηρυτὸν γὰρ πάλαι πεπιστευμένος, εἰς τὴν νικομήδειαν μετεπήδησε. καὶ ταύτης δὲ μετὰ τὴν σύνοδον διὰ τὸ τῆς δυσσεβείας προφανὲς ἐξηλάθη, καὶ σὺν αὐτῷ θεογόνιος ὁ νικαίας. καὶ τοῦτο δῆλον ὁ βασιλεὺς κωνσταντῖνος δεύτερον διὰ γραμμάτων πεποίηκεν. ἐγὼ δὲ καὶ τὸ τέλος τῆς ἐπιστολῆς ἐνθήσω τῇ D συγγραφῇ. ἐπέστειλε δὲ ταῦτα νικομηδεῦσι.

## Κεφ. κ'.

Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως κωνσταντίνου, κατὰ εὐσεβίου καὶ θεογνίου γραφεῖσα νικομηδεῦσι.

Τίς ἐστιν ὁ ταῦτα διδάξας οὕτως ἄκακον πλῆθος; εὐσέβιος δηλαδὴ ὁ τῆς τυραννικῆς ὠμότητος συμμύστης. ὅτι γὰρ πανταχοῦ τοῦ τυράννου γεγένηται πρόσφυξ, πολλαχόθεν ἐστὶ συνορᾶν. τοῦτο μὲν γὰρ αἱ τῶν ἐπισκόπων σφαγαὶ διαμαρτύρονται, ἀλλὰ τῶν ἀληθῶς ἐπισκόπων. τοῦτο δὲ ἡ χαλεπωτάτη τῶν χριστιανῶν

A animo migravit, cùm multa de pia ac religioſa vivendi ratione mandaſſet filio, cumque extremis omnis generis benedictionibus cumulaſſet. Et illa quidem poſt mortem eum honorem conſecuta eſt, quem par fuit conſequi illam quæ tam ſtudioſe tamque ardenti animo Deum coluerat. Ariani vero interim à perditis conſiliis minime deſiſtebant.

## Cap. XIX.

*De illegitima translatione Euſebii Nicomedienſis.*

IDcirco enim expoſitioni fidei Nicenæ manuum ſuarum ſubſcriptione B conſenſerant, ut pellibus ovium tecti, ea quæ luporum ſunt, agerent. Forte divinus ille Alexander, qui Arium oratione ſua perculit: Epiſcopum Byſantii intelligo: ſic enim Conſtantinopolis eo tempore vocabatur: ex hac vita ad meliorem ſortem migraverat. Continuo Euſebius impietatis propugnator, parvi habitis regulis quas ipſe unà cum reliquis Epiſcopis paulo ante conſcripſerat, relictâ Nicomediâ Conſtantinopolitanam ſedem invaſit: cùm canon diſerte prohibeat, ne Epiſcopi aut presbyteri ab una civitate in aliam tranſiliant. Verum eos qui adverſus C unigeniti Filii Divinitatem tantâ dementiâ inſurrexerant, alias leges licenter violaſſe, haudquaquam mirandum eſt. Necvero ille tunc primum novitatis hujus auctor fuit: ſed jam antea idem facinus admiſerat. Nam cùm Berytenſis Eccleſiæ Epiſcopus olim conſtitutus fuiſſet, inde ad Epiſcopatum Nicomediæ tranſilierat. Ex quo deinde Epiſcopatu poſt Nicænum Concilium ob apertam quam profitebatur impietatem dejectus eſt, & unà cum illo Theogonius Epiſcopus Nicææ. Idque Imperator Conſtantinus D litteris ſuis iterum teſtatus eſt. Quarum partem hoc loco apponam: Scriptæ ſunt autem ad Nicomedienſes.

## Cap. XX.

*Epiſtola Imp. Conſtantini adverſus Euſebium & Theogonium ad Nicomedienſes ſcripta.*

QUisnam vero adeo ſimplicem plebem iſta docuit? Euſebius nimirum tyrannicæ crudelitatis conſecraneus. Nam quòd tyranni cliens perpetuo fuerit, ex multis perſpici poteſt. Id enim Epiſcoporum cædes teſtantur: ſed verorum plane Epiſcoporum. Id crudeliſſima Chriſtianorum

perſecutio aperte clamat. Nihil enim de illatis mihi contumeliis dicam, per quas cum adverſarum partium concurſus plurimum laborarent, hic etiam oculos exploratores contra me emiſit, & propemodum armatum miniſterium tyranno præbuit. Nec me quiſquam imparatum eſſe exiſtimet ad harum rerum probationem. Certiſſimum enim argumentum eſt, cùm diaconos & presbyteros Euſebium aſſectantes, manifeſto à me comprehenſos eſſe conſtet. Verum hæc miſſa facio: quæ quidem à me non indignationis meæ teſtificandæ cauſâ, ſed ad pudorem eis incutiendum nunc prolata ſunt. Id unum metuo; id recogito, quod vos in ſocietatem criminis vocari video. Per inſtitutionem enim ac perverſam Euſebii doctrinam, conſcientiam à veritate averſam induiſtis. Sed haudquaquam tarda erit curatio, ſi Epiſcopo fideli ac ſincero nunc tandem accepto, ad Deum oculos convertatis. Quod quidem jam in veſtra eſt poteſtate, & ex veſtro judicio pendere jam dudum oportuit, niſi ſupra memoratus Euſebius, iis qui tunc temporis valebant omni ope adjuvantibus, iſtuc veniſſet, & rectum ordinem diſciplinæ conturbaſſet. Sed quoniam de hoc ipſo Euſebio charitati veſtræ pauca dici oportuit, meminit patientia veſtra ſynodum in urbe Nicæna fuiſſe celebratam, cui & ipſe, ſicut conſcientiæ meæ cultus poſcebat, interfui: nullo alio conſilio quàm ut concordiam inter omnes conſtituerem; inprimis vero ut coarguerem ac depellerem malum illud, quod ex Arii quidem Alexandrini dementia initium ſumpſerat, mox autem abſurdo & exitiali Euſebii ſtudio erat confirmatum. Idem vero iſte Euſebius, amantiſſimi & chariſſimi cum quanta putatis concurſatione, utpote ab ipſa conſcientia convictus, quanta cum ignominia, confutatæ undique falſitati patrocinatus eſt: nunc diverſos homines clam ad me mittens, qui pro ipſo orarent: nunc auxilium aliquod à me poſtulans, ne tanti ſceleris convictus, honoris ſui gradu depelleretur. Teſtis hujus rei mihi eſt Deus ipſe, qui & mihi, & vobis, ſemper propitius adſit. Nam & ille me circumvenit ac turpiter decepit, ſicut & vos ipſi agnoſcetis. Tunc enim omnia geſta ſunt prout ipſe cupiebat, qui nihil non mali in animo ſuo clau-

A ἐκδίωξις διαῤῥήδην βοᾷ. οὐδὲν γὰρ περὶ τῶν εἰς ἐμὲ γεγενημένων ὕβρεων νῦν ἐρῶ, δι᾽ ὧν ὅτι μάλιστα αἱ τῶν ἐναντίων μερῶν ἐπραγματεύσαντο συνδρομαί. ὅστις καὶ ὀφθαλμοὺς κατασκόπους ἔπεμπε κατ᾽ ἐμοῦ, καὶ μόνον οὐκ ἐνόπλους τῷ τυράννῳ εἰσέφερεν ὑπουργίας. μηδέ με τίς οἰέσθω εἶναι πρὸς τὴν τούτων ἀπόδειξιν ἀπαράσκευον. ἔλεγχος γάρ ἐστιν ἀκριβὴς, ὅτι τοὺς πρεσβυτέρους καὶ τοὺς διακόνους τοὺς Εὐσεβίῳ παρεπομένους φανερῶς ὑπ᾽ ἐμοῦ συνειλῆφθαι συνέστηκεν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν παρίημι. ἃ νῦν οὐκ ἀγανακτήσεως ἕνεκεν, ἀλλ᾽ εἰς ἐκείνων αἰσχύνην ὑπ᾽ ἐμοῦ προε-

B νήνεκται. ἐκεῖνο μόνον δέδια, ἐκεῖνο διαλογίζομαι, ὅτι ὑμᾶς ὁρῶ πρὸς τὴν τοῦ ἐγκλήματος καλεῖσθαι κοινωνίαν. διὰ γὰρ τῆς Εὐσεβίου ἀγωγῆς τε καὶ διαστροφῆς, συνείδησιν τῆς ἀληθείας κεχωρισμένην εἰλήφατε. ἀλλ᾽ ἔστιν οὐ βραδεῖα θεραπεία, εἴγε ἐπίσκοπον πιστόν τε καὶ ἀκέραιον νῦν γοῦν λαβόντες, πρὸς τὸν θεὸν ἀπίδητε. ὅπερ ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐν ὑμῖν ἐστι, ὃ καὶ πάλαι ἐχρῆν τῆς ὑμετέρας κρίσεως ἠρτῆσθαι, εἰ μὴ ὁ προειρημένος Εὐσέβιος, δεινῶς τῶν τότε συλλαμβανομένων αὐτῷ, ἐνταῦθα ἐληλύθει, καὶ τὴν τῆς τάξεως ὀρθότητα ἀναισχύντως συνεπεπράχει. ἀλλ᾽ ἐπει-

C δὴ περὶ αὐτοῦ τούτου τοῦ Εὐσεβίου πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην ὀλίγα προσήκει φράσαι, μέμνηται ἡ ὑμετέρα ἀνεξικακία, ἐπὶ τῆς Νικαέων πόλεως γεγενῆσθαι σύνοδον, ᾗ καὶ αὐτὸς ἐγὼ πρεπόντως τῇ τῆς ἐμῆς συνειδήσεως λατρείᾳ παρήμην, οὐδὲν ἕτερον βουλόμενος, ἢ ὁμόνοιαν ἅπασιν ἐργάσασθαι. καὶ πρό γε πάντων, ἐλέγξαι τε καὶ ἀποσείσασθαι τὸ πρᾶγμα τοῦτο, ὃ τὴν μὲν ἀρχὴν εἰλήφει διὰ τῆς Ἀρείου τοῦ Ἀλεξανδρέως ἀπονοίας, ἰσχυροποίητο δὲ παραχρῆμα, διὰ τῆς Εὐσεβίου ἀτόπου τε καὶ ὀλεθρίας σπουδῆς. ἀλλ᾽ αὐτὸς ὅστις Εὐσέβιος, προσφιλέστατοι καὶ τιμιώτατοι, μεθ᾽

D ὅσης νομίζετε συνδρομῆς, ἅτε δὴ ὑπὸ τοῦ συνειδήσεως αὐτῆς ἡττώμενος, μεθ᾽ ὅσης δὲ αἰσχύνης, τῇ πανταχόθεν ἐληλεγμένῃ ψευδολογίᾳ συνίστατο. ὑποπέμπων μὲν μοι διαφόρους τοὺς ἀξιοῦντας ὑπὲρ αὐτοῦ. ἐξαιτούμενος δὲ παρ᾽ ἐμοῦ συμμαχίαν τινὰ, ὅπως μὴ ἐπὶ τοσούτῳ ἐλεγχθεὶς πλημμελήματι, τῆς ὑπαρχούσης αὐτῷ τιμῆς ἐκβάλλοιτο. μάρτυς ἐστί μοι τούτου ὁ θεὸς αὐτὸς, ὃς ἐμοί τε καὶ ὑμῖν φιλάγαθος ἐπιμένοι. ἐπεὶ καὶ ἐμὲ ἐκεῖνος περιέτρεψε καὶ ἀπρεπῶς ὑφήρπασεν, ὃ καὶ ὑμεῖς ἐπιγνώσεσθε. πάντα

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

μὴν γὰρ ἐπεράχθη τότε, καθὼς αὐτὸς ἐπόθει, πᾶν ὅτι οὖν κακὸν ἐπὶ τῆς αὐτοῦ διανοίας ἀποκρυπτόμενος. ἀλλὰ πρῶτον, ἵνα τὰ λοιπὰ τῆς τούτου σκαιότητος παρῶ, τί μάλιστα μετὰ θεογονίου, ὃν τῆς ἀνοίας ἔχει κοινωνόν, διεπράξατο, ἀκοῦσαι παρακαλῶ. ἀλεξανδρέας τινὰς τῆς ἡμετέρας πίστεως ἀναχωρήσαντας, ἐνταῦθα κεκελεύκειν ἀποσταλῆναι, ἐπειδὴ διὰ τῆς τούτων ὑπηρεσίας ὁ τῆς διχονοίας διηγείρετο πυρσός. ἀλλ' οὗτοι οἱ καλοί τε καὶ ἀγαθοὶ ἐπίσκοποι, οὓς ἅπαξ ἡ τῆς συνόδου ἀλήθεια πρὸς μετάνοιαν τετηρήκει, οὐ μόνον ἐκείνους ἐδέξαντο καὶ παρ' ἑαυτοῖς ἠσφαλίσαντο, ἀλλὰ καὶ ἐκοινώνησαν αὐτοῖς τῆς τῶν τρόπων κακοηθείας. διὰ τοῦτο περὶ τοὺς ἀχαρίστους τούτους ἐκεῖνα πρᾶξαι. ἁρπαγέντας γὰρ αὐτοὺς ἐκέλευσα ὡς πορρωτάτω ἐξορισθῆναι. νῦν ὑμέτερόν ἐστιν, πρὸς τὸν θεὸν ἐκείνῃ τῇ πίστει βλέπειν, ἣ πάντοτε καὶ γεγενῆσθαι συνέστηκε, καὶ εἶναι πρέπει, καὶ διαπράξασθαι. οὕτως ἐπισκόπους ἁγνούς τε καὶ ὀρθοδόξους καὶ φιλανθρώπους ἔχοντες χαίρωμεν. εἴ τις δὲ πρὸς μνήμην τῶν λυμεώνων ἐκείνων ἢ πρὸς ἔπαινον ἀπερινοήτως ἐξαφθῆναι τολμήσει, παραχρῆμα τῆς ἰδίας τόλμης διὰ τῆς τοῦ θεράποντος τοῦ θεοῦ, τουτέστιν ἐμοῦ, ἐνεργείας ἀνασταλήσεται. ὁ θεὸς ὑμᾶς διαφυλάξει ἀδελφοὶ ἀγαπητοί. τότε μὲν οὖν οὗτοι καθῃρέθησαν, καὶ τῶν πόλεων ἐξηλάθησαν. καὶ τὴν μὲν νικομήδειαν ἀμφίων ἐπιστεύθη. τὴν δὲ νίκαιαν χρῆστος. ἀλλὰ πάλιν ταῖς ἐξ ἔθους χρησάμενοι μηχαναῖς, καὶ τὴν βασιλέως φιλανθρωπίαν ἐφόδιον ἐξαπάτης εὑρόντες, ἀνεπαλαίσαντό τε καὶ τὴν προτέραν δυναστείαν ἀπέλαβον.

## Κεφ. κα'.

Περὶ τῆς ὑπὸ εὐσεβίου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ γεγενημένης κατὰ τοῦ ἁγίου εὐσταθίου τοῦ τῆς ἀντιοχείας ἐπισκόπου δολίας συσκευῆς.

Ὁ Δὲ εὐσέβιος, ὡς ἤδη ἔφην, καὶ τὴν κωνσταντινουπόλεως ἡγεμονίαν κατέσχε τυραννικῶς· οὕτω δὲ τῆς πλείονος ἐπιλαβόμενος δυναστείας, καὶ ἐγγὺς παρὰ βασιλέως φοιτῶν, καὶ τὴν παρρησίαν ἐκ τῆς συχνοτέρας συνουσίας λαβών, τὰς κατὰ τῶν τῆς ἀληθείας προμάχων κατεσκεύασε μηχανάς. καὶ πρῶτον ἱμείρεσθαι τῆς ἱεροσολύμων θέας σκηψάμενος, καὶ ταύτῃ τὸν βασιλέα βουκολήσας, ὡς τὸ πολυθρύλλητον τῆς οἰκοδομίας ἔργον ὀψόμενος, μετὰ πλείστης ἐκεῖθεν ἀπῆρε τιμῆς, τοῦ

A ſum habebat. Sed ut alia improbitatis illius facinora prætermittam, quid nuper unà cum Theogonio dementiæ ſuæ ſocio admiſerit, quæſo accipite. Alexandrinos quoſdam qui à noſtra fide deſciverant, iſtuc abduci præceperam, propterea quod eorum operâ acminiſterio, diſcordiæ fax excitabatur. Verum iſti egregii ſcilicet Epiſcopi, quos ſynodi clementia ad agendam pœnitentiam ſervaverat, non ſolum iſtos ſuſceperunt, & apud ſe tuto degere juſſerunt, ſed etiam malitiæ illorum ſocios B ſe ac participes adjunxerunt. Quamobrem adverſus ingratos iſtos id agere decrevi. Abreptos videlicet quam longiſſime deportari juſſi. Veſtrum nunc eſt, ea fide in Deum oculos mentis conjicere, in qua vos ſemper fuiſſe conſtat, & eſſe decet: & efficere ut gaudeamus puros, orthodoxos atque benignos Epiſcopos nacti. Si quis vero mentionem illarum peſtium facere, aut in laudem eorum temere excitari præſumpſerit, ſtatim operâ famuli Dei, hoc eſt noſtri, audacia ejus comprimetur. Divinitas vos ſervet, fratres dilectiſſimi. Iſti ergo eo tempore depoſiti & ex civitatibus ſuis ejecti fuêre. C Et Nicomediæ quidem Epiſcopatum Amphion; Nicææ vero Chreſtus regendum ſuſcepit. Sed cùm denuo conſuetas artes & machinas adhibuiſſent, & Imperatoris clementia ad fraudem faciendam abuſi eſſent, pugnam redintegrarunt, & priſtinam potentiam ſuam receperunt.

## Cap. XXI.

*De fraudulenta machinatione Euſebii & ſociorum ejus adverſus Euſtathium Epiſcopum Antiochenum.*

D Euſebius vero Epiſcopatum quoque Conſtantinopoleos, ut ſupra dixi, tyrannica quadam violentia occupavit. Atq; ita majorem potentiam nactus, cùm Imperatorem adiret de proximo, & ex crebrioribus cum eodem colloquiis fiduciam ſumpſiſſet, adverſus veritatis propugnatores inſidias machinatus eſt. Ac primum quidem deſiderio viſendi Hieroſolyma flagrare ſe ſimulans, Imperatore hac ratione decepto, tanquam ad celeberrimum fabricæ illius opus ſpectandum, maximo cum honore illinc profectus eſt, cùm Imperator vehicula & reliquum apparatum ei ſubminiſtraſſet.

Profectus eſt unà cum illo etiam Theogonius Epiſcopus Nicææ, peſſimorum ejus conſiliorum ſocius & particeps, ut ſuperius diximus. Qui cùm Antiochiam veniſſent, amicitiæ ſpeciem præferentes, ſummo cultu atq; honore excepti ſunt. Veritatis enim defenſor, magnus ille Euſtathius, omnem illis fraternam charitatem exhibuit. Inde cùm ad ſacra loca perveniſſent, & eos qui idē cum ipſis ſentiebant, vidiſſent, Euſebium videlicet Cæſarienſem, Patrophilum Scytopolitanum, Aetium Lyddæ, Theodotum Laodiceæ: & alios Ariana labe contaminatos: conſilium ſuum eis aperiunt, & unà cùm illis Antiochiam contendunt. Et aliorum quidem adventus cauſa prætexebatur, ut Euſebium honorificè deducerent: ſed revera bellum adverſus veritatem occulte parabatur. Conducta enim muliercula quadam quę ex corporis ſui pulchritudine quæſtum faciebat, cùm ei perſuaſiſſent, ut linguæ ſuæ miniſterium ipſis locaret, ad Concilium conveniunt. Dein aliis omnibus exire juſſis, miſeram illam mulierem introducunt. Illa infantem uberibus ſuis admotum oſtendens, illum ex Euſtathii concubitu concepiſſe ſe ac peperiſſe dixit, & impudenter vociferabatur. Euſtathius vero qui hanc calumniam adverſus ſe concinnatam eſſe evidentiſſime ſciret, mulierem ſi quem haberet hujus facinoris conſcium in medium proferre jubet. Cumque illa neminem objecti criminis teſtem habere ſe diceret, æquiſſimi judices jusjurandum ei detulerunt: idq; quamvis lex diſerte clamet, ea quæ dicuntur, duorum aut trium teſtimonio confirmari oportere: & Apoſtolus aperte præcipiat, ne quidem contra presbyterum admittendam eſſe accuſationem abſq; duobus aut tribus teſtibus. Verùm iſti contemptis Divinis legibus, contra tantum virum accuſationem ſine ullo teſte admiſerunt. Itaq; cùm mulier dicta ſua addito jurejurando confirmaſſet, clamans infantē revera Euſtathii eſſe, ſtatim judices veritatis ſtudioſi, tanquam adverſus adulterum ſententiam tulerunt. Porro, cùm alii Epiſcopi aperte contradicerent, vetarentque ne Euſtathius huic ſententiæ acquieſceret: erant enim illic haud pauci, qui Apoſtolicam doctrinam tuebantur, & totius fraudis prorſus ignari erant: illi qui ſcenam hanc compoſue-

A βασιλέως αὐτοῦ τε ὀχήματα καὶ τὴν ἄλλην ἀπονείμαντος θεραπείαν. συναπῆρε δὲ αὐτῷ καὶ θεογόνιος ὁ νικαίας, κοινωνὸς ὤν, ὡς καὶ πρόσθεν εἰρήκαμεν, τῶν πονηρῶν βουλευμάτων. ἀφικόμενοι δὲ εἰς τὴν ἀντιόχειαν, καὶ τὸ τῆς φιλίας περιθέμενοι προσωπεῖον, θεραπείας ἀπήλαυσαν ὅτι μάλιστα πλείστης. ὁ γὰρ τῆς ἀληθείας πρόμαχος ὁ μέγας εὐστάθιος, πᾶσαν αὐτοῖς ἀδελφικὴν φιλοφροσύνην προσήνεγκεν. ἐπειδὴ δὲ εἰς τοὺς ἱεροὺς κατέλαβον τόπους, καὶ τοὺς ὁμόφρονας ἐθεάσαντο, εὐσέβιόν τε τὸν καισαρείας, καὶ τὸν σκυθοπολίτην πα-
B τρόφιλον, καὶ τὸν λύδδης ἀέτιον, καὶ τὸν λαοδικείας θεόδοτον, καὶ τοὺς ἄλλους ὅσοι τὴν λώβην εἰσεδέξαντο τὴν ἀρείου, ἐμήνυσάν τε τὸ τυρευόμενον, καὶ σὺν αὐτοῖς τὴν ἀντιόχου κατέλαβον. καὶ τὸ μὲν πρόσχημα τῆς τῶν ἄλλων ἐπιδημίας, προπόμπιος ἦν τιμή. τὸ δὲ καττυόμενον, ὁ κατὰ τῆς εὐσεβείας πόλεμος. γύναιον γὰρ ἑταιρικὸν, τὴν ὥραν ἀπεμπολεῖν μισθωσάμενοι, καὶ τὴν γλῶτταν αὐτοῖς ἀποδόσθαι πείσαντες, συνῆλθον εἰς τὸ συνέδριον. εἶτα τοὺς ἄλλους ἅπαντας ἔξω γενέσθαι κελεύσαντες, τὸ τρισάθλιον εἰσήγαγον γύναιον. ἡ δὲ παιδίον ὑπότιτθον ὑποδεικνῦσα, ἐκ
C τῆς εὐσταθίου συνουσίας ἔλεγε τοῦτο καὶ συνειληφέναι καὶ τετοκέναι, καὶ ἀναίδην ἐβόα. ὁ δὲ τῆς συκοφαντίας τὸ προφανὲς ἐπιστάμενος, εἴ τινα ἔχοι τούτου συνίστορα, ἄγειν εἰς μέσον ἐκέλευσεν. ἐκείνης δὲ μηδένα ἔχειν μάρτυρα τῆς κατηγορίας λεγούσης, ὅρκον προὔτειναν οἱ δικαιότατοι δικασταί. καίτοι τοῦ νόμου διαρρήδην βοῶντος, ἐπὶ δύο καὶ τριῶν μαρτύρων εἶναι βέβαια τὰ λεγόμενα. καὶ ἄντικρυς τοῦ ἀποστόλου κελεύοντος, μὴ δὲ κατὰ πρεσβυτέρου γινομένην γραφὴν δίχα δύο ἢ τριῶν μαρτύρων προσδέχεσθαι. ἀλλὰ τῶν θείων οὗτοι
D νόμων καταφρονήσαντες, ἀμάρτυρον κατ' ἀνδρὸς τοσούτου κατηγορίαν ἐδέξαντο. ἐπειδὴ δὲ οἷς εἶπεν ἐκείνη τὸν ὅρκον προσέθηκε, βοῶσα ἦ μὴν εὐσταθίου τὸ βρέφος εἶναι, ὡς κατὰ μοιχοῦ λοιπὸν οἱ φιλαλήθεις τὴν ψῆφον ἐξήνεγκαν. τῶν δὲ ἄλλων ἀρχιερέων. παρῆσαν γὰρ οὐκ ὀλίγοι καὶ τῶν ἀποστολικῶν ὑπερμαχοῦντες δογμάτων, καὶ τὰ τυρευθέντα παντάπασιν ἀγνοοῦντες. περιφανῶς ἀντιλεγόντων, καὶ τὸν μέγαν εὐστάθιον τὴν ψῆφον ἐκείνην τὴν παρά-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

νόμον δέξασθαι κωλυόντων, πρὸς βασιλέα τὴν ταχίστην οἱ τὸ δρᾶμα συντεθεικότες ἀπῆλθον. καὶ πείσαντες αὐτὸν ὡς ἀληθὴς ἡ γραφή, καὶ δικαία τῆς καθαιρέσεως ἡ ψῆφος, ὡς μοιχὸν ὁμοῦ καὶ τύραννον ἐξελαθῆναι παρασκευάζουσι τὸν τῆς εὐσεβείας καὶ σωφροσύνης ἀγωνιστήν. καὶ ἐκεῖνος μὲν διὰ τῆς Θρᾴκης εἰς Ἰλλυρικὴν πόλιν ἀπήχθη.

A rant, confeſtim ad Imperatorem perrexerunt. Cui cùm perſuaſiſſent, verum illud crimen & æquam eſſe depoſitionis ſententiam, effecerunt ut pietatis & caſtitatis athleta, tanquam adulter ſimul & tyrannus, in exilium mitteretur. Atq; is quidem per Thraciam abductus eſt in urbem quandam Illyrici.

## Κεφ. κβ'.

*Περὶ τῶν μετὰ τὴν ἔξοδον τοῦ ἁγίου Εὐσταθίου, καταστάντων ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐπισκόπων αἱρετικῶν.*

Οὗτοι δὲ πρῶτον μὲν ἀντ' αὐτοῦ χειροτονοῦσιν Εὐλάλιον. τούτου δὲ ὀλίγον ἐπιβιώσαντος χρόνον, Εὐσέβιον μεταθεῖναι τὸν Παλαιστινὸν ἠθέλησαν. ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτὸς ἐξέφυγε τὴν μετάθεσιν, καὶ βασιλεὺς διεκώλυσεν, Εὐφρόνιον προβάλλονται. καὶ τούτου δὲ τελευτήσαντος, ἐνιαυτὸν γὰρ καὶ μῆνας ὀλίγους μετὰ τὴν χειροτονίαν ἐβίω, πλακεντίῳ τῆς ἐκκλησίας ἐκείνης τὴν προεδρείαν παρέδοσαν. πάντες δὲ ὁμοίως τὴν Ἀρείου λώβην εἶχον ἐγκεκρυμμένην. διά τοι τοῦτο πλεῖστοι τῶν εὐσεβεῖν προαιρουμένων, καὶ τῶν ἱερωμένων, καὶ τῶν πολλῶν, τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς καταλελοιπότες συλλόγους, πρὸς ἑαυτοὺς συνηθροίζοντο. Εὐσταθιανοὺς δὲ τούτους ὠνόμαζον ἅπαντες, ἐπειδὴ μετὰ τὴν ἔξοδον τὴν ἐκείνου συνέστησαν. τὸ μέντοι τρισάθλιον ἐκεῖνο γύναιον, νόσῳ χαλεπωτάτῃ τε καὶ μακροτάτῃ περιπεσόν, ἐξέφηνε τὴν ἐπιβουλὴν καὶ τὴν τραγῳδίαν ἐγύμνωσεν, οὐ δύο καὶ τρεῖς, ἀλλὰ παμπόλλους τῶν ἱερέων τὰ τυρευθέντα διδάξασα. ἔφη γὰρ ἐπὶ χρήμασι τὴν συκοφαντίαν ἐκείνην τετολμηκέναι· καὶ τὸν μέντοι ὅρκον μὴ πάμπαν εἶναι ψευδῆ. Εὐσταθίου γάρ τινος χαλκέως γεγεννῆσθαι τὸ βρέφος. ταῦτα μὲν οὖν ἐν Ἀντιοχείᾳ παρὰ τῆς βελτίστης ἐτολμήθη συμμορίας.

## Cap. XXII.

*De Epiſcopis hæreticis qui Antiochiæ ordinati ſunt poſt diſceſſum beati Euſtathii.*

At illi, primùm quidem Euſtathii loco Eulalium ordinarunt. Qui B cùm exiguo admodum tempore ſupervixiſſet, ipſi quidem Euſebium Palæſtinum eo transferre conati ſunt. Sed cùm & is tranſlationem hanc recuſaſſet, & Imperator eam fieri prohibuiſſet, Euphronium elegerunt. Quo non multo poſt mortuo: anno enim & menſibus paucis poſt ordinationem ſuperſtes vixit: Eccleſiæ illius Epiſcopatum Flaccillo tradiderunt. Porro hi omnes Ariani dogmatis labem in animis ſuis occultam habuerunt. Atque idcirco multi, tum ex clericis, tum ex plebe, quibus religio cordi erat, conventus C Eccleſiaſticos declinantes, ſeorſum collectas agebant. Qui vulgo ab omnibus Euſtathiani dicebantur, eo quod poſt diſceſſum Euſtathii coire in unum cœpiſſent. Cæterum miſera illa muliercula cùm in graviſſimum ac diuturnum morbum incidiſſet, inſidias detexit & ſcenam omnem aperuit: non duobus tribusve, ſed plurimis ſacerdotibus indicans ea quæ per fraudem fuerant concinnata. Faſſa eſt enim, ſe mercede conductam, Euſtathio eam calumniam imponere auſam fuiſſe: nec tamen prorſus falſum eſſe jusjurandum ſuum. Euſtathium enim quendam fabrum ærarium, infantis patrem fuiſſe. D Et hæc quidem Antiochiæ ab egregia illa factione perpetrata ſunt.

## Κεφ. κγ'.

*Περὶ τῆς Ἰνδῶν πίστεως.*

Παρὰ δὲ Ἰνδοῖς κατὰ τοῦτον ἀνέτειλε τὸν χρόνον τῆς θεογνωσίας τὸ φῶς. τῆς γὰρ τοῦ βασιλέως ἀνδρείας καὶ εὐσεβείας πανταχοῦ θρυλλουμένης, καὶ τῶν ἐν κύκλῳ βαρβάρων τὴν εἰρήνην αἱρεῖσθαι πρὸ τοῦ πολέμου τῇ πείρᾳ μεμα-

## Cap. XXIII.

*De Indorum fide.*

Apud Indos vero iisdem temporibus Divinæ cognitionis lux primum fulgere cœpit. Nam cùm Imperatoris fortitudo ac pietas omniū ubiq; ſermonibus celebraretur, & cuncti circumquaque Barbari experimento ipſo edocti, pacem bello anteponerent,

libere ac ſine metu ultro citroq; omnes commeabant. Ac multi quidem ſpectandi ſtudio, multi vero etiam mercandi causâ, longas peregrinationes ſuſcipiebant. Quo quidem temporẽ Tyrius quidam Græcorũ philoſophiæ peritus, interiorem Indiam perluſtrare cupiens, cum duobus adoleſcentibus fratris filiis eo profectus eſt. Cumque deſiderio ſuo ſatisfeciſſet, conſcenſa nave in patriam redire cœpit. Sed cùm navis aquationis cauſa ad portum quẽdam appuliſſet, irruentes Barbari alios ſubmerſerunt, alios in ſervitutem abduxerunt. Et ipſe quidem unus fuit ex numero mortuorum. Adoleſcentes vero ad regem perducti ſunt. Eorum alter Ædeſius, alter Frumentius vocabatur. Porro loci illius regulus, cùm diuturno experimento comperiſſet eos ingenio ac ſolertia valere, domus ſuæ curam gerere juſſit. Quod ſi quis fortaſſe dictis fidem derogat, is Joſephum & regnum Ægypti velim conſideret: ac præterea Danielem Prophetam, tresque illos pietatis athletas ſibi in memoriam revocet. Nam & iſti cùm eſſent captivi, Babyloniorum regni præfecturam geſſerunt. Poſteà verò mortuo rege, apud filium ejus manſere, majori adhuc honore aucti. Et quoniam in vera pietate fuerant educati, mercatores qui eo commeabant hortati ſunt, ut ex more inſtitutoque Romanorum ſimul convenire, ac Divina myſteria celebrare vellent. Longo deinde tempore elapſo regem adeunt, & benevolentiæ ſuæ mercedem hanc poſtulant, ut ipſis in patriam redire liceret. Quo impetrato, in Romanum ſolum reverſi ſunt. Ac Ædeſius quidem Tyrum profectus eſt. Frumentius vero rerum divinarum curam parentum ſuorum conſpectui antepoſuit. Et Alexandriam profectus, Eccleſiæ illius Antiſtitem certiorem fecit, quantopere optarent Indi Divinæ fidei radiis illuſtrari. Eo tempore Athanaſius Eccleſiæ illius clavum regebat. Qui cùm eas res audiiſſet: Ecquis, inquit, melius quàm tu ab animis hujus gentis caliginem ignorantiæ depellere, & Divinæ prædicationis lucem inferre poſſit. His dictis, cùm ſacerdotalem gratiam ei impertitus eſſet, ad gentis illius culturam eum dimiſit. Ille verò relictâ patriâ, & immenſi maris ſpatia nullatenus reformidans, perrexit ad gentem adhuc agreſtem & incultam, eamque

A τεθηκότων ἀδεῶς ἀλλήλοις ἅπαντες ἐπεμίγνυντο. καὶ πολλοὶ μὲν ἱστορίας χάριν, πολλοὶ δὲ ἐμπορίας, τὰς μακρὰς ἀποδημίας ἐστέλλοντο. τότε τις Τύριος τῆς θύραθεν φιλοσοφίας μετέχων, τὴν ἐσχάτην Ἰνδίαν ἱστορῆσαι ποθήσας, σὺν δύο μειρακίοις ἀδελφιδοῖς ἐξεδήμησεν. ὧν ἐπόθησε δὲ τυχὼν, ναυτιλίᾳ χρώμενος ἐπανῄει. ὑδρείας δὲ χάριν εἴς τινα λιμένα τοῦ σκάφους προσορμισθέντος, βάρβαροι προσπεσόντες, τοὺς μὲν κατεπόντισαν, τοὺς δὲ ἐξηνδραπόδισαν. καὶ ἐκεῖνος μὲν τοῖς τεθνεῶσι συνηριθμήθη. τὰ δὲ μειράκια προσήχθη τῷ βα-
B σιλεῖ. τούτων ὁ μὲν Αἰδέσιος, ὁ δὲ Φρουμέντιος ὠνομάζετο. πεῖραν δὲ τούτων τῷ χρόνῳ λαβὼν ὁ τῆς γῆς ἐκείνης κρατῶν, καὶ ἀγχίνους ἰδὼν, τῆς οἰκείας ἐπιμελεῖσθαι προσέταξεν. εἰ δέ τις ἀπιστεῖ τοῖς λεγομένοις, τὰ κατὰ τὸν Ἰωσὴφ καὶ τὴν Αἰγύπτου τὴν βασιλείαν σκοπησάτω. πρὸς δὲ τούτοις, καὶ τοῦ προφήτου ἀναμιμνησκέσθω Δανιὴλ, καὶ τῶν τριῶν ἐκείνων τῆς εὐσεβείας ἀγωνιστῶν· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι δοριάλωτοι γενόμενοι, τὴν τῶν Βαβυλωνίων ἡγεμονίαν παρέλαβον. τοῦ δὲ βασιλέως τετελευτηκότος, τῷ παιδὶ τῷ ἐκείνου συνῆσαν, πλείονος τιμῆς ἀπολαύοντες. εὐσεβείᾳ δὲ συν-
C τεθραμμένοι, τοὺς αὐτόσε τῶν ἐμπόρων ἀφικνουμένους, κατὰ τὸ Ῥωμαίων ἔθος συναγείρεσθαί τε καὶ τὰς θείας ἐπιτελεῖν λειτουργίας προέτρεπον. χρόνου δὲ συχνοῦ διελθόντος, προσίασι τῷ βασιλεῖ, καὶ τῆς εὐνοίας ἀπαιτοῦσι μισθὸν, τὴν εἰς τὴν ἐνεγκοῦσαν ἐπάνοδον. τούτου δὲ τυχόντες, εἰς τὴν Ῥωμαίων ἀφίκοντο γῆν. καὶ ὁ μὲν Αἰδέσιος τὴν Τύρον κατέλαβεν· ὁ δὲ Φρουμέντιος, τὴν περὶ τὰ θεῖα σπουδὴν τῆς τῶν γεγεννηκότων προτετίμηκε θέας. καὶ τὴν Ἀλεξάνδρου καταλαβὼν πόλιν, τὸν τῆς ἐκκλησίας ἐδίδαξε πρόεδρον, ὡς
D Ἰνδοὶ λίαν ποθοῦσι τὸ νοερὸν εἰσδέξασθαι φῶς. Ἀθανάσιος δὲ τηνικαῦτα τῆς ἐκκλησίας ἐκείνης κατεῖχε τοὺς οἴακας. ὃς τῶν διηγημάτων ἐκείνων ἀκούσας, καὶ τίς σοῦ, ἔφη, ἄμεινον καὶ τὴν τῆς ἀγνοίας ἀχλὺν ἀποσκεδάσει τοῦ ἔθνους, καὶ τοῦ θείου κηρύγματος αὐτοῖς ἀποίσει τὴν αἴγλην. ταῦτα εἰπὼν, καὶ τῆς ἀρχιερατικῆς αὐτῷ χάριτος μεταδοὺς, εἰς τὴν τοῦ ἔθνους ἐξέπεμψε γεωργίαν. ὁ δὲ, καὶ τὴν πατρίδα καταλιπὼν, καὶ τοῦ μεγίστου πελάγους καταφρονήσας, κατέλαβε μὲν τὸ ἀγεώργητον ἔθνος, ἐγεώργησε δὲ προθύμως, συνεργὸν ἔχων

τὴν θεόσδοτον χάριν. ἀποστολικαῖς γὰρ κεχρημένος θαυματουργίαις, τοὺς ἀντιλέγοντας τοῖς λόγοις πειρωμένους ἐθήρευε. καὶ ἡ τερατουργία μαρτυροῦσα τοῖς λεγομένοις, παμπόλλους καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ἐζώγρει.

A Divinâ adjuvante gratia ſtudioſe excoluit. Apoſtolicis enim miraculis editis, eos, qui doctrinæ ſuæ contradicerent, capiebat: & ſignorum efficacia dictis illius fidem atq; auctoritatem adſtruens, plurimos quotidie lucrabatur.

---

## Κεφ. κδ΄.

*Περὶ τῆς Ἰβήρων πρὸς τὴν εὐσέβειαν ποδηγίας.*

Ἰνδῶν μὲν οὖν ὁ Φρουμέντιος πρὸς θεογνωσίαν ἐγένετο ποδηγός. Ἴβηρας δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, γυνὴ δορυάλωτος πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐξενάγησεν· αὕτη γὰρ προσευχῇ μὲν ἐχρῆτο διηνεκεῖ. εὐνὴ δὲ ἦν αὐτῇ καὶ στρωμνὴ μαλακὴ, σάκκος ἐπὶ τοῦ δαπέδου καθηπλωμένος. τρυφὴν δὲ ἄκραν τὴν νηστείαν ἐνόμιζεν. οὗτος ὁ πόνος, τῶν ἀποστολικῶν αὐτῇ μεταδέδωκε χαρισμάτων. ἐπειδὴ γὰρ οἱ βάρβαροι τῆς ἰατρικῆς σπανίζοντες ἐπιστήμης, εἰώθασιν ἀῤῥωστοῦντες πρὸς ἀλλήλους φοιτᾶν, καὶ παρὰ τῶν ἤδη νενοσηκότων καὶ τῆς ἀῤῥωστίας ἀπαλλαγέντων, μανθάνειν τῆς ὑγείας τὸν τρόπον, ἀφίκετο τις γυνὴ πρὸς τὴν ἀξιέπαινον ἄνθρωπον, παιδίον ἀῤῥωστοῦν ἔχουσα, καὶ μαθεῖν τὸ πρακτέον ἀντιβολοῦσα. ἡ δὲ τοῦτο λαβοῦσα, καὶ εἰς τὴν εὐνὴν ἀνακλίνασα, ἱκέτευε τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν, νεῦσαι καὶ λῦσαι τὴν νόσον. ὁ δὲ τὴν ἱκετείαν δεξάμενος, παρέσχε τὴν ὑγείαν· ἐντεῦθεν ἡ θαυμασία γυνὴ πολυθρύλητος γέγονεν. οὐδὲ γὰρ τὴν τοῦ βασιλέως ὁμόζυγα τὸ γεγενημένον διέλαθε· παραυτίκα δὲ αὐτὴν μετεπέμψατο, ὑπό τινος γὰρ καὶ αὐτὴ χαλεποῦ κατείχετο πάθους. ἡ δὲ μετρίῳ κεχρημένη τῷ φρονήματι, τῆς βασιλίδος τὴν αἴτησιν οὐκ ἐδέξατο. ἀλλ᾽ ὑπὸ τῆς χρείας ἐκείνη βιαζομένη, τὴν βασιλικὴν ἀξίαν εἰς νοῦν λαβεῖν οὐκ ἠθέλησεν, ἀλλ᾽ αὐτὴ πρὸς τὴν δορυάλωτον ἔδραμεν. ἡ δὲ πάλιν ἐπὶ τῆς εὐτελοῦς εὐνῆς αὐτὴν κατακλίνασα, φάρμακον ἀλεξίκακον προσενήνοχε τῷ πάθει τὴν προσευχήν. ἡ δὲ βασιλὶς τῆς θεραπείας μισθὸν προσεκόμιζεν, ὃν ἐνόμιζεν ἀξιόκτητον· χρυσὸν καὶ ἄργυρον, καὶ χιτῶνας καὶ ἀμπεχόνας, καὶ ὅσα τῆς βασιλικῆς ἐστὶ δῶρα φιλοτιμίας· ἡ δὲ θεία γυνὴ τούτων ἔφη μὴ δεῖσθαι. μέγαν δὲ ἡγεῖσθαι μισθὸν, τὴν τῆς εὐσεβείας ἐπίγνωσιν. καὶ προσέφερεν, ὡς ἐνῆν, τὰ θεῖα παιδεύματα, καὶ θεῖον ἀνεγεῖραι παρεγγυᾷ νεὼν τῷ

---

## Cap. XXIV.

*De Iberorum converſione ad fidem.*

Ac Indos quidem Frumentius ad Dei cognitionem deduxit. Iberis vero per idem tempus captiva mulier viam ad veritatem monſtravit. Hæc
B enim aſſiduæ orationi vacabat. Ac pro lecto quidem mollique ſtragulo, ſaccum humi expanſum habebat; pro ſummis autem deliciis jejunium. Hujusmodi exercitatio, Apoſtolica ei dona conciliavit. Nam cùm Barbari ob artis medicæ apud ipſos penuriam, ubi in morbum inciderint, moris habeant ſeſe mutuo adire, & ab iis qui jam antea ægrotaverint, ac morbo liberati ſint curationis modum requirere, ad mulierem illam ſumma laude digniſſimam acceſſit femina quædam cum infirmo puero, poſtulans quid facto opus eſſet. Illa acceptum puerum cùm in lecto
C collocaſſet, Deum omnium auctorem orare cœpit, ut propitius eſſet ac morbum depelleret. Statimque admiſſa precatione Deus ſalutem ægro reſtituit. Exinde admirabilis mulier omnium ſermone celebrata eſt: adeo ut ad ipſam quoque Regis uxorem fama ejus rei pervenerit. Illa igitur ſtatim ad ſe accerſit mulierem. Nam & ipſa gravi quodam morbo vexabatur. Verum illa modicè de ſe ipſa ſentiens, Reginæ poſtulatis parere detrectavit. At Regina, urgente morbi neceſſitate, Regiam dignitatem minime conſideravit; ſed ipſa
D ad mulierem captivam perrexit. Illa cùm rurſus in vili grabato Reginam collocaſſet, ſalutare medicamentum morbo adhibuit precationem. Regina igitur curationis mercedem eam obtulit quam expetendam eſſe cenſebat; aurum ſcilicet atque argentum & tunicas ac pallia, & quæcunque alia Regalis magnificentia largiri ſolet. Sed Divina mulier, nihil ſibi opus eſſe dixit hujuſmodi rebus: pro magna vero mercede habituram ſe, ſi veritatem agnoſceret. Simul Divinis eam diſciplinis, prout poterat, erudivit: utque Chriſto, qui ipſam ſanaverat, ſacrum

A templum extrueret hortata eſt. His auditis, Regina ad palatium rediit. Ac ſtatim quidem maritum tam ſubitæ curationis admiratione perculit. Deinde vim ac poteſtatem Dei, quem captiva mulier colebat, expoſuit. Utque ſolum illum Deum agnoſceret, eique templum extruere, & univerſam gentem ad cultum ejus traducere vellet, hortata eſt. At ille, miraculum quidem quod in uxore patratum fuerat, plurimum laudavit: templum vero ædificare abnuebat. Brevi de hinc tempore interjecto, ad venandum egreſſus eſt: ſed clementiſſimus Dominus, ut olim Paulum, ſic illum venatus eſt. Nam caligo repente oborta, eum ulterius B progredi vetuit. Ac venationis quidem comites ſolaribus radiis more ſolito fruebantur. Ipſe vero ſolus relictus, cæcitatis vinculis conſtrictus tenebatur. In has redactus anguſtias, viam ſalutis invenit. Statim enim recordatus incredulitatis ſuæ, & captivæ mulieris Deum adjutorem ſibi invocans, cæcitatis tenebris liberatus eſt. Et ad mirabilem illam captivam profectus, rogavit ut extruendi templi formam oſtenderet. Tum vero is qui Beſeleelem architecturæ peritia inſtruxerat, iſti quoque mulieri tantam gratiam indulſit, C ut Dei templum delinearet. Et illa quidem formam operis deſcribebat: Illi vero, fodiebant atque extruebant. Poſtquam abſolutum eſſet ædificium, tectumque impoſitum, ſolique jam ſacerdotes deſiderarentur, iſtud quoque Divina mulier levi negotio expedivit. Perſuaſit enim gentis illius regulo, ut ad Imperatorem Romanum legationem mitteret, peteretque ab eo, ut pietatis doctorem ad ipſos mitteret. Rex igitur conſilium mulieris amplexus, legatos ad Imperatorem miſit. Imperator vero cùm legationis cauſam D intellexiſſet: erat hic Conſtantinus, pietatis amator ardentiſſimus, legatos ſumma cum humanitate excepit: & virum fide ac prudentia, & ſanctitate vitæ exornatum, & ſacerdotali dignitate conſpicuum, cum donis quamplurimis ad gentem Iberorum miſit, qui præco illis eſſet Divinæ cognitionis. Et Iberis quidem poſtulantibus Imperator in hunc modum proſpexit: eorum vero qui in Perſide erant Chriſtianorum, ſua ſponte curam ſuſcepit. Nam cùm illos ab impiis exagitari didiciſſet, & Regem Gentis illius nihil non

σεσωκότι χριστῷ. τούτων ἐκείνη ἀκούσασα, κατέλαβε τὰ βασίλεια. καὶ παραυτίκα μὲν ἐξέπληξε τὸν ὁμόζυγα τῷ συντόμῳ τῆς θεραπείας. εἶτα τοῦ θεοῦ τῆς αἰχμαλώτου τὴν δύναμιν ἐδήλου· καὶ παρεκάλει τοῦτον μόνον εἰδέναι θεὸν, καὶ νεὼν αὐτῷ κατασκευάσαι, καὶ ἅπαν εἰς τὴν αὐτοῦ θεραπείαν μεταθεῖναι τὸ ἔθνος. ὁ δὲ, τὸ μὲν εἰς τὴν ὁμόζυγα θαῦμα γεγενημένον εὐφήμει· τὸν δὲ νεὼν οὐκ ἤθελε δείμασθαι. ὀλίγου δὲ διελθόντος χρόνου, αὐτὸς μὲν εἰς θήραν ἐξῆλθεν. ὁ δὲ φιλάνθρωπος αὐτὸν δεσπότης κατὰ τὸν παῦλον ἐθήρευσε. ζόφος γὰρ αὐτὸν ἐξαπίνης περιστὰς, οὐκ εἴα περαιτέρω προβαίνειν. καὶ οἱ μὲν συνθηρεύοντες, τῆς ἀκτῖνος συνήθως ἀπήλαυον. οὗτος δὲ μόνος ἀπολειφθεὶς, τοῖς τῆς ἀορασίας ἀπεδέδετο δεσμοῖς. ἐν ἀπορίᾳ δὲ ὢν, πόρον εὗρε τῆς σωτηρίας. εὐθὺς γὰρ εἰς νοῦν τὴν ἀπείθειαν λαβὼν, καὶ τὸν τῆς αἰχμαλώτου θεὸν καλέσας ἐπίκουρον, ἀπηλλάγη τοῦ ζόφου. καὶ τὴν ἀξιάγαστον ἐκείνην καταλαβὼν δορυάλωτον, παρεκάλει δεῖξαι τῆς οἰκοδομίας τὸ σχῆμα. ὁ δὲ τὸν βεσελεὴλ τῆς ἀρχιτεκτονικῆς σοφίας ἐμπλήσας, καὶ ταύτην ἠξίωσε χάριτος, ὡς τὸν θεῖον διαγράψαι νεών. καὶ ἡ μὲν διέγραψεν. οἱ δὲ ὤρυττόν τε καὶ ᾠκοδόμουν. ἐπειδὴ δὲ ἐτελέσθη τὸ οἰκοδόμημα, καὶ ὄροφος ἐπετέθη, καὶ μόνον ἐδεῖτο τῶν ἱερέων, εὗρε καὶ τούτου πόρον ἡ θαυμασία γυνή. ἔπεισε γὰρ τὸν τοῦ ἔθνους ἡγούμενον, πρὸς τὸν ῥωμαίων πρεσβεύσασθαι βασιλέα, καὶ αἰτῆσαι πεμφθῆναι σφίσι διδάσκαλον εὐσεβείας. ὁ μὲν οὖν δεξάμενος τὴν εἰσήγησιν, τοὺς πρεσβευσομένους ἐξέπεμψεν. ὁ δὲ βασιλεὺς τῆς αἰτήσεως τὴν αἰτίαν μαθὼν, κωνσταντῖνος δὲ ἦν ὁ τῆς εὐσεβείας θερμότατος ἐραστὴς, φιλοφροσύνης μὲν παμπόλλης τοὺς πρέσβεις ἠξίωσεν· ἄνδρα δὲ πίστει καὶ συνέσει καὶ βίῳ κοσμούμενον, καὶ τῆς ἀρχιερωσύνης ἠξιωμένον, κήρυκα τῷ ἔθνει τῆς θεογνωσίας ἐξέπεμψε, μετὰ δώρων ὅτι μάλιστα πλείστων. ταύτης μὲν οὖν τῆς προμηθείας τοὺς ᾐτηκότας ἠξίωσε. τῶν ἐν περσίδι δὲ τῆς εὐσεβείας τροφίμων, αὐτομάτως προὐνοήθη. μαθὼν γὰρ αὐτοὺς ὑπὸ τῶν δυσσεβῶν ἐξελαύνεσθαι, καὶ τὸν ἐκείνων βασιλέα τῇ

τῇ πλάνῃ δεδουλωμένον παντοδαπὰς αὐτοῖς καττύειν ἐπιβουλάς, ἐπέστειλε, καὶ παραινῶν εὐσεβεῖν, καὶ τοὺς εὐσεβοῦντας τιμῆς ἀπολαύειν αἰτῶν. ἄμεινον δὲ τὴν τοῦ γεγραφότος σπουδὴν ἐπιδείξει τὰ γράμματα.

A inſidiarum adverſus eos moliri, litteras ad eum ſcripſit, quibus tum ad pietatem amplectendam eum hortabatur, tum ut pietatis cultores honore afficeret poſtulabat. Verum epiſtola ipſa Imperatoris, qui eam ſcripſit, ſtudium ac providentiam melius declarabit.

---

## Κεφ. κε΄.

Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου πρὸς Σαβώρην τὸν βασιλέα Περσῶν, περὶ τῶν χριστιανῶν γραφεῖσα.

Τὴν θείαν πίστιν φυλάσσων, τοῦ τῆς ἀληθείας φωτὸς μεταλαγχάνω. τῷ τῆς ἀληθείας φωτὶ ὁδηγούμενος, τὴν θείαν πίστιν ἐπιγινώσκω· τοιγάρτοι τούτοις ὡς τὰ πράγματα βεβαιοῖ, τὴν ἁγιωτάτην θρησκείαν γνωρίζω διδάσκαλον τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ ἁγιωτάτου θεοῦ ταύτην τὴν λατρείαν ἔχειν ὁμολογῶ. τούτου τοῦ θεοῦ τὴν δύναμιν σύμμαχον ἔχων, ἐκ τῶν περάτων τοῦ ὠκεανοῦ ἀρξάμενος, πᾶσαν ἐφεξῆς τὴν οἰκουμένην βεβαίαις σωτηρίας ἐλπίσι διήγειρα. ὡς ἅπαντα ὅσα ὑπὸ τοσούτοις τυράννοις δεδουλωμένα, ταῖς καθημεριναῖς συμφοραῖς ἐνδόντα, ἐξίτηλα ἐγεγόνει, ταῦτα προσλαβόντα τὴν τῶν κοινῶν ἐκδικίαν, ὥσπερ ἔκ τινος θεραπείας ἀναζωπυρηθῆναι. τοῦτον τὸν θεὸν πρεσβεύω. οὗ τὸ σημεῖον ὁ τῷ θεῷ ἀνακείμενός μου στρατὸς ὑπὲρ τῶν ὤμων φέρει. καὶ ἐφ᾽ ὅπερ ὁ ἂν τοῦ δικαίου λόγος παρακαλεῖ, κατευθύνεται. ἐξ αὐτῶν δὲ ἐκείνων περιφανέσι τροπαίοις παραυτίκα τὴν χάριν ἀντιλαμβάνω· τοῦτον τὸν θεὸν ἀθανάτῳ μνήμῃ τιμᾶν ὁμολογῶ· τοῦτον ἀκραιφνεῖ καὶ καθαρᾷ διανοίᾳ ἐν τοῖς ἀνωτάτω τυγχάνειν ὑπεραυγάζομαι. τοῦτον ἐπικαλοῦμαι γονυκλινής. φεύγων μὲν πᾶν αἷμα βδελυκτὸν, καὶ ὀσμὰς ἀηδεῖς καὶ ἀποτροπαίους, πᾶσαν τε γεώδη λαμπηδόνα ἐκκλίνων. οἷς πᾶσιν ἡ ἀθέμιτος καὶ ἄρρητος πλάνη χραινομένη, πολλοὺς τῶν ἐθνῶν καὶ ὅλα γένη κατέρριψε, τοῖς κατωτάτω μέρεσι παραδοῦσα. ἃ γὰρ ὁ τῶν ὅλων θεὸς, προνοίᾳ τῶν ἀνθρώπων διὰ φιλανθρωπίαν οἰκείαν, χρείας ἕνεκα εἰς τοὐμφανὲς παρήγαγε, ταῦτα πρὸς τὴν ἑκάστου ἐπιθυμίαν ἕλκεσθαι οὐδαμῶς ἀνέχεται· καθαρὰν δὲ μόνην διάνοιαν καὶ ψυχὴν ἀκηλίδωτον παρὰ ἀνθρώπων ἀπαιτεῖ, τὰς τῆς ἀρετῆς καὶ εὐσεβείας πράξεις ἐν τούτοις σταθμώμενος. ἐπιεικείας γὰρ καὶ ἡμερότητος ἔργοις ἀρέσκεται, πράους φιλῶν, μισῶν τοὺς

---

## Cap. XXV.

*Epiſtola Imperatoris Conſtantini ad Saporem Regem Perſarum, pro Chriſtianis ſcripta.*

Ego quidem Divinam cuſtodiens fidem, lucis veritatis particeps fio:
B & veritatis fidem præviam ſequens, ad divinæ fidei notitiam pervenio. Hac ratione ſanctiſſimam, ut res ipſæ confirmant, religionem agnoſcens, ejus cultum mihi magiſtrum eſſe profiteor ad ſanctiſſimi numinis notitiam hauriendam. Hujus ergo Dei auxilio fultus, ab ultimis Oceani progreſſus finibus univerſum terrarum orbem ad firmam ſpem ſalutis erexi. Adeo ut provinciæ omnes, quæ tot tyrannorum dominatione oppreſſæ, & continuis attritæ calamitatibus propemodum defecerant, reipublicæ vindicem tandem
C nactæ, velut quibuſdam medicinæ fomentis reſtitutæ ſint. Hunc ego Deum prædico, cujus vexillum Deo dicatus exercitus meus humeris geſtat, & quo æquitatis ratio poſtulat, fertur, & ob hæc ipſa celeberrimas victorias illico refert pro mercede. Hunc Deum ſempiterna memoria coli à me profiteor. Hunc in altiſſima ſede poſitum, pura & candida mente contemplor. Hunc flexis genibus invoco, omnem abominandum cruorem averſans, & odores inſuaves ac deteſtandos; omnem deniq; terrenum fulgorem procul fugiens: quibus omnibus quaſi ſor-
D dibus pollutus ſceleſtus ac nefandus ſuperſtitionis error, multos Gentilium, totaſque adeo nationes ad ima tartara detruſit. Etenim quæ ſummus omnium Deus pro ſua erga homines benignitate atque providentia, ad communem uſum protulit in lucem, ea ad cujuſq; libidinem rapi haudquaquam ſuſtinet. Sed puram duntaxat mentem & animum immaculatum ab hominibus poſtulat, hiſque virtutis & pietatis actis quaſi librâ quâdam expendit. Quippe modeſtiæ & manſuetudinis operibus delectatur; mites diligens; turbarum auctores odio habens. Et

fidem quidem amat, infidelitatem vero ſupplicio afficit. Omnem cum arrogantia conjunctam Dominationem deſtruens, ſuperborum contumeliam punit. Et homines quidem inſolentia elatos ab ipſis, ut ita dicam, fundamentis evertit: humiles vero & injuriarum patientes meritis præmiis afficit. Hinc eſt, quod Imperium juſtum magnifaciens, auxilio ſuo illud corroborat, & prudentiam regalem tranquillitate pacis perpetuo fovet. Nec mihi ipſe videor errare mi frater, qui hunc unum Deum profiteat omnium auctorem ac parentem. Quem multi ex iis qui apud nos Imperium tenuerunt, inſano errore acti, pernegare quidem conati ſunt. Sed eos omnes hujuſmodi exitus quaſi vindex oppreſſit, ut univerſum nunc hominum genus, illorum Principum calamitates exempli vice proponat his qui illos imitari ſtuduerint. Horum unus mihi videtur fuiſſe, ille quem divina vindicta inſtar fulminis ingruens, fugatum ex noſtris regionibus veſtras in terras propulit: qui quidem ſuo dedecore atq; ignominia trophæum illud tantopere apud vos jactatum conſtituit. Enimvero commode factum videtur, quod noſtra quoq; ætate hujuſmodi homines manifeſtiſſime pœnas dederunt. Nam & ego ſpectator fui exitus illorum, qui nuper iniquiſſimis juſſionibus populum Deo conſecratum exagitaverant. Proinde maximas Deo gratias ago, cujus ſingulari providentia cuncti mortales qui divinam legem obſervant, reddita ſibi pace exultant ac geſtiunt. Ex quo plane mihi perſuadeo, rectiſſime omnia ac tutiſſime ſe habere, cum per puram ac ſinceram illorum religionem, perque concordem de divino numine ſententiam omnes homines ad ſe ipſum aggregare Deus dignetur. Quanta porro voluptate me affici cenſes, cùm audio id quod mihi maxime in votis eſt, horum hominum multitudine, Chriſtianorum ſcilicet: de his enim in præſentia loquor: nobiliſſima quæque Perſidis loca longè lateque eſſe decorata. Opto igitur ut & tuæ res quam florentiſſimæ, & illorum perinde ſint florentiſſimæ: hoc eſt ut tuæ, ſic illorum. Hoc enim modo ſummum omnium Dominum, benignum & propitium ac placatum habiturus es. Hos itaque, quandoquidem talis tantusque es, tibi commendo.

A ταραχῶδες, ἀγαπῶν τὴν πίστιν, ἀπιστίαν κολάζων, πᾶσαν μετ' ἀλαζονείας δυναστείαν καταῤῥηγνὺς, ὕβριν ὑπερηφάνων τιμωρεῖται. τοὺς ὑπὸ τύφου ἐπαιρομένους ἐκ βάθρων ἀναιρεῖ, ταπεινόφροσι καὶ ἀνεξικάκοις τὰ πρὸς ἀξίαν νέμων. οὕτω καὶ βασιλείαν δικαίαν περὶ πολλοῦ ποιούμενος, ταῖς παρ' ἑαυτοῦ ἐπικουρίαις κρατύνει, σύνεσίν τε βασιλικὴν τῷ γαληναίῳ τῆς εἰρήνης διαφυλάττει. οὔ μοι δοκῶ πλανᾶσθαι ἀδελφέ μου, τοῦτον εἶναι θεὸν ὁμολογῶν πάντων ἀρχηγὸν καὶ πατέρα. ὃν πολλοὶ τῶν τῇδε βασιλευσάντων μανιώδεσι πλάναις B ὑπαχθέντες, ἐπεχείρησαν ἀρνήσασθαι. ἀλλ' ἐκείνους ἅπαντας τοιοῦτον τιμωρὸν τέλος κατανάλωσεν, ὡς πᾶν τὸ μετ' ἐκείνους ἀνθρώπων γένος, τὰς ἐκείνων συμφορὰς ἀντ' ἄλλου παραδείγματος, ἐπαρᾶς τοῖς τὰ ὅμοια ζηλοῦσι τίθεσθαι. τούτων ἐκείνων ἕνα ἡγοῦμαι γεγονέναι, ὃν καθάπερ τις σκηπτὸς ἡ θεία μῆνις τῶν τῇδε ἀπελάσασα, τοῖς ὑμετέροις μέρεσι παραδέδωκε, τῆς ἐπ' αὐτῷ αἰσχύνης πολυθρύλλητον τὸ παρ' ὑμῖν τρόπαιον ἀποφήναντα. ἀλλὰ γὰρ ἔοικεν εἰς καλὸν προκεχωρηκέναι, τὸ καὶ ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς αἰῶνι τὴν τῶν τοιούτων τιμωρίαν C περιφανῆ δειχθῆναι. ἐπεῖδον γὰρ καὶ αὐτὸς ἐκείνων τὰ τέλη, τῶν ἔναγχος ἀθεμίτοις προστάγμασι τὸν τῷ θεῷ ἀνακείμενον λαὸν ἐκταραξάντων. διὸ δὴ καὶ πολλὴ χάρις τῷ θεῷ, ὅτι τελείᾳ προνοίᾳ πᾶν τὸ ἀνθρώπινον τὸ θεραπεῦον τὸν θεῖον νόμον, ἀποδοθείσης αὐτῷ τῆς εἰρήνης ἀγάλλεται καὶ γαυριᾷ. ἐντεῦθεν καὶ ἡμῖν αὐτοῖς πέπεισμαι, ὡς ὅτι κάλλιστα καὶ ἀσφαλέστατα ἔχει ἅπαντα, ὁπότε διὰ τῆς ἐκείνων καθαρᾶς τε καὶ δοκίμου θρησκείας, ἐκ τῆς περὶ τὸ θεῖον συμφωνίας D πάντας εἰς αὐτὸν ἀγείρειν ἀξιοῖ. τούτῳ τῷ καταλόγῳ τῶν ἀνθρώπων, λέγω δὴ τῶν χριστιανῶν. ὑπὲρ γὰρ τούτων ὁ πᾶς μοι λόγος, πῶς οἴει με ἥδεσθαι ἀκούοντα, ὅτι καὶ τῆς Περσίδος τὰ κράτιστα ἐπὶ πλεῖστον, ὥσπερ ἐστί μοι βουλομένῳ, κοσμεῖται. Σοί τε οὖν ὡς ὅτι κάλλιστα, ἐκείνοις τε ὡσαύτως ὑπάρχει τὰ κάλλιστα, ὅτι σοὶ κἀκείνοις. οὕτω γὰρ ἕξεις τὸν τῶν ὅλων δεσπότην πρᾷον ἵλεώ τε καὶ εὐμενῆ. τούτους τοιγαροῦν ἐπειδὴ τοσοῦτος εἶ, σοὶ παρατίθεμαι, τοὺς αὐτοὺς τούτους ὅτι καὶ εὐσεβείᾳ ἐπίσημος εἶ ἐγχειρίζων.

τούτους ἀγάπα ἁρμοδίως τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας. σαυτῷ τε γὰρ καὶ ἡμῖν ἀπερίγραπτον δώσεις διὰ τῆς πίστεως τὴν χάριν. Τοσαύτην ὁ πανάριστος βασιλεὺς τῶν εὐσεβείᾳ κοσμουμένων ἐποιεῖτο φροντίδα, οὐ μόνων τῶν ὑπηκόων ἐπιμελούμενος, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑφ' ἑτέρων σκῆπτρα τελούντων, εἰς δύναμιν προμηθούμενος. διάτοι τοῦτο, καὶ αὐτὸς τῆς θείας κηδεμονίας ἀπήλαυε. καὶ τῆς τε εὐρώπης ἁπάσης καὶ τῆς λιβύης, πρὸς δὲ ταύταις καὶ τοῦ πλείστου τῆς ἀσίας κατέχων τὰς ἡνίας, εὔνους εἶχεν τοὺς ἀρχομένους, καὶ τῷ χαλινῷ μεθ' ἡδονῆς πειθομένους. καὶ μὴν δὴ καὶ τῶν βαρβάρων, οἱ μὲν ἑκόντες ἐδούλευον. οἱ δὲ πολέμῳ κρατούμενοι. καὶ πανταχοῦ τρόπαια ἵστατο, καὶ νικηφόρος ὁ βασιλεὺς ἀνεδείκνυτο. ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ ἕτεροι διὰ πλειόνων εὐφήμησαν. ἡμεῖς δὲ τῆς προκειμένης ἱστορίας ἐχώμεθα. ὁ μὲν οὖν πανεύφημος βασιλεὺς, τὰς ἀποστολικὰς φροντίδας ἐν τῇ ψυχῇ περιέφερεν. οἱ δέ γε τῆς ἱερωσύνης ἠξιωμένοι, οὐ μόνον οἰκοδομεῖν οὐκ ἐβούλοντο, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ τῆς ἐκκλησίας ἀνορύττειν ἐπεχείρουν θεμέλια. τοὺς γὰρ δὴ τούτων μετὰ τῶν ἀποστολικῶν ἡγουμένους δογμάτων, παντοδαπὰς συκοφαντίας ὑφαίνοντες, καθαιροῦντες ἐξήλαυνον. οὐ γὰρ δὴ ἔλαβον κόρον τοῦ φθόνου, τὸ πολυθρύλητον ἐκεῖνο κατὰ τοῦ εὐσταθίου τοῦ μεγάλου δρᾶμα συντεθεικότες. ἀλλὰ καὶ ἄλλον πύργον μέγιστον τῆς εὐσεβείας ὑπορύττειν ἐπεχείρουν, καὶ τὰς παντοδαπὰς προσέφερον μηχανάς. ἐν συντόμῳ δὲ καὶ τήνδε τὴν τραγῳδίαν ὡς ἔνι μάλιστα διηγήσομαι.

## Κεφ. κϛ'.

Περὶ τῆς κατὰ τοῦ ἁγίου ἀθανασίου τυρευθείσης ἐπιβουλῆς.

Ἀλεξάνδρου τοῦ θαυμασίου ἐπισκόπου, ὃς τὴν ἀρείου καταγωνίσατο βλασφημίαν, τοῦ βίου τὸ τέρμα καταειληφότος μετὰ μῆνας πέντε τῆς ἐν νικαίᾳ συνόδου, τὴν τῶν ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας ἀθανάσιος διεδέξατο προεδρείαν. ἀνὴρ παιδόθεν μὲν τοῖς θείοις μαθήμασιν ἐντραφείς. ἐν ἑκάστῃ δὲ τάξει τῶν ἐκκλησιαστικῶν χορῶν γενόμενος ἀξιάγαστος. ἐπεὶ ἐν μεγάλῃ συνόδῳ τοὺς ὑπὲρ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων ἀγῶνας ἀναδεξάμενος, παρὰ μὲν τῶν τῆς ἀληθείας εὐφημεῖτο προμάχων. τῶν δέ γε ἀντιπάλων, ὡς ἀνταγωνιστὴς, ἐχθρὸς

Hos quandoquidem pietate excellis, tibi in manum trado. Hos pro tua humanitate complectere. Sic enim & tibi ipſi, & nobis, hac tua fide immenſum beneficium præſtabis. Tantam omnium qui pietate præditi eſſent, curam ac ſolicitudinem Imperator gerebat, quippe qui non ſuis ſolum ſubditis conſuleret, ſed iis etiam qui aliorum regum parebant Imperio, pro virili parte proſpiceret. Hanc ob cauſam & ipſe peculiarem Dei curam ac providentiam expertus eſt: & cùm totius Europæ, & Africæ, ac præterea majoris partis Aſiæ habenas regeret, ſubditos tamen habuit benevolos atq; morigeros. Sed & ex Barbaris, alii ſua ſponte ei ſerviebant, alii armis ſubacti. Ubiq; certe erigebantur tropæa, & Imperator victor renuntiabatur. Verum hæc alii pluribus celebrarunt; nos vero inſtitutum opus proſequamur. Ac laudatiſſimus quidem Imperator curas plane Apoſtolicas animo verſabat. Hi vero qui ſacerdotali dignitate prediti erant, non ſolùm Eccleſiam ædificare abnuebant, ſed ipſa quoq; ejus fundamenta ſubruere conabantur. Eos enim qui juxta Apoſtolicam doctrinam Eccleſias adminiſtrabant, confictis cujusq; generis calumniis, depoſuerunt atque exturbarant. Nam cùm famoſam illam fabulam adverſ9 magnum Euſtathium compoſuiſſent, invidiæ ſatietas eos non cepit: ſed alterum quoq; pietatis propugnaculum ſubruere aggreſſi ſunt, omneſque ad id machinas adhibuerunt. Quam quidem tragœdiam, quoad ejus fieri poteſt, breviſſime exponam.

## Cap. XXVI.

*De inſidiis adverſus ſanctum Athanaſium comparatis.*

CUm admirabilis ille Epiſcopus Alexander, qui Arii blaſphemiam expugnavit, poſt quinq; menſes à Synodo Nicæna vivendi finem feciſſet, Alexandrinæ Eccleſiæ preſulatum Athanaſius ſuſcepit: vir à puero divinis litteris innutritus, & in ſingulis Eccleſiaſtici ordinis gradibus ſumma cum admiratione verſatus. Qui cùm in magno illo Concilio Nicæno pro Apoſtolicæ doctrinæ defenſione certamen ſubiiſſet, à propugnatoribus quidem veritatis laudem retulit: eorum vero qui veritati adverſabantur, utpote æmulus, hoſtis atque inimicus extitit.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Verſabatur autem in comitatu eximii Alexandri, ætate juvenis ipſe quidem, ſed Princeps ordinis Diaconorum. Hanc igitur ejus in tuenda veritate alacritatem cùm experti eſſent ii, qui unigenito Deo bellum inferre decreverant; ſimul atque eum Alexandrinæ Eccleſiæ gubernaculis admotum eſſe didicerunt, ejus præſulatum everſionem eſſe potentiæ ſuæ judicarunt. Hac de cauſa tale quidpiam machinantur. Cùm Meletius is quem ſynodus Nicæna abdicaverat, motus ac turbas in Thebaide & per Ægyptum ei vicinam excitare non deſiſteret, illi conductis quibuſdam ex illius factione, ut ſuſpicione careret accuſatio, perſuadent iis ut ad Imperatorem contendant, crimenque confingant, Athanaſium Ægypto vectigal imponere; & aurum inde collectum, cuidam viro Imperium invadere meditanti ſubminiſtrare. Hac ratione cùm Imperatorem decepiſſent, effecerunt, ut Athanaſius Conſtantinopolim accerſeretur. Qui cùm veniſſet, criminum falſitatem coarguit: & Eccleſiam ſibi à Deo commiſſam recepit. Id declarat Imperatoris Epiſtola, quam ſcripſit ad Eccleſiam Alexandrinorum, cujus extremam partem hic adſcribam.

ἐγένετο καὶ πολέμιος. συνῆν δὲ Ἀλεξάνδρῳ τῷ πάνυ, νέος μὲν ὢν τὴν ἡλικίαν, τοῦ χοροῦ δὲ τῶν διακόνων ἡγεμών. ταύτην αὐτοῦ τὴν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας προθυμίαν τῇ πείρᾳ μεμαθηκότες οἱ τῷ μονογενεῖ θεῷ πολεμεῖν ἐγνωκότες, καὶ γνόντες τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας ἐγχειρισθέντα τοὺς οἴακας, κατάλυσιν τῆς σφετέρας δυνάμεως ὑπέλαβον τὴν ἐκείνου ἡγεμονίαν. τούτου δὲ ἕνεκα τοιόνδε τι μηχανῶνται. ἐπεὶ Μελέτιος ἐκεῖνος ὃν ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος ἀπεκήρυξεν, ἐπέμενε κυκῶν καὶ ταράττων τήν τε Θηβαΐδα, καὶ τὴν ταύτῃ πελάζουσαν Αἴγυπτον, τῶν τούτου στασιωτῶν τινας μισθωσάμενοι, ἵν᾽ ᾖ ἀνύποπτον τῆς κατηγορίας τὸ σχῆμα, πείθουσι πρὸς βασιλέα δραμεῖν, καὶ συκοφαντίαν ὑφᾶναι, ὡς Ἀθανάσιος τελωνεῖ μὲν τὴν Αἴγυπτον. τὸ δὲ συναθροιζόμενον χρυσίον, ἀνδρί τινι τυραννίδα κατασκευάζοντι χορηγεῖ. καὶ τὰς βασιλέως ἐξαπατήσαντες ἀκοάς, εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν τὸν Ἀθανάσιον ἤγαγον. ὁ δὲ ἀφικόμενος, διήλεγξε τῶν κατηγορημάτων τὸ ψεῦδος, καὶ τὴν θεόθεν ἐγχειρισθεῖσαν ἀπέλαβεν ἐκκλησίαν. δηλοῖ δὲ ταῦτα καὶ ἃ ὁ βασιλεὺς πρὸς τὴν Ἀλεξανδρέων ἔγραψεν ἐκκλησίαν, ὧν τὸ τελευταῖον μέρος ἐνθήσω τῇ συγγραφῇ.

## Cap. XXVII.

*Epiſtola Imp. Conſtantini ad Alexandrinos.*

NIHIL potuerunt improbi adverſus Epiſcopum veſtrum, mihi credite fratres. Nihil aliud ſtuduerunt, quam ut poſtquam tempus noſtrum contriverint, nullum in hac vita habeant pœnitentiæ locum. Subvenite igitur vobiſmetipſis quæſo: & amorem veſtrum diligite: eos vero qui veſtræ concordiæ gratiam diſſolvere cupiunt, totis viribus perſequimini. Et mentis oculis ad Deum erectis, voſmetipſos diligite. Ego enim Epiſcopum veſtrum Athanaſium libenter excepi. Atque ita allocutus ſum, ut qui perſuaſum haberem, illum eſſe hominem Dei.

## Κεφ. κζ΄.

Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου πρὸς ἀλεξανδρίας.

Οὐδὲν ἴσχυσαν οἱ πονηροὶ κατὰ τοῦ ἐπισκόπου ὑμῶν, ἐμοὶ πιστεύσατε ἀδελφοί. οὐδὲν ἕτερον ἐσπουδάκασιν, ἢ ἵνα καταλείψαντες τοὺς ἡμετέρους χρόνους, μηδεμίαν χώραν ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ μεταμελείας ἔχωσιν. ἐπικουρήσατε τοίνυν ὑμῖν αὐτοῖς παρακαλῶ, τὸ φίλτρον τὸ ὑμέτερον ἀγαπήσατε, καὶ παντὶ σθένει διώξατε τοὺς τὴν τῆς ὑμετέρας ὁμονοίας χάριν ἀφανίζειν ἐπιθυμοῦντας. καὶ πρὸς τὸν θεὸν ἀπιδόντες, ὑμᾶς αὐτοὺς ἀγαπήσατε. ἐγὼ γὰρ τὸν ὑμέτερον ἐπίσκοπον Ἀθανάσιον ἀσμένως προσηκάμην. οὕτω τε προσεφθεγξάμην, ὡς ἄνθρωπον αὐτὸν εἶναι θεοῦ πεπεισμένος.

## Cap. XXVIII.

*Alia inſidia adverſus eundem Athanaſium.*

VERUM ne ſic quidem impios illos puduit. Sed aliam denuo fabulam compoſuerunt, cujuſmodi nullus unquam tragicorum aut comicorum Poetarum commentus eſt. Accu-

## Κεφ. κη΄.

Ἄλλη κατὰ Ἀθανασίου ἐπισκόπου ἐπιβουλή.

Ἀλλ᾽ οὐδ᾽ οὕτως οἱ δυσσεβεῖς ἐνετράπησαν. ἀλλ᾽ ἕτερον ἐξύφηναν δρᾶμα, ᾧ προσόμοιον οὐδεὶς τῶν πάλαι γεγενημένων τραγῳδοποιῶν ἢ κωμῳδοποιῶν διέπλασε

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

πώπολε. καὶ κατηγόρους γὰρ πάλιν ἐκ τῆς αὐτῆς συμμορίας μισθωσάμενοι, προσάγουσι τῷ βασιλεῖ, βοῶντας ἀνοσιουργίας ἀρρήτους τετολμηκέναι πολλὰς τὸν τῆς ἀρετῆς ἀθλητήν. ἡγεῖτο δὲ τούτων εὐσέβιός τε καὶ θεογόνιος καὶ θεόδωρος ὁ περίνθιος· ἡράκλειαν δὲ νῦν τὴν πέρινθον ὀνομάζουσιν· οὐκ ἀνεκτὰ ταῦτα εἶναι λέγοντες, οὐδὲ ἀκοαῖς φορητά. πείθουσι δὴ οὖν τὸν βασιλέα, σύνοδον ἐν καισαρείᾳ τῆς παλαιστίνης ἀθροῖσαι, ἔνθα δὴ πλείους ἦσαν οἱ δυσμενεῖς, κἀκεῖσε κριθῆναι κελεῦσαι τὸν ἀθανάσιον. πεισθεὶς δὲ ὡς ἱερεῦσιν ὁ βασιλεὺς, παντάπασι γὰρ ἠγνόει τὰ τυρευόμενα, τοῦτο γενέσθαι προσέταξεν. ἀλλ' ὁ θεῖος ἀθανάσιος, τὴν τῶν δικαζόντων δυσμένειαν ἐπιστάμενος, οὐχ ἧκεν εἰς τὸ συνέδριον. ἐντεῦθεν δὴ πλείονα πρόφασιν εἰς συκοφαντίαν λαβόντες οἱ τὸν κατὰ τῆς ἀληθείας ἀναδεξάμενοι πόλεμον, πρὸς ταῖς ἄλλαις παρανομίαις, τυραννίδος αὐτὸν καὶ θρασύτητος ἐπὶ τοῦ βασιλέως ἐγράψαντο· καὶ οὐ πάμπαν τῆς ἐλπίδος ἐψεύσθησαν. ἐκ γὰρ δὴ τῶν εἰρημένων θυμωθεὶς ὁ πρᾳότατος βασιλεὺς, ἐπέστειλεν αὐτῷ τὴν ὀργὴν ἀποφαίνων, καὶ καταλαβεῖν τὴν τύρον παρεγγυῶν. ἐκεῖσε γὰρ προσέταξεν ἀθροισθῆναι τὴν σύνοδον, ὑποπτεύσας, ὡς οἶμαι, τὸν ἀθανάσιον ὑφορᾶσθαι τὴν καισαρέων, διὰ τὸν ἐκείνης ἡγούμενον. ἔγραψε δὲ καὶ τῇ συνόδῳ, ἅπερ ἐχρῆν ἐπιστεῖλαι τὸν εὐσεβείᾳ κοσμούμενον. ἔστι δὲ ταῦτα.

A ſatores enim ex eadem illa factione iterum conductos, ad Imperatorem adducunt, inſignem illum virtutis athletam multa infanda patraſſe vociferantes. Eorum duces erant Euſebius ac Theognius, & Theodorus Perinthius: eſt autem Perinthus civitas quæ nunc Heraclea vocitatur: affirmantes ea eſſe intolerabilia, ac ne ſimplici quidem auditu ferenda. Perſuadent igitur Principi, ut Cæſareæ in Palæſtina ſynodum cogat, ubi plures erant infenſi Athanaſio; ibique cauſam illius jubeat judicari. Imperator vero fidem illis habens ut ſacerdotibus: fraudulenta enim eorum conſilia penitus ignorabat: id fieri præ- B cepit. Verum Divinus Athanaſius, cùm perſpectam haberet judicum malevolentiam, ad Concilium non venit. Hinc validiorem anſam calumniandi arripientes ii qui veritati bellum indixerant, præter alia crimina, tyrannidis etiam & contumaciæ coram Imperatore eum inſimulant. Neque vero ſpe ſua prorſus fruſtrati ſunt. Etenim Imperator, alioqui clementiſſimus, eorum verbis exaſperatus, ſcripſit ad Athanaſium, iram ſuam ſatis ei prodens, &c, ut Tyrum pergeret, mandavit. Hic enim ſynodum congregari juſſit, conjectans, C ut opinor, ſuſpectam eſſe Athanaſio Cæſaream ob illius urbis antiſtitem. Scripſit etiam ad Synodum ea quæ par erat ſcribi ab homine eximia pietate decorato. Epiſtola autem ſic ſe habet.

## Κεφ. κθʹ.

Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως κωνσταντίνου πρὸς τὴν σύνοδον.

Κωνσταντῖνος σεβαστὸς, τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῇ κατὰ τύρον.

ΗΝ μὲν ἴσως ἀκόλουθον καὶ τῇ τῶν καιρῶν εὐκαιρίᾳ μάλιστα πρέπον, ἀστασίαστον εἶναι τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν, καὶ πάσης λοιδορίας τοὺς τοῦ Χριστοῦ νῦν ἀπηλλάχθαι θεράποντας. ἐπειδὴ δὲ οὐχ ὑγιοῦς φιλονεικίας οἴστρῳ τινὲς ἐλαυνόμενοι, οὐ γὰρ ἂν εἴποιμι βιοῦντες ἑαυτῶν ἀναξίως, τὰ πάντα συγχέειν ἐπιχειροῦσιν, ὅπερ πάσης συμφορᾶς ἐπέκεινα κεχωρηκέναι μοι δοκεῖ· τούτου χάριν θέοντας ὑμᾶς, τὸ τοῦ λόγου, προτρέπομαι, χωρίς τινος ὑπερθέσεως εἰς ταυτὸ συνδραμεῖν, καὶ πληρῶσαι τὴν σύνοδον· ἐπαμῦναι τοῖς χρῄζουσιν ἐπικουρίας, τοὺς ἀδελφοὺς ἰατρεῦσαι κινδυνεύοντας· εἰς ὁμόνοιαν

## Cap. XXIX.

*Imp. Conſtantini epiſtola ad Synodum Tyri.*

CONSTANTINUS Auguſtus, ſanctæ Synodo congregatæ in urbe Tyro. Congruum plane & felicitati D temporum noſtrorum conſentaneum erat, ut Eccleſia catholica expers ſeditionis eſſet, & Chriſti famuli ab omni nunc probro vacui eſſent ac liberi. Sed quoniam nonnulli improbæ contentionis ſtimulis agitati, ne dicam vitā profeſſione ſua indignam agentes, cuncta turbare conantur, quod malum quavis calamitate gravius mihi videtur: idcirco vos ſponte, ut ajunt, currentes adhortor, ut abſq; ulla dilatione in unum coeuntes, ſynodum conſtituatis; & ope veſtra indigentibus ſubveniatis, fratribus periclitantibus medicinā adhibeatis, diſſidentia inter ſe membra ad con-

cordiam revocetis; delicta deniq; dum tempus adhuc patitur, colligatis: quo ſcilicet tot ac tantis provinciis per vos reſtituatur concordia, quam proh ſcelus! paucorum hominum arrogantia evertit. Id porro ſummo omnium Domino ac Deo acceptum eſſe, mihique præ omnibus votis optabile, vobis poſtremo ipſis, ſiquidem concordiam reſtitueritis, honorificum inprimis & glorioſum, inter omnes conſtare arbitror. Nolite ergo cunctari; ſed alacritatem animi veſtri magis ac magis intendentes, date operam ut præſentes diſſenſiones convenienti ſententia terminetis, cum omni, ut par eſt, ſinceritate & fide, quam ſervator ille quem colimus, in omni negotio tantum non inclamans, à nobis præcipue flagitat, in unum convenientes. Cæterùm quantum ad religionem noſtram pertinet, nihil quod mearum partium ſit, vobis deerit. Cuncta ſiquidem quæ literis veſtris ſignificaſtis, à me impleta ſunt. Scripſi ad quos voluiſtis Epiſcopos, ut venientes communi vobiſcum cura ac ſollicitudine fungerentur. Miſi etiam Dionyſium ex Conſulari, qui & Epiſcopos illos qui vobiſcum adeſſe debent, commoneat; & omnium quæ gerentur, maximæ vero modeſtiæ inſpector ſit. Si quis vero, quod minime arbitramur, præceptum noſtrum etiamnum violare præſumens, adeſſe renuerit, mittetur quamprimum à nobis aliquis, qui Imperiali auctoritate hominem in exilium pellens, docebit Imperatoris ſanctionibus pro veritate editis minime eſſe repugnandum. Quod ſupereſt, veſtræ Sanctitatis erit providere, ut nec odio nec gratia, ſed juxta Eccleſiaſticas & Apoſtolicas regulas, delictis & iis quæ per errorem contigerunt conveniens remedium exquiratis: quo & Eccleſiam omni probro liberetis, & meas curas levetis, & pacis amœnitate turbatis nunc Eccleſiis reſtituta, vobis ipſis maximam gloriam comparetis. Divinitas vos ſervet fratres chariſſimi. Cùm igitur hoc modo Epiſcopi Tyrum conveniſſent, eo acceſſerunt tū alii quidam, qui ob perverſam doctrinam accuſabantur; ex quorum numero fuit Aſclepas Epiſcopus Gazæ: tum admirandus Athanaſius. Sed primum quidem accuſationis ipſius tragœdiam, deinde vero res in famoſiſſimo illo conſeſſu geſtas libet exponere.

A ἐπαναγαγεῖν τὰ διεστῶτα τῶν μελῶν· διορθώσασθαι τὰ πλημμελούμενα ὡς καιρὸς ἐπιτρέπει· ἵνα ταῖς τοσαύταις ἐπαρχίαις τὴν πρέπουσαν ἀποδῶτε συμφωνίαν, ἣν φεῦ τῆς ἀτοπίας, ἐλαχίστων ἀνθρώπων ἀπώλεσεν ὑπεροψία. ὅτι δὲ τοῦτο καὶ τῷ δεσπότῃ τῶν ὅλων θεῷ ἐστιν ἀρεστὸν, καὶ ἐμοὶ πάσης εὐχῆς ὑπέρτερον, καὶ ὑμῖν αὐτοῖς, ἐάν γε τὴν εἰρήνην ἀνακαλέσησθε, οὐ τῆς τυχούσης ἄξιον εὐδοξίας, ἅπαντας ἀνθρώπους συνομολογεῖν ἡγοῦμαι. μὴ τοίνυν μέλλετε λοιπὸν, ἀλλ' ἐπιτείναντες ἐντεῦθεν ἤδη τὰ τῆς προθυμίας, τοῖς προκειμένοις ὅρον ἐπιθεῖναι σπουδάσα-
B τε τὸν προσήκοντα, μετὰ πάσης εἰλικρινείας δηλαδὴ καὶ πίστεως συνελθόντες, ἣν ἑκασταχοῦ μονονουχὶ φωνὴν ἀφιεὶς ὁ σωτὴρ ἐκεῖνος ᾧ λατρεύομεν, ἀπαιτεῖ μάλιστα. παρ' ἡμῶν δὲ οὐδὲν τῶν εἰς τὴν ἐμὴν εὐλάβειαν ἡκόντων ἐνδεήσει. πάντα μοι πέπρακται, ὅσα γράφοντες ἐδηλώσατε. ἐπέστειλα πρὸς οὓς ἐβουλήθητε τῶν ἐπισκόπων, ἵνα παραγενόμενοι, κοινωνήσωσιν ὑμῖν τῶν φροντισμάτων. ἀπέστειλα Διονύσιον τὸν ἀπὸ ὑπατικῶν, ὃς καὶ τοὺς ὀφείλοντας εἰς τὴν σύνοδον ἀφικέσθαι μεθ' ὑμῶν ὑπομνήσει, καὶ τῶν πραττομένων, ἐξαιρέ-
C τως δὲ τῆς εὐταξίας κατάσκοπος παρέσται. ἐὰν γάρ τις, ὡς ἔγωγε οὐκ οἶμαι, τὴν ἡμετέραν κέλευσιν καὶ νῦν διακρούσασθαι πειρώμενος, μὴ βουληθῇ παραγενέσθαι, ἐντεῦθεν παρ' ἡμῶν ἀποσταλήσεται, ὃς ἐκ βασιλικοῦ προστάγματος αὐτὸν ἐκβαλὼν, ὡς οὐ προσῆκεν ὅροις αὐτοκράτορος ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἐξενεχθεῖσι μὴ ἀντιτείνειν, διδάξει. λοιπὸν ἔσται τῆς ὑμετέρας ὁσιότητος ἔργον, ὁμογνώμονι κρίσει, μήτε πρὸς ἀπέχθειαν, μήτε πρὸς χάριν, ἀκολούθως δὲ τῷ ἐκκλησιαστικῷ καὶ ἀποστολικῷ κανόνι, τοῖς πλημμεληθεῖσιν, εἴτ' οὖν καὶ
D σφάλμα συμβεβηκόσι, τὴν ἁρμόττουσαν θεραπείαν ἐπινοῆσαι. ἵνα καὶ πάσης βλασφημίας ἐλευθερώσητε τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τὰς ἐμὰς ἐπικουφίσητε φροντίδας, καὶ τὴν τῆς εἰρήνης χάριν τοῖς νῦν στασιαζομένοις ἀποδόντες, μεγίστην εὔκλειαν ὑμῖν αὐτοῖς προξενήσητε. ὁ θεὸς ὑμᾶς διαφυλάττοι ἀδελφοὶ ἀγαπητοί. Οὕτω δὴ τῶν ἐπισκόπων εἰς τὴν Τύρον συναλισθέντων, ἀφίκοντο μὲν καὶ ἄλλοι τινὲς δογμάτων διαφθορὰν ἐγκαλούμενοι, ὧν εἷς ἦν καὶ Ἀσκληπᾶς ὁ Γαζαῖος· ἀφίκετο δὲ καὶ ὁ θαυμάσιος Ἀθανάσιος. βούλομαι δὲ πρῶτον τὸν τῆς κατηγορίας διηγήσασθαι τραγῳδίαν, εἶθ' οὕτως συγγράψασθαι τὰ κατὰ τὸ πολυθρύλητον δικαστήριον.

A

## Κεφ. λ'.

*Περὶ τῆς ἐν Τύρῳ γεγενημένης συνόδου.*

Ἀρσένιός τις τῶν Μελετίου κοινωνικῶν ἐπίσκοπος ἦν. τοῦτον δὲ τῆς ἐκείνου συμμορίας κατακρύψαντες, λαθεῖν ἐπὶ πλεῖστον ἠξίωσαν. εἶτα χεῖρα δεξιὰν ἀπό τινος σώματος ἐκτεμόντες νεκροῦ, καὶ ταύτην ἐν λάρνακι ξυλίνῃ τεταριχευμένην ἐνθέντες, πάντοσε περιέφερον, κατατετμῆσθαι λέγοντες τὸν Ἀρσένιον, καὶ μιαιφόνον ἀποκαλοῦντες τὸν Ἀθανάσιον. ἀλλ' ὁ πάντα ἐφορῶν ὀφθαλμὸς, οὐκ εἴασεν ἐπὶ πλεῖστον λαθεῖν τὸν Ἀρσένιον. B ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Θηβαΐδι, δῆλος γέγονεν ὅτι ζῇ· ἔπειτα δὲ αὐτὸν εἰς τὴν Τύρον ἤγαγεν, ἔνθα ἡ τραγῳδουμένη χεὶρ ἐπὶ τῶν κριτῶν προεφέρετο. τοῦτον δὲ Ἀθανασίου θηρεύσαντες σύνοικοι, ἤγαγόν τε καὶ ἐν τῇ καταγωγῇ λαθεῖν τέως ἠνάγκασαν. αὐτὸς δὲ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ὑπὸ τὴν ἕω κατέλαβεν τὸ συνέδριον. καὶ πρῶτον μὲν γύναιον εἰσήγαγον ἀκολασίᾳ συνεζηκός. ἡ δὲ ἀναιδῶς ἐβόα, παρθενίαν μὲν ἐπηγγέλθαι λέγουσα· τὸν δὲ Ἀθανάσιον C ἐπιξενωθέντα βιάσασθαι, καὶ ἄκουσαν διαφθεῖραι. τούτων ὑπ' ἐκείνης εἰρημένων, εἰσῆλθε μὲν ὁ κατηγορούμενος· συνῆν δὲ αὐτῷ καὶ πρεσβύτερος ἀξιέπαινος, Τιμόθεος τούτῳ ὄνομα ἦν. τῶν δὲ δικαστῶν ἀπολογήσασθαι πρὸς τὴν γραφὴν προστεταχότων τὸν Ἀθανάσιον, ὁ μὲν ἐσίγησεν, ὡς δῆθεν οὐκ ὢν Ἀθανάσιος. ὁ δὲ Τιμόθεος ἔφη πρὸς τὴν γυναῖκα. ἐγώ σοι ὦ γύναι συνέτυχον πώποτε, εἰς δὲ τὴν σὴν εἰσελήλυθα οἰκίαν; ἡ δὲ ἀναιδέστερον ἐβόα, τῷ Τιμοθέῳ διαμαχομένη καὶ τὴν χεῖρα ἐξάγουσα, καὶ τῷ δακτύλῳ δεικνῦσα καὶ λέγουσα· σύ μου τὴν παρθενίαν ἀφείλου· σύ με τῆς σωφροσύνης D ἐγύμνωσας, καὶ τ' ἄλλα ὅσα λέγειν εἰώθασιν αἱ δι' ἀκολασίας ὑπερβολὴν οὐκ ἔχουσαι τὴν αἰδῶ. οὕτω δὴ τῶν τὸ δρᾶμα συντεθεικότων καταισχυνθέντων, ἐρυθριασάντων δὲ καὶ τῶν δικαστῶν, ὅσοι συνίστορες ἦσαν, ἐξήγετο ἡ γυνή. τότε δὴ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἔλεγε, μὴ χρῆναι ἀφεθῆναι τὸ γύναιον, ἀλλ' ἐξετάσαι καὶ μαθεῖν τὸν ταῦτα συντεθεικότα. οἱ δὲ ἐβόων, ἕτερα εἶναι κατηγορήματα χαλεπώτερα, οὐδαμῶς τέχνῃ τινὶ καὶ δεινότητι

## Cap. XXX.

*De Synodo apud Tyrum celebrata.*

Arsenius quidam erat Meletianæ factionis Epiſcopus. Hunc Meletiani cùm occultaſſent, ut diutiſſime in latebris manere vellet orarunt. Dextrâ deinde mortui cujusdam abſciſsâ, eam ſale conditam & in arca lignea repoſitam, ubique circumtulerunt, Arſenio præciſam eſſe dicentes, & Athanaſium vocantes homicidam. Sed ille qui omnia intuetur providentiæ oculus, Arſenium diu latere haudquaquã paſſus eſt. Nam primum quidem in Ægypto ac Thebaide compertus eſt vivere. Deinde vero Tyrum quoque eum adduxit Divina providentia, ubi decantata illa manus coram judicibus proferebatur. Hunc ergo cùm deprehendiſſent contubernales Athanaſii, adduxerunt, & in diverſorio aliquandiu deliteſcere coegerunt. Ipſe vero magnus Athanaſius prima luce ad Concilium venit. Ac primo quidem introducta eſt quædam impuræ vitæ muliercula. Hæc impudenter vociferari cœpit, ſe quidem virginitatem Deo voviſſe dicens, Athanaſium vero, quem hoſpitio exceperat, vim ſibi intuliſſe, & invitam violaſſe. Quæ cùm dixiſſet, ingreſſus eſt is qui accuſabatur, & unà cum illo presbyter quidam egregius, Timotheus nomine. Cumque judices Athanaſium objecto crimini reſpondere juſſiſſent, ipſe quidem conticuit, perinde ac ſi non eſſet Athanaſius. Timotheus vero mulierem alloquens: Egone, inquit, tecum aliquando confabulatus ſum, mulier, aut in ædes tuas unquam ingreſſus? Tum illa multo impudentius clamare cœpit, contendens adverſus Timotheum & manum exerens, eumque digito demonſtrans; Tu, inquit, mihi virginitatem eripuiſti; tu me caſtitate ſpoliaſti: & alia ejusmodi addens, quæ dici ſolent à mulieribus propter intemperantiam omni prorſus verecundia deſtitutis. Hunc in modum pudore confuſis iis qui fabulam compoſuerant, erubeſcentibus quoque Judicibus qui conſcii erant, dimiſſa eſt mulier. Tunc magnus Athanaſius mulierem dimittendam non eſſe dixit, ſed inquirendũ quis iſta concinnaſſet. Illi vero clamarunt, alia ſupereſſe crimina longe graviora, quæ nulla arte ac ſolertia

diſſolvi poſſent. Oculis enim, non auribus, judicanda eſſe quæ proferrentur. His dictis famoſam illam arcam in medium protulerunt, & manum ſale conditam monſtrarunt. Tum vero ſpectantium ſinguli clamorem ſuſtulerunt: alii id ſcelus verum eſſe exiſtimantes: alii id quidem falſum eſſe minime dubitantes; Arſenium vero adhuc occultum eſſe credentes. Tandem vero ægre impetrato modico ſilentio, reus judices percontatur, num quis ex ipſis Arſenium noſſet. Cumq; multi reſpondiſſent ſe hominem probe noſſe, eum adduci juſſit. Ac rurſus interrogavit, num is ipſe eſſet Arſenius, quem ipſe quidem peremiſſet, illi autem requirerēt: & qui poſt cædem contumelia affectus & dextra manu truncatus eſſet. Illis confitentibus hunc Arſenium eſſe, Athanaſius reducto ejus pallio, utramque illius manum oſtendit, dextram ac ſiniſtram. Aliam vero, inquit, nemo præterea requirat. Duas enim duntaxat manus à Conditore omnium Deo ſinguli homines acceperunt. Quibus in hunc modum demonſtratis, cùm accuſatores & judices qui fraudis conſcii erant, occultare ſe debuiſſent, & optare ut tellus ipſis dehiſceret, tumultu ac ſeditione Concilium compleverunt: præſtigiatorem vocantes Athanaſium, qui artibus quibuſdam ac machinamentis oculos hominum deciperet. Eumque diſcerpere ac jugulare conabantur, quem paulo ante cædis reum egerant: Verum ii qui ad conſervandam in Concilio modeſtiam ac diſciplinam ab Imperatore præpoſiti fuerant, cædem prohibuerunt. Nam cùm egregium illum victorem ex eorum manibus ereptum, navigio impoſuiſſent, hoc modo ſaluti ejus conſuluerunt. Atque is quidem ad Imperatorem profectus, totam illam tragœdiam ſicut acta fuerat, edocuit. Illi vero Epiſcopos quoſdam ejuſdem cum ipſis ſectæ atque ſententiæ in Mareoten miſerunt; Theognium ſcilicet Nicææ, Theodotum Perinthi, Marin Chalcedonenſem, Narciſſum Ciliciem, cùm aliis eadem ſentientibus. Eſt autem Mareotes Alexandriæ regio, à Mario lacu cognomentum ſortita. Illic contexto mendacio, & falſis actis compoſitis, cùm calumnias jam ante convictas tanquam veras accuſationes concinnaſſent, eas ad Imperatorem miſerunt.

A διαλυθῆναι δυνάμενα. ὄψις γὰρ οὐκ ἀκοὴ, δικάσει τοῖς δεικνυμένοις. ταῦτα εἰπόντες, τὴν πολυθρύλητον ἐκείνην ὑπέδειξαν λάρνακα, καὶ τὴν τεταριχευμένην ἐγύμνωσαν χεῖρα. τῶν δὲ θεασαμένων, ἕκαστος ἀνεβόησεν· οἱ μὲν ἀληθὲς εἶναι τὸ μῦσος ὑπειληφότες· οἱ δὲ, τὸ μὲν ψεῦδος εἰδότες, κεκρύφθαι δὲ τὸν ἀρσένιον ὑπονομίζοντες· μόλις δὲ βραχείας γενομένης σιγῆς, ἤρετο τοὺς δικάζοντας ὁ κατηγορούμενος, εἴ τις ἐν αὐτοῖς εἴη τὸν ἀρσένιον ἐπιστάμενος. πολλῶν δὲ εἰρηκότων ἀκριβῶς εἰδέναι τὸν ἄνδρα, ἐκέλευσε τοῦτον ἀχθῆναι. καὶ πάλιν ἤρετο, B εἰ οὗτος ἐκεῖνος εἴη ἀρσένιος, ὁ παρ' ἐμοῦ μὲν ἀνῃρημένος, παρὰ δὲ τούτων ἐπιζητούμενος, καὶ μετὰ σφαγὴν δὲ ὑβρισμένος καὶ τῆς δεξιᾶς ἐστερημένος. συνομολογησάντων δὲ αὐτῶν τοῦτον εἶναι, τὸ ἐφεστρίδιον αὐτοῦ γυμνώσας ὁ ἀθανάσιος, ὑπέδειξεν ἄμφω τὼ χεῖρε, καὶ τὴν δεξιὰν καὶ τὴν εὐώνυμον. ἄλλην δὲ ἔφη ζητείτω μηδείς. δύο γὰρ ἀνθρώπων ἕκαστος παρὰ τοῦ ποιητοῦ τῶν ὅλων ἐδέξατο χεῖρας. ἀλλὰ καὶ τούτων οὕτω δειχθέντων, καταδύεσθαι δέον τοὺς κατηγοροῦντας, καὶ τῶν δικαζόντων τοὺς συνειδότας, καὶ εὔχεσθαι χάναι σφίσι τὴν γῆν, θο- C ρύβου καὶ στάσεως ἐνέπλησαν τὸ συνέδριον, γόητα καλοῦντες τὸν ἀθανάσιον, καὶ τισὶ μαγγανείαις ἐξαπατᾶν αὐτὸν λέγοντες τῶν ἀνθρώπων τὰς ὄψεις. καὶ διασπᾶν ἐπεχείρουν καὶ κατασφάττειν, οἱ τῆς μιαιφονίας πρὸ βραχέος κατηγοροῦντες, ἀλλ' οἱ παρὰ βασιλέως τὴν τῆς εὐταξίας πρόνοιαν πιστευθέντες, τὸν φόνον ἐκώλυσαν. ἐξαρπάσαντες γὰρ τὸν νικηφόρον, καὶ σκάφους ἐπιβῆναι παρασκευάσαντες, τὴν σωτηρίαν προὐξένησαν. καὶ οὗτος μὲν τὸν βασιλέα καταλαβὼν, πᾶσαν τὴν τολμη- D θεῖσαν ἐδίδαξε τραγῳδίαν. ἐκεῖνοι δὲ εἰς τὴν μαρεώτην τῶν ὁμογνωμόνων τινὰς ἐπισκόπους ἀπέστειλαν· θεογόνιον φημὶ τὸν νικαίας, καὶ θεόδωρον τὸν περίνθιον, καὶ μάριν τὸν χαλκηδόνιον, καὶ τὸν κίλικα νάρκισσον, καὶ τοὺς τούτων ὁμόφρονας· ὁ δὲ μαρεώτης, χώρα τίς ἐστιν ἀλεξανδρείας, τῆς λίμνης μαρείας ἐπώνυμος. ἐν ταύτῃ τὸ ψεῦδος ὑφήναντες, καί τινα ὑπομνήματα διαπλάσαντες, καὶ τὰς γυμνωθείσας συκοφαντίας ὡς ἀληθεῖς συνθέντες κατηγορίας, ἀπέστειλαν βασιλεῖ.

A

## Κεφ. λα΄.

Περὶ τῶν ἐγκαινίων τῶν ἐν ἱεροσολύμοις γεγενημένων, καὶ τῆς ἐξορίας τοῦ ἁγίου ἀθανασίου.

Αὐτοὶ δὲ εἰς τὴν αἰλίαν παρεγένοντο. τὴν γὰρ δὴ σύνοδον ἅπασαν ἀπὸ τῆς τύρου καταλαβεῖν τὴν αἰλίαν ὁ βασιλεὺς παρηγγύησε. συνελθεῖν δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας πανταχόθεν ἐκέλευσε, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ δομηθέντας καθιερῶσαι νεώς. συναπέλυσε δὲ καὶ τῶν εὐνουστέρων ἀρχόντων τινὰς, εὐσεβείᾳ καὶ πίστει λαμπρυνομένους, φιλοτίμως ἅπασι πάντα χορηγηθῆναι κελεύσας, οὐ μόνον ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς B τούτοις συνεπομένοις. ἀλλὰ καὶ τοῖς δεομένοις ἅπασιν οἳ πανταχόθεν συνέτρεχον. διεκοσμεῖτο δὲ καὶ τὸ θεῖον θυσιαστήριον βασιλικοῖς τε παραπετάσμασι, καὶ κειμηλίοις λιθοκολλήτοις χρυσοῖς. οὕτω δὴ τῆς ἑορτῆς λαμπροτάτης γεγενημένης, οἱ μὲν εἰς τὰς οἰκείας ἐπανῆλθον πατρίδας. ὁ δὲ βασιλεὺς τὴν τῆς πανηγύρεως μεμαθηκὼς φαιδρότητα καὶ πολυτέλειαν, θυμηδίας τε ἐνεπλήσθη, καὶ τῶν ἀγαθῶν τὸν πρύτανιν ὕμνησεν, ὅτι καὶ ταύτην αὐτῷ τὴν αἴτησιν ἔδωκεν. ἐπειδὴ δὲ προσῆλθεν ἀθανάσιος τὴν ἄδικον ὀδυρόμενος κρίσιν, ἀφικέσθαι C τοὺς αἰτιαθέντας τῶν ἐπισκόπων ἐκέλευσεν. οἱ δὲ παραγενόμενοι, καὶ τὸ τῶν ἐλέγχων προφανὲς ὑπειδόμενοι, τὰς μὲν προτέρας συκοφαντίας κατέλιπον. ἔφασαν δὲ τῷ βασιλεῖ, ἠπειληκέναι τὸν ἀθανάσιον τὴν σιτοπομπίαν κωλύσειν. τούτοις πιστεύσας τοῖς λόγοις ὁ βασιλεὺς, εἴς τινα πόλιν τῶν καλουμένων γαλλιῶν αὐτὸν ἐξωστράκισε. τρέβερις δὲ ὄνομα ταύτῃ. τριακοστὸν δὲ τοῦτο ἦν αὐτῷ τῆς βασιλείας ἔτος.

## Cap. XXXI.

*De Eccleſiæ dedicatione Hieroſolymis factâ: deque exilio ſancti Athanaſii.*

Ipsi vero Æliam profecti ſunt. Etenim Imperator univerſum Concilium relicta Tyro, Æliam proficiſci juſſerat: aliosque complures undequaque eò convenire præceperat, ut Baſilicas ab ipſo conſtructas dedicarent. Quosdam etiam ſibi chariſſimos rectores eò miſit, pietate ac fide conſpicuos: mandans, ut cuncta abunde omnibus præberentur, non Epiſcopis ſolum & illis qui eos comitabantur, ſed cunctis etiam egentibus qui eo undiq; confluebant. Porro ſacrum altare regalibus velis, & aureis donariis gemmarum fulgore diſtinctis cernebatur ornatum. Hunc in modum ſplendidiſſima feſtivitate celebrata, Epiſcopi quidem ad ſuas quisq; civitates reverſi ſunt. Imperator vero de conventus illius ſplendore ac magnificentia certior factus, maximam animo cepit voluptatem, & bonorum omnium auctori gratias egit, quòd ejus quoq; voti compotem ipſum reddidiſſet. Et quoniam Athanaſius ipſum adierat de iniquitate judicii graviter conquerens, Epiſcopos de quibus querebatur, ad Comitatum venire juſſit. Qui cùm adeſſent, apertiſſime ſe convincendos eſſe prævidentes, priores quidem calumnias miſſas fecere: Imperatori vero ſuggeſſerunt, comminatum eſſe Athanaſium, prohibiturum ſe exportationem annonæ. His ſermonibus inductus Imperator, in urbem quandam Galliarum, cui nomen eſt Treviris, Athanaſium relegavit. Agebatur tunc tricefimus Imperii ejus annus.

D

## Κεφ. λβ΄.

Περὶ τῆς τοῦ μακαρίου κωνσταντίνου βασιλέως διαθήκης.

Ἐνιαυτοῦ δὲ ἄλλου καὶ μηνῶν διεληλυθότων ὀλίγων ἐν νικομηδείᾳ τῆς βιθυνίας διάγων, ἠρρώστησε. τὸ δὲ τῆς ἀνθρωπίνης βιοτῆς ἄδηλον ἐπιστάμενος, τοῦ θείου βαπτίσματος τὸ δῶρον ἐδέξατο. ἀνεβάλλετο δὲ μέχρι τοῦδε τοῦ χρόνου, ἐν ἰορδάνῃ τῷ ποταμῷ τοῦτο τυχεῖν ἱμειρόμενος. τοὺς μὲν τρεῖς παῖδας κληρονόμους τῆς βασιλείας κατέλιπε. κωνσταντῖνον καὶ κωνστάντιον καὶ κώνσταντα τὸν νεώτατον.

## Cap. XXXII.

*De teſtamento beatiſſimi Imp. Conſtantini.*

Anno deinde uno ac menſibus paucis elapſis, Imperator Nicomediæ degens morbo corripitur. Cumque incertum eſſe exitum vitæ animadverteret, divini lavacri gratiam ſuſcepit. Quod quidem ad id usque temporis diſtulerat, cùm in Jordane illud ſuſcipere deſideraret; ac tres quidem Imperii hæredes reliquit, Conſtantinum ſcilicet, Conſtantium, & Conſtantem natu minimum. Magnum

autem Athanaſium Alexandriam redire juſſit, idque præſente Euſebio, & ne hoc fieret magnopere diſſuadente.

## Cap. XXXIII.

*Ejusdem Imperatoris defenſio.*

NEMINI porro mirum videatur, quòd fraude circumventus, tantos viros in exilium egerit. Epiſcopis enim decipientibus credidit, qui malitiam quidem ſuam tegebant, ſed alioqui clari atque illuſtres erant. Sciunt autem ſacrarum litterarum periti, divinum prophetam Davidem perinde deceptum fuiſſe. Decepit autem illum non Pontifex, ſed ſervus vernaculus ac furcifer: Siba ſcilicet, qui adverſus Mephiboſeth mentitus eſt regi, & agrum illius ita obtinuit. Atq; hæc dico, non ut prophetam incuſem, ſed ut Imperatoris noſtri defenſionem proponam, & humanæ naturæ imbecillitatem oſtendam: doceamque credendum non eſſe accuſatoribꝰ ſolis, quamvis fide digni videantur, ſed aurium alteram reis eſſe reſervandam. Ac Imperator quidem à terreno regno ad alterum longe præſtantius migravit.

## Cap. XXXIV.

*De morte ſanctiſſimi Imperatoris Conſtantini.*

PRÆFECTI vero & rei militatris duces ac reliqui omnes, corpus ejus in arca aurea conditum Conſtantinopolim tranſtulerunt, univerſo exercitu, partim præeunte, partim ſubſequente, & orbitatem ſuam graviter lamentante. Illum quippe patrem mitiſſimum experti omnes fuerant. Porro quantus honor delatus ſit cadaveri, & quàm diu in palatio manſerit, dum proceres adventum filii expectarent, ſuperfluum arbitror ſcribere, cùm hæc alii ſcriptis ſuis prodiderint. Quos quidem legere quivis facile poteſt, atque inde cognoſcere, qua ratione omnium arbiter ac moderator Deus fideles ſibi famulos remunerari ſolet. Quod ſi quis iſtis non vult credere, is ea intuens quæ nunc ad ejus loculum & ſtatuam geruntur, credat iis quæ ſcripta ſunt, & Domino qui dixit: Glorificantes me glorificabo, & qui me ſpernunt, ipſi ſpernentur.

*Finis Libri primi.*

A εἰς δὲ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐπανελθεῖν τὸν μέγαν προσέταξεν Ἀθανάσιον, καὶ ταῦτα Εὐσεβίου παρόντος καὶ τἀναντία πείθειν ἐπιχειροῦντος.

## Κεφ. λγ΄.

Ἀπολογία ὑπὲρ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως.

ΘΑυμαζέτω δὲ μηδεὶς, εἰ τηλικούτους ἄνδρας ἐξαπατηθεὶς ἐξωστράκισεν. ἀρχιερεῦσι γὰρ κρύπτουσι μὲν τὴν πονηρίαν, τὴν δὲ ἄλλην ἔχουσι περιφάνειαν, ἐξαπατῶσιν ἐπίστευσεν. ἴσασι δὲ οἱ τὰ θεῖα πεπαιδευμένοι, B ὡς καὶ ὁ θεῖος ἐξηπατήθη Δαβὶδ ὁ προφήτης. ἐξηπάτησε δὲ αὐτὸν οὐκ ἀρχιερεὺς, ἀλλ' οἰκέτης οἰκότριψ καὶ μαστιγίας· τὸν Σιβᾶ λέγω τὸν κατὰ τοῦ Μεφιβοσὲθ τὰ ψευδῆ τὸν βασιλέα διδάξαντα, καὶ τὸ ἐκείνου χωρίον σφετερισάμενον. καὶ ταῦτα λέγω, οὐ τοῦ προφήτου κατηγορῶν, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦδε τοῦ βασιλέως τὴν ἀπολογίαν προφέρων, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐπιδεικνὺς τὴν ἀσθένειαν, καὶ διδάσκων ὡς οὐ χρὴ μόνοις τοῖς κατηγοροῦσι πιστεύειν, κἂν ἄγαν ὦσιν ἀξιόχρεοι, ἀλλὰ θατέραν τῶν C ἀκοῶν τῷ κατηγορουμένῳ φυλάττειν. ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς εἰς τὴν ἀμείνω βασιλείαν μετέστη.

## Κεφ. κδ΄.

Περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Κωνσταντίνου βασιλέως.

ΟἹ δὲ ὕπαρχοι καὶ οἱ στρατηγοὶ καὶ οἱ λοιποὶ ἅπαντες, ἐν λάρνακι τοῦτον καταθέντες χρυσῇ, εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν μετεκόμισαν, τῆς στρατιᾶς ἁπάσης ἡγουμένης καὶ ἑπομένης, καὶ πικρῶς ὀλοφυρομένης τὴν στέρησιν. πατέρα γὰρ ἤπιον πεῖραν εἰλήφεσαν ἅπαντες. ὁπόσης δὲ D τιμῆς τὸ σῶμα ἐκεῖνο τετύχηκε, καὶ ὁπόσον ἐν τοῖς βασιλείοις διέμεινε χρόνον, τῶν ἀρχόντων τὴν τοῦ παιδὸς περιμενόντων ἐπάνοδον, περιττὸν ἡγοῦμαι γράφειν, ἄλλων ταῦτα συγγεγραφότων. οἷς ῥᾴδιον ἐντυχεῖν, καὶ μαθεῖν, ὅπως τῶν ὅλων ὁ πρύτανις γεραίρει τοὺς εὔνους θεράποντας. εἰ δέ τις ἐκείνοις διαπιστεῖ, τὰ νῦν περὶ τὴν ἐκείνου θήκην καὶ τὸν ἀνδριάντα γινόμενα βλέπων, πιστευσάτω τοῖς γεγραμμένοις, καὶ τῷ φήσαντι δεσπότῃ, τοὺς δοξάζοντάς με δοξάσω, καὶ οἱ ἐξουθενοῦντές με ἐξουθενωθήσονται.

Πρώτου λόγου τέλος.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ λόγος Β΄.


α΄. Περὶ τῆς ἐπανόδου τοῦ ἁγίου ἀθανασίου.

β΄. Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως κωνσταντίνου υἱοῦ κωνσταντίνου πρὸς ἀλεξανδρεῖς.

γ΄. Ὅπως κωνστάντιος ὁ βασιλεὺς ἐκ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως μετετράπη.

δ΄. Περὶ τῆς τοῦ μακαρίου ἀθανασίου δευτέρας ἐξορίας, καὶ τῆς γρηγορίου καταστάσεώς τε καὶ τελευτῆς.

ε΄. Περὶ παύλου τοῦ γενομένου ἐπισκόπου κωνσταντινουπόλεως.

ς΄. Περὶ μακεδονίου καὶ τῆς ἐπ' αὐτοῦ συστάσης αἱρέσεως.

ζ΄. Περὶ τῆς ἐν σαρδικῇ γενομένης συνόδου.

η΄. Συνοδικὸν ὑπὸ τῶν αὐτόθι συνεληλυθότων ἐπισκόπων πρὸς τοὺς κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐπισκόπους γραφέν.

θ΄. Τὰ κατὰ εὐφραταν καὶ βικέντιον τοὺς ἐπισκόπους, καὶ τὴν ἐν ἀντιοχείᾳ κατ' αὐτῶν γεγενημένην συσκευήν.

ι΄. Περὶ τῆς στεφάνου καθαιρέσεως.

ια΄. Ἐπιστολὴ κωνσταντίνου πρὸς ἀθανάσιον.

ιβ΄. Περὶ τῆς δευτέρας ἐπανόδου τοῦ ἁγίου ἀθανασίου.

ιγ΄. Περὶ τῆς τρίτης ἐξορίας αὐτοῦ καὶ φυγῆς.

ιδ΄. Περὶ γεωργίου καὶ τῶν ἐν ἀλεξανδρείᾳ τολμηθέντων κακῶν.

ιε΄. Περὶ τῆς ἐν μεδιολάνῳ γενομένης συνόδου.

ις΄. Διάλογος λιβερίου ἐπισκόπου ῥώμης καὶ κωνσταντίου βασιλέως.

ιζ΄. Περὶ τῆς ἐξορίας καὶ ἐπανόδου τοῦ ἁγίου λιβερίου.

ιη΄. Περὶ τῆς ἐν ἀριμίνῳ γενομένης συνόδου.

ιθ΄. Ἐπιστολὴ συνοδικὴ παρὰ τῶν αὐτόθι συνεληλυθότων ἐπισκόπων πρὸς τὸν βασιλέα γραφεῖσα κωνστάντιον.

κ΄. Ἄλλη ἐπιστολὴ πρὸς κωνστάντιον.

κα΄. Περὶ τῆς ἐν νίκῃ τῆς θρᾴκης γεγενημένης συνόδου καὶ ἔκθεσις πίστεως παρ' ἐκείνων γραφεῖσα.

κβ΄. Συνοδικὸς τόμος παρὰ δαμάσου ἐπισκόπου ῥώμης καὶ τῶν δυτικῶν ἐπισκόπων πρὸς ἰλλυριοὺς ἐπισκόπους γραφεῖσα περὶ τῆς κατ' ἀρίμινον συνόδου.

κγ΄. Ἀθανασίου ἐπισκόπου ἀλεξανδρείας περὶ τῆς αὐτῆς συνόδου.

κδ΄. Περὶ τῆς λεοντίου τοῦ τῆς ἀντιοχέων ἐπισκόπου κακοτεχνίας, καὶ τῆς φλαβιανοῦ καὶ διοδώρου παῤῥησίας.

κε΄. Περὶ τῆς εὐδοξίου τοῦ γερμανικέως καινοτομίας καὶ βασιλείου τοῦ ἀγκύρας, καὶ εὐσταθίου τοῦ σεβαστίας κατὰ τούτου γεγενημένης σπουδῆς.

κς΄. Περὶ τῆς ἐν νικαίᾳ πάλιν γεγενημένης συνόδου.

κζ΄. Περὶ τῆς ἐν σελευκείᾳ τῆς ἰσαυρίας γεγενημένης συνόδου καὶ ἐν κωνσταντινουπόλει τοῖς ὀρθοδόξοις ἐπισκόποις συμβεβηκότων.

κη΄. Συνοδικὴ ἐπιστολὴ κατὰ ἀετίου γραφεῖσα.

κθ΄. Ποία πρόφασις τοὺς εὐνομιανοὺς τῶν ἀρειανῶν ἀπεσχοίνισεν.

λ΄. Περὶ τῆς πολιορκίας νισίβεως πόλεως καὶ τῆς ἰακώβου τοῦ ἐπισκόπου ἀποστολικῆς πολιτείας.

λα΄. Περὶ τῆς ἐν ἀντιοχείᾳ γεγενημένης συνόδου καὶ τῶν κατὰ τὸν ἅγιον μελέτιον αὐτόθι συμβάντων.

λβ΄. Περὶ εὐσεβίου ἐπισκόπου Σαμοσάτων.

## *IN SECUNDO ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ libro hæc continentur.*


Cap. I. De reditu S. Athanaſii.
II. Imp. Conſtantini Junioris epiſtola ad Alexandrinos.
III. Quomodo Imp. Conſtantinus à recta fide abductus fuerit.
IV. De ſecundo exilio B. Athanaſii: & de ordinatione & obitu Gregorii.
V. De Paulo Epiſc. Conſtantinopolitano.
VI. De Macedonio & de hæreſi ab eo conflata.
VII. De Synodo Serdicenſi.
VIII. Epiſt. Synodica ab Epiſcopis Serdicæ congregatis ad totius orbis Epiſcopos ſcripta.
IX. De Euphrata ac Vincentio Epiſcopis, & de inſidiis quæ illis ſtructæ ſunt Antiochiæ.
X. De Stephani depoſitione.
XI. Epiſtola Conſtantii ad Athanaſium.
XII. De ſecundo reditu B. Athanaſii.
XIII. De tertio exilio Athanaſii & de ejus fuga.
XIV. De Georgio, & de malis quæ Alexandriæ perpetrata ſunt.
XV. De Synodo Mediolanenſi.
XVI. Colloquium Liberii Romani, & Imp. Conſtantii.
XVII. De exilio & reditu B. Liberii.
XVIII. De Concilio Ariminenſi.
XIX. Epiſt. ſynodica ab Epiſcopis Arimini congregatis ad Imperat. Conſtantium ſcripta.
XX. Alia Epiſcoporum epiſtola ad eundem Conſtantium.
XXI. De Synodo apud Nicen Thraciæ congregata, & de fidei Formula ibi conſcripta.
XXII. Epiſt. Synodica Damaſi Epiſc. Rom. & aliorum occidentalium ad Epiſcopos Illyrici ſcripta, de Concilio Ariminenſi.
XXIII. Athanaſii Alexandriæ Epiſc. epiſt. de ead. Synodo.
XXIV. De Leontii Antiochenſis Epiſc. fraudulentiâ, & de fiducia Flaviani ac Diodori.
XXV. De Eudoxii Germanicienſis Epiſc. novitate: & de Baſilii Ancyrani atque Euſtathii Sebaſteni adverſus illum contentione.
XXVI. De Concilio Nicææ ac poſtea Seleuciæ in Iſauria congregato.
XXVII. De iis quæ Conſtantinopoli orthodoxis Epiſc. acciderunt.
XXVIII. Epiſt. Synodica contra Aetium ſcripta.
XXIX. Qua occaſione Eunomiani ab Arianis dirempti fuerint.
XXX. De obſidione Niſibis: & de Apoſtolica converſatione Jacobi Epiſcopi.
XXXI. De Synodo Antiochiæ celebrata, & de his quæ S. Meletio illic contigerunt.
XXXII. De Euſebio Epiſcopo Samoſatenſi.

A

# ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΘΕΟΔΩΡΙΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

Λόγος Β΄.

## Κεφ. Α΄.

Περὶ τῆς ἐπανόδου τοῦ ἁγίου ἀθανασίου.

Ὁ μὲν δὴ θεῖος ἀθανάσιος ἔτη δύο καὶ μῆνας τέσσαρας ἐν τῇ τριβέρει διατρίψας, εἰς τὴν ἀλεξάνδρειαν ἐπανῆλθεν. ἔγραψε δὲ καὶ κωνσταντῖνος ὁ βασιλεὺς, ὁ τῶν κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου παίδων πρεσβύτατος. αὐτὸς γὰρ τῆς πρὸς δυόμενον ἥλιον ἐβασίλευε γαλατίας, τῇ ἀλεξανδρέων ἐκκλησίᾳ τάδε γράμματα.

## Κεφ. β΄.

Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως κωνσταντίνου υἱοῦ κωνσταντίνου πρὸς ἀλεξανδρεῖς.

Κωνσταντῖνος καῖσαρ τῷ λαῷ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας πόλεως τῶν ἀλεξανδρέων. οὐδὲν τὴν τῆς ὑμετέρας ἱερᾶς ἐννοίας ἀποπεφευγέναι γνῶσιν οἶμαι, διὰ τοῦτο ἀθανάσιον τὸν τοῦ προσκυνητοῦ νόμου ὑποφήτην πρὸς καιρὸν εἰς τὰς γαλλίας ἀπεστάλθαι συνέβη, ἵν' ἐπειδὴ ἡ ἀγριότης τῶν αἱμοβόρων αὐτοῦ καὶ πολεμίων ἐχθρῶν εἰς κίνδυνον τῆς ἱερᾶς αὐτοῦ κεφαλῆς ἐπέμενε, μὴ ἄρα διὰ τῆς τῶν φαύλων διαστροφῆς ἀνήκεστα ὑποστῇ. πρὸς τὸ διαπαῖξαι τοίνυν ταύτην, ἀφαιρεθεὶς τῶν φαρύγγων τῶν ἐπικειμένων αὐτῷ ἀνδρῶν, ὑπ' ἐμοὶ διάγειν κεκέλευσται οὕτως ὡς ἐν αὐτῇ τῇ πόλει ἐν ᾗ διέτριβε, πᾶσι τοῖς ἀναγκαίοις ἐμπλεονάζειν, εἰ καὶ τὰ μάλιστα αὐτοῦ ἡ ἀοίδιμος ἀρετὴ ταῖς θείαις πεποιθυῖα βοηθείαις, καὶ τὰ τῆς τραχυτέρας τύχης ἄχθη ἐξουθενεῖ. τοιγαροῦν εἰ καὶ μάλιστα πρὸς τὴν προσφιλεστάτην ὑμῶν θεοσέβειαν ὁ δεσπότης ἡμῶν ὁ τῆς μακαρίας μνήμης κωνσταντῖνος ὁ θεοσεβέστατος ὁ ἐμὸς πατὴρ τὸν αὐτὸν ἐπίσκοπον τῷ ἰδίῳ τόπῳ παρασχεῖν προῄρητο, ὅμως ἐπειδὴ ἀνθρωπίνῳ κλήρῳ προληφθεὶς, πρὸ τοῦ τὴν εὐχὴν πληρῶσαι ἀνεπαύσατο, ἀκόλουθον ἡγησάμην, τὴν προαίρεσιν τοῦ τῆς θείας μνήμης βασιλέως διαδεξάμενος

# THEODORITI EPISCOPI CYRI. ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ LIBER SECUNDUS.

## CAPUT PRIMUM.

*De reditu ſancti Athanaſii.*

B PORRO Divinus Athanaſius, cum per biennium ac menſes quatuor Treviris moratus eſſet, Alexandriam reverſus eſt. Conſtantinus autem Imperator, Conſtantini filiorum natu maximus, qui tunc in Galliis imperium regebat, ad Eccleſiam Alexandrinorum hujuſmodi litteras ſcripſit.

## CAP. II.

*Imperatoris Conſtantini Junioris epiſtola ad Alexandrinos.*

C CONSTANTINUS Cæſar, populo Eccleſiæ Catholicæ civitatis Alexandrinorum. Nec ſanctiſſimæ mentis veſtræ notitiam illud arbitror præterire, Athanaſium venerandæ legis interpretem, ad tempus idcirco miſſum eſſe in Gallias, ne quoniam cruentorum ejus hoſtium feritas ſacratiſſimo illius capiti extremum periculum minabatur, ipſe per nefariam improborum hominum perverſitatem mala inſanabilia ſuſtineret. Quamobrem ut hanc feritatem evitaret, ereptus eſt faucibus eorum qui ipſius capiti imminebant: juſſuſque ſub mea ditione degere, ita ut D in ea urbe quam incolere præceptum ei fuerat, omnibus neceſſariis abundaret: tametſi ejus eximia virtus Divino freta præſidio, aſperioris etiam fortunæ ærumnas parvipendat. Proinde etſi dominus ac parens noſter, divæ memoriæ Conſtantinus Auguſt⁹, eundem Epiſcopum in priſtinum locum reſtituere propoſuerat, ac veſtræ ſacratiſſimæ pietati reddere: quoniam tamen humana ſorte præventus, priuſquam votum ſuum impleſſet, ex hac luce migravit, conſentaneum eſſe exiſtimavi, ut divæ memoriæ Principis propoſitum ego, utpote hæres, executioni mandarem.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quanta porro reverentia illi à nobis A exhibita fuerit, ex eo ipſo, ſimul atq; in conſpectum veſtrum venerit, cognoſcetis. Nec mirum eſt, ejus gratia aliquid à me factum fuiſſe. Ad hoc enim & imago quædam amoris veſtri, & tanti viri ſpecies, animum meum movit atque incitavit. Divina providentia vos ſervet, fratres chariſſimi. Cum his Litteris reverſus eſt Divinus Athanaſius: quem omnes urbani & ruſtici, primores ac plebeji, cupide excepêre. Solos Arianæ dementiæ ſectatores reditus illius cruciabat. Itaque conſuetas iterum machinas adverſus eum commoverunt Euſebius ac Theognius, & B quicunq; eorum partibus adhærebant: rurſusque Imperatoris adhuc juvenis aures obtundunt. Qua autem ratione Imperator iſte à recto tramite Apoſtolicæ doctrinæ deflexerit, dicam hoc loco.

## Cap. III.

*Quomodo Imperator Conſtantius à recta fide abductus fuerit.*

CONSTANTIA ſoror Conſtantini Magni fuit, vidua autem Licinii. Huic familiaris fuit presbyter quidam, C Ariani dogmatis labe contaminatus. Is morbum quidem ſuum minime prodebat: aſſidue tamen cum ea colloquens, Arium calumniam paſſum eſſe affirmabat. Eam admirandus Conſtantinus poſt impii viri mortem, omni cura ac ſollicitudine fovebat, nec ulla viduitatis incommoda ſentire patiebatur. Morienti quoque ei adfuit, omne genus officii prout decebat, ei exhibens. Quo tempore, cùm presbyterum illum acciri juſſiſſet, Imperatorem rogavit, ut curam illius gerere vellet. Conſtantinus vero, & tum ſe id facturum promiſit, & non multo poſt pollicitationem ſuam implevit. Maximam e- D nim libertatem ei apud ſe conceſſit. At presbyter, quamvis ſummo cultu atq; honore afficeretur, morbum tamen ſuum detegere nunquam eſt auſus, cùm Imperatoris animum in religione firmum & ſtabilem videret. Poſtea vero, cùm Conſtantinus ad immortale regnum jamjam migraturus, caducum hoc imperium inter filios divideret: nullus porro eorum morienti patri aderat, teſtamenti tabulas huic uni presbytero commiſit, mandavitque ut Conſtantio traderêtur. Hic enim cùm

πληρῶσαι. ὅστις ἐπειδὰν τῆς ὑμετέρας τύχῃ πρὸς ὄψεως, ὅσης παρ' ἐμοῦ αἰδοῦς τετύχηκε γνώσεσθε. οὐ γὰρ θαυμαστόν, εἴ τι δ' ἂν ὑπὲρ αὐτοῦ πεποίηκα. καὶ γὰρ τὴν ἐμὴν ψυχήν, ἥτε τοῦ ὑμετέρου πόθου εἰκών, καὶ τοῦ τηλικούτου ἀνδρὸς τὸ σχῆμα, εἰς τοῦτο ἐκίνει καὶ προὔτρεπεν. ἡ θεία πρόνοια ὑμᾶς διαφυλάξοι ἀδελφοὶ ἀγαπητοί. Μετὰ τούτων ὁ θεῖος Ἀθανάσιος ἀφίκετο τῶν γραμμάτων. πάντες δὲ αὐτὸν ἀσμένως ἀπέλαβον, καὶ ἀστοὶ καὶ χωρητικοί, καὶ ὀλίγοι καὶ πολλοί. μόνους δὲ ἠνία τῆς Ἀρείου μανίας τοὺς θιασώτας ἐπανελθών. διὸ δὴ πάλιν τὰς οἰκείας ἐκίνησαν μηχανὰς Εὐσέβιός τε καὶ Θεόγνιος, καὶ ὅσοι τῆς τούτων ὑπῆρχον συμμορίας· καὶ πάλιν τὰς τοῦ βασιλέως νέου γε ὄντος διώρυττον ἀκοάς. ἐρῶ δὲ καὶ ὅπως ἐκεῖνος ἐκ τῆς τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων εὐθύτητος παρετράπη.

## Κεφ. γ'.

Ὅπως Κωνστάντιος ὁ βασιλεὺς τῆς ὀρθῆς πίστεως παρετράπη.

ΚΩνσταντία, Λικινίου μὲν ἐγεγόνει γαμετή, Κωνσταντίνου δὲ ἦν ἀδελφή. ταύτῃ τις πρεσβύτερος τὴν Ἀρειανικὴν εἰσδεξάμενος λώβην, συνήθης ἐγένετο. καὶ τὴν μὲν νόσον οὐ προφανῶς ἐδείκνυ. συνεχῶς δὲ αὐτῇ προσδιαλεγόμενος, ἔλεγε συκοφαντίαν ὑπομεμενηκέναι τὸν Ἄρειον. ταύτην ὁ πανεύφημος Κωνσταντῖνος μετὰ τὴν τοῦ δυσσεβοῦς ἀνδρὸς τελευτήν, παντοδαπῆς κηδεμονίας ἠξίου, καὶ τῶν τῆς χηρείας ἀνιαρῶν πεῖραν οὐκ εἴα λαβεῖν. καὶ παρ' αὐτὴν δὲ τελευτὴν παρὼν αὐτῇ, τὴν ἁρμόττουσαν θεραπείαν προσέφερεν. τότε δὴ τοῦτον κληθῆναι κελεύσασα τὸν πρεσβύτερον, τῆς τοῦ βασιλέως ἀξιοῦσα προμηθείας ἱκέτευσεν. ὁ δὲ Κωνσταντῖνος καὶ τηνικαῦτα τοῦτο ποιήσειν ὑπέσχετο, καὶ μετὰ ταῦτα πεπλήρωκε τὴν ὑπόσχεσιν. μετέδωκε γὰρ αὐτῷ παρρησίας ὅτι μάλιστα πλείστης. ἀλλ' ὅμως καὶ πολλῆς ἀξιούμενος θεραπείας, οὐκ ἐθάρρησεν ἀποκαλύψαι τὴν νόσον, βεβαίαν ὁρῶν περὶ τὰ θεῖα τοῦ βασιλέως τὴν γνώμην. ἐπειδὴ δὲ Κωνσταντῖνος εἰς τὴν ἀνώλεθρον μεθιστάμενος βασιλείαν, τοῖς παισὶν ἐν διαθήκαις τὴν ἐπίκηρον ταύτην βασιλείαν διένειμεν. οὐδεὶς δὲ τούτων τελευτῶντι παρῆν, τούτῳ μόνῳ τῷ πρεσβυτέρῳ τὰς διαθήκας ἐπίστευσε, Κωνσταντίῳ ταύτας δοθῆναι κελεύσας. ἐκεῖνος γὰρ τῶν

A ἄλλων πλησιέστερος ὢν, πρὸ τῶν ἄλλων ἀφίξεσθαι προσδόκιμος ἦν. ἔνθεν τοίνυν τῷ κωνσταντίῳ γενόμενος γνώριμος, ἀπέδωκε γὰρ τὰς διαθήκας ὡς προσετάχθη, συνήθης ἐγένετο, καὶ θαμὰ φοιτᾶν παρ' αὐτὸν ἐκελεύετο. κατιδὼν δὲ εὐρίπιστον τοῦ κωνσταντίου τὴν γνώμην, καὶ καλάμοις ὑπ' ἀνέμων ἐναντίων τῇδε κἀκεῖσε κλινομένοις προσεοικυῖαν, ἐθάρρησε τὸν κατὰ τῶν εὐαγγελικῶν δογμάτων ἀναδέξασθαι πόλεμον· καὶ τῶν ἐκκλησιῶν δῆθεν τὴν ζάλην ὀλοφυρόμενος, αἰτίους ἔλεγε τοὺς τὴν ἄγραφον τοῦ ὁμοουσίου φωνὴν ἐντεθεικότας τῇ διδασκαλίᾳ τῆς πίστεως· B καὶ τοῦτο καὶ τοῖς ἱερωμένοις καὶ τοῖς πολλοῖς ἐργάζεσθαι τὴν διάστασιν. ἐντεῦθεν ἀθανασίου καὶ τῶν τὰ ἴσα φρονούντων κατηγορῶν, τὰς κατ' αὐτῶν ἐπιβουλὰς ἐτεκταίνετο. τούτῳ συνεργῷ κεχρημένοι εὐσέβιός τε καὶ θέογνιος, καὶ θεόδωρος ὁ περίνθιος· ἐλλόγιμος δὲ διαφερόντως ὁ θεόδωρος ἦν, καὶ δὴ καὶ τῶν θείων εὐαγγελίων τὴν ἑρμηνείαν συγγέγραφεν· ἡρακλεώτην δὲ αὐτὸν ὀνομάζουσιν οἱ πολλοί. οὗτοι συνεχῶς, ἅτε δὴ γειτονεύοντες, τὸν βασιλέα ὁρῶντες, τὴν ἀπὸ τῆς ἐξορίας ἐπάνοδον ἀθανασίου παμπόλλων ἔλεγον αἰτίαν γεγενῆσθαι κακῶν, καὶ οὐ C μόνον τὴν αἴγυπτον μεταλαγχάνειν τοῦ κλύδωνος, ἀλλὰ καὶ τὴν παλαιστίνην καὶ τὴν φοινίκην, καὶ τὰ ἄλλα ὅμορα ἔθνη.

propius abeſſet quam cæteri, ante reliquos fratres venturus eſſe ſperabatur. Hinc cùm in notitiam veniſſet Conſtantii: teſtamentum enim ei tradidit, ſicut in mandatis acceperat: familiaris eidem factus eſt, & crebro ipſum adire juſſus. Porro cùm Conſtantii animum mobilem eſſe deprehendiſſet, & arundinibus quæ vento hac illac impelluntur haud abſimilem; adverſus Evangelicæ fidei doctrinam bellum ſuſcipere in animum induxit. Itaque tempeſtatem qua Eccleſiæ jactabantur deplorans, auctores hujus mali dicebat eſſe eos, qui vocem conſubſtantialis, quæ in ſcripturis non legitur, doctrinæ fidei inſeruiſſent: idque tum inter ſacerdotes, tum inter laicos diſcordiam excitare. Deinde Athanaſium & eos qui de fide idem cum illo ſentiebant incuſans, inſidias adverſus eos comparabat. Hunc adjutorem nacti Euſebius ac Theognius & Theodorus Perinthius: Fuit autem hic Theodorus vir ſingularis doctrinæ, qui inter cætera expoſitionem ſacrorum Evangeliorum conſcripſit, & vulgo Heracleotes vocatur: cùm Imperatorem, utpote vicini, crebrius viſerent, Athanaſii reditum ab exilio plurima mala importaſſe dixerunt: nec Ægyptum ſolum, ſed Palæſtinam præterea ac Phœnicem, & finitimas provincias ea tempeſtate involvi.

## Κεφ. δʹ.

*Περὶ τῆς τοῦ μακαρίου ἀθανασίου δευτέρας ἐξορίας, καὶ τῆς γρηγορίου καταστάσεώς τε καὶ τελευτῆς.*

Τούτοις δὲ τοῖς τοιούτοις λόγοις τὴν κουφοτάτην αὐτοῦ πολιορκήσαντες γνώμην, ἔπεισαν αὐτὸν ἐξελάσαι τῆς ἐκκλησίας τὸν ἀθανάσιον. ὁ δὲ προμαθὼν τὴν ἐπιβουλὴν, ὑπεχώρησε, καὶ τὴν ἑσπέραν κατείληφε. καὶ γὰρ τῷ ῥώμης ἐπισκόπῳ, ἰούλιος δὲ τηνικαῦτα τὴν ἐκκλησίαν ἐκεί- D νην ἐποίμαινεν, οἱ περὶ εὐσέβιον τὰς κατ' ἀθανασίου συντεθείσας συκοφαντίας ἐξέπεμψαν. ὁ δὲ τῷ τῆς ἐκκλησίας ἑπόμενος νόμῳ, καὶ αὐτοὺς καταλαβεῖν τὴν ῥώμην ἐκέλευσε, καὶ τὸν θεῖον ἀθανάσιον εἰς τὴν δίκην ἐκάλεσε. καὶ τοίνυν μὲν ἐξώρμησεν εὐθὺς τὴν κλῆσιν δεξάμενος. οἱ δὲ τὸ δρᾶμα συντεθεικότες, εἰς μὲν τὴν ῥώμην οὐκ ἀπῆλθον, εὐφώρατον εἰδότες τὸ ψεῦδος. ἔρημα δὲ τὰ πρόβατα τοῦ νομέως θεασάμενοι, λύκον αὐτοῖς ἀντὶ

## Cap. IV.

*De ſecundo exilio Beati Athanaſii: & de ordinatione atque obitu Gregorii.*

His & ſimilibus aliis ſermonibus cùm leviſſimum Imperatoris animum expugnaſſent, perſuaſerunt ei ut Athanaſium Eccleſia expelleret. Verum Athanaſius cognitis ante inſidiis ſeceſſit, & in Occidentis partes ſe contulit. Namque Euſebiani Julio Epiſcopo, qui tunc temporis Romanam Eccleſiam adminiſtrabat, compoſitas adverſus Athanaſium calumnias perſcripſerant. Is vero Eccleſiaſticam legem ſecutus, & ipſos Romam venire juſſit, & Athanaſium ad dicendam cauſam evocavit. Et Athanaſius quidem citationi obtemperans, ſtatim iter arripuit. Ii vero qui fabulam compoſuerant, Romam venire noluerunt, eo quod mendacium facile deprehenſum iri cernerent. Cæterum cùm oves paſtore ſuo deſtitutas viderent, lupum illis verius quàm paſtorem præfe-

cerunt, Gregorium nomine. Qui cùm per ſex annos inſtar feræ belluæ gregem omni crudelitate vaſtaſſet, pœnas tandem improbitatis ſuæ dedit, ab ipſis ovibus miſere diſcerptus. Athanaſius vero ad Conſtantem profectus: Conſtantinus enim qui inter fratres natu maximus fuit, in acie perierat: Arianæ factionis inſidias coram eo deploravit, & Apoſtolicam fidem bello appeti conqueſtus eſt. Simul patrem ſuum ei in memoriam revocavit, & magnam Synodum quam ille convocaverat: & quemadmodum ea quæ ab Epiſcopis conſcripta fuerant, ille, utpote eorum particeps, lege lata confirmaviſſet. Hæc cum lamentis proſecutus, Imperatorem ad patris ſui æmulationem excitavit. His enim auditis, ſtatim ille ad fratrem litteras dedit, quibus eum hortabatur, ut paternæ pietatis hæreditatem integram atque inviolatam cuſtodiret. Etenim ille cùm imperium pietate ſua conſtabiliiſſet, & Romanorum tyrannos devicerat, & omnes in circuitu Barbaros ſub ditionem ſuam redegerat. His litteris adductus Conſtantius, Orientis atque Occidentis Epiſcopos juſſit Serdicam convenire: eſt autem Serdica urbs Illyrici, metropolis provinciæ Daciæ. Nam & alia multa Eccleſiæ mala ſuberant, quæ Synodicam curam ac medelam depoſcerent.

A ποιμὴν ἐπέστησαν· Γρηγόριος δὲ τούτῳ ὄνομα ἦν. ἓξ ἔτη δὲ θηρίων ἀγρίων ὠμότερον τῇ ποίμνῃ χρησάμενος, δίκας ἔτισε τῆς πονηρίας, ὑπ' αὐτῶν πικρῶς διαφθαρεὶς τῶν προβάτων. ἀθανάσιος δὲ πρὸς κώνσταντα ἀφικόμενος· κωνσταντῖνος γὰρ ὁ πρεσβύτατος πολέμῳ τεθνήκει· τῆς ἀρειανικῆς φάλαγγος τὰς ἐπιβουλὰς ἀπωδύρετο, καὶ τὸν κατὰ τῆς ἀποστολικῆς πίστεως ὠλοφύρετο πόλεμον· καὶ τοῦ τε πατρὸς ἀνέμνησε, καὶ τῆς συνόδου τῆς μεγίστης, ἣν ἐκεῖνος συνέλεξε· καὶ ὡς τὰ παρ' ἐκείνων γραφέντα, τοῦ συνεδρίου κοινωνῶν, ἐκράτυνε νό- B μῳ. τοιαῦτα ποτνιώμενος, εἰς τὸν πατρῷον ζῆλον τὸν βασιλέα διήγειρε· παραυτίκα γὰρ τούτων ἀκούσας, ἐπέστειλε τῷ ἀδελφῷ, παραινῶν τῆς πατρῴας εὐσεβείας ἄσυλον φυλάξαι τὸν κλῆρον. καὶ γὰρ ἐκεῖνος εὐσεβείᾳ τὴν βασιλείαν κρατύνας, καὶ τοὺς ῥωμαίων τυράννους κατέλυσε, καὶ τοὺς ἐν κύκλῳ βαρβάρους ὑπέταξε. τούτοις πεισθεὶς τοῖς γράμμασιν ὁ κωνστάντιος, προσέταξεν εἰς τὴν Σαρδικήν, ἰλλυρικὴ δὲ αὕτη πόλις, τοῦ δακῶν ἔθνους μητρόπολις· καὶ τοὺς τῆς ἑῴας καὶ τοὺς τῆς ἑσπέρας συνδραμεῖν C ἐπισκόπους. πολλὰ γὰρ καὶ ἕτερα τῆς ἐκκλησίας παθήματα, τῆς συνοδικῆς θεραπείας ἐδεῖτο.

---

## Cap. V.

*De Paulo Epiſcopo Conſtantinopolitano.*

QUIPPE & Paulum Conſtantinopolitanum Epiſcopum, rectæ fidei acerrimum defenſorem, Arianæ tanquam ſeditionis auctorem accuſaverant; aliis quoque criminibus adjectis, quæ adverſus veræ pietatis præcones ſolent confingere. Verum populus eum Serdicam abduci tum quidem paſſus non eſt, cùm adverſariorum inſidias metueret. Paulo poſt vero Ariani, cùm leviſſimum Imperatoris animum in ſententiam ſuam traxiſſent, Paulum urbe Regia expulerunt, & Cucuſum relegarunt. Id exiguum oppidũ eſt, olim quidem provinciæ Cappadociæ; nunc vero Armeniæ ſecundæ attributum. Sed rerum omnium perturbatores nequaquam id ſibi ſufficere exiſtimarunt, quod Paulus in ſolitudine moraretur. Miſſis enim cruentæ voluntatis ſuæ miniſtris, violenta morte eum

## Κεφ. ε'.

Περὶ παύλου τοῦ γενομένου ἐπισκόπου κωνσταντινουπόλεως.

ΚΑὶ γὰρ παῦλον κωνσταντινουπόλεως δὲ ἐπίσκοπον ὄντα, τῶν ὀρθῶν προκινδυνεύοντα δογμάτων οἱ τῆς ἀρειανικῆς μετειληχότες νόσου ἐγράψαντο, ὡς στάσεως ἀρχηγόν· καὶ ἄλλα τινὰ D προσθέντες, ἃ συκοφαντεῖν εἰώθασι τῆς εὐσεβείας τοὺς κήρυκας· ἀλλὰ τοῦτον τηνικαῦτα οὐκ εἴασεν ὁ λεὼς εἰς τὴν Σαρδικὴν ἀπαχθῆναι, τὰς τῶν ἐναντίων ὀρρωδήσας ἐπιβουλάς. μικρὸν δὲ ὕστερον τὴν κουφότητα τοῦ βασιλέως παραπείσαντες γνώμην, τῆς μὲν βασιλευούσης ἐξωστράκισαν πόλεως· μετῴκισαν δὲ εἰς κουκουσόν. πόλις δὲ αὕτη μικρά, πάλαι μὲν εἰς τὸ καππαδοκῶν ἔθνος τελοῦσα, νῦν δέ γε τῇ ἀρμενίᾳ τῇ δευτέρᾳ συναριθμουμένη. ἀλλ' οὐκ ἀπέχρησε τοῖς πάντα κυκῶσιν ἡ ἐν ἐρημίᾳ τοῦ θαυμασίου παύλου διατριβή. πέμψαντες γὰρ τοῦ μιαιφόνου γνώμης τοὺς ὑπουργούς, βιαίῳ θανάτῳ παρέ-

παρέδοσαν. καὶ τοῦτο ἡμᾶς ὁ θεῖος ἐδίδαξεν Ἀθανάσιος, ἐν τῇ περὶ τῆς οἰκείας φυγῆς ἀπολογίᾳ καὶ ταῦτα προστεθεικώς. τὸν γὰρ τῆς Κωνσταντινουπόλεως Παῦλον τὸν ἐπίσκοπον διώξαντες καὶ εὑρόντες, περιφανῶς ἀποπνιγῆναι πεποιήκασιν ἐν τῇ λεγομένῃ Κουκουσῷ τῆς Καππαδοκίας, δήμιον ἐσχηκότες εἰς τοῦτο Φίλιππον τὸν γενόμενον ἔπαρχον. ἦν γὰρ καὶ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν προστάτης, καὶ τῶν πονηρῶν βουλευμάτων ὑπηρέτης. τοιαύτας μιαιφονίας ἡ Ἀρείου βεβλάστηκεν βλασφημία. τῇ γὰρ κατὰ τοῦ μονογενοῦς λύττῃ, συμβαίνει τὰ κατὰ τῶν ἐκείνου θεραπόντων τολμήματα.

A ſuſtulerunt. Atque id nos docuit divinus Athanaſius, qui in defenſione quam ſcripſit de fuga ſua, iſta quoque inſeruit. Nam cùm Paulum Conſtantinopoleos Epiſcopum perſecuti eſſent, repertum apud Cucuſum in Cappadocia palam ſtrangulari fecerunt, carnificem ad hoc facinus nacti Philippum Præfectum prætorio. Hic enim & ſectæ ipſorum patronus, & miniſter erat improborum conſiliorum. Tales tamque cruentas cædes edidit Ariana blaſphemia. Nam cùm ipſorum adverſus Unigenitum rabie ac furore, B apte conveniunt facinora adverſus famulos illius perpetrata.

## Κεφ. ϛʹ.

Περὶ Μακεδονίου καὶ τῆς ἐπ' αὐτοῦ συστάσης αἱρέσεως.

Ἀλλὰ τοῦτον οὕτω τῷ θανάτῳ, μᾶλλον δὲ τῇ τῶν οὐρανῶν παραπέμψαντες βασιλείᾳ, Μακεδόνιον ἀντὶ τούτου προυβάλλοντο, ὁμογνώμονα τοῦτον ὑπειληφότες, ἐπειδὴ παραπλησίως αὐτοῖς ἐβλασφήμει τὸ πανάγιον πνεῦμα. ἀλλὰ μικρὸν ὕστερον καὶ τοῦτον ἐξήλασαν, κτίσμα λέγειν οὐκ ἀνασχόμενον, ὃν υἱὸν προσαγορεύει ἡ θεία γραφή. οὗ δὴ χάριν ὑπ' ἐκείνων ἀποκριθεὶς, ἰδίας αἱρέσεως προστάτης γεγένηται. ὁμοούσιον μὲν οὐδὲ οὗτος τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν εἶναι λέγων, ὅμοιον δὲ εἶναι κατὰ πάντα τῷ γεγεννηκότι διδάσκων. κτιστὸν δὲ τὸ πνεῦμα προφανῶς ὀνομάζων. ταῦτα μὲν οὖν οὐ πολλῷ χρόνῳ ὕστερον οὕτω γέγονεν ὡς εἰρήκαμεν.

## Cap. VI.

*De Macedonio, & de hæreſi ab eo conflata.*

Hunc in modum Ariani cùm Paulum morte affeciſſent, vel potius ad cœleſte regnum transmiſiſſent, Macedonium in ejus locum ſubſtituerunt, ſuæ illum ſectæ atque ſententiæ eſſe arbitrati, eo quod de Spiritu ſancto perinde ac ipſi impie loqueretur. Sed non multo poſt eum quoq; ejecerunt, C cùm creaturam dicere abnueret eum quem ſacra Scriptura Filium appellat. Quam ob cauſam ab illis ſejunctus, propriæ ſectæ auctor ac patronus extitit: quippe qui conſubſtantialem quidem Patri Filium eſſe ipſe quoque negaret: ſimilem vero per omnia genitori ſuo diceret: Spiritum autem ſanctum diſertis verbis creaturam appellaret. Et hæc quidē haud multo poſt ad hunc modum quem diximus, contigerunt.

## Κεφ. ζʹ.

Περὶ τῆς ἐν Σαρδικῇ γενομένης συνόδου.

Εἰς δὲ τὴν Σαρδικὴν πεντήκοντα μὲν καὶ διακόσιοι συνῆλθον ἀρχιερεῖς, ὡς διδάσκει τὰ παλαιὰ διηγήματα. ἀφίκετο δὲ καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος, καὶ Ἀσκληπᾶς ὁ Γαζαῖος, οὗ καὶ πρόσθεν ἐμνήσθην, καὶ Μάρκελλος Ἀγκύρας τῆς Γαλατῶν μητροπόλεως, ὃς καὶ ἐπὶ τῆς συνόδου τῆς μεγάλης ἐπίσκοπος ἦν. ἀφίκοντο δὲ καὶ οἱ τούτων κατήγοροι. καὶ οἱ τῆς αἱρετικῆς προστατεύοντες φάλαγγος, καὶ πάλαι τῶν περὶ Ἀθανάσιον γενόμενοι δικασταί. ἀλλὰ τῆς συνόδου μεμαθηκότες τὸ ἀκλινὲς καὶ τὴν ἐν τοῖς θείοις πράγμασιν ὑγείαν, οὐδὲ κληθέντες εἰσῆλθον εἰς τὸ συνέδριον. ἀλλ' ἀπέδρασαν σὺν τοῖς ἀδίκοις

## Cap. VII.

*De Synodo Serdicenſi.*

D Serdicam vero ducenti & quinquaginta convenerunt Epiſcopi, ſicut antiqua monumenta teſtantur. Eodem acceſſit magnus Athanaſius, & Aſclepas Gazæus, cujus ſupra mentionem feci; & Marcellus Epiſcopus Ancyræ quæ caput eſt Galatiæ; qui magnæ ſynodi Nicænæ temporibus jam tum erat Epiſcopus. Advenerunt etiam horum accuſatores, & Arianæ factionis principes, qui in Athanaſii cauſa jampridem judices fuerant. Verum cùm ſynodi conſtantiam & incorruptam divinorum dogmatum ſanitatem comperiſſent, ne vocati quidem ad Concilium venerunt: ſed una cùm

iniquis judicibus ipſi quoque accuſatores fugam arripuerunt. Quod quidem multo melius docent litteræ ipſius Concilii, quas certioris documenti cauſâ huic operi intexam.

## CAP. VIII.

*Epiſtola ſynodica ab Epiſcopis Serdicæ congregatis ad totius orbis Epiſcopos ſcripta.*

SANCTA ſynodus Dei gratia Serdicæ congregata ex urbe Roma, Hiſpania, Gallia, Italia, Campania, Calabria, Africa, Sardinia, Pannonia, Mœſia, Dacia, Dardania, altera Dacia, Macedonia, Theſſalia, Achaia, utraq; Epiro, Thracia, Rodopa: Aſia, Caria, Bithynia, Helleſponto, Phrygia, Pyſidia, Cappadocia, Ponto, altera Phrygia, Cilicia, Pamphylia, Lydia inſulis Cycladibus, Ægypto, Thebaide, Libya, Galatia, Palæſtina, Arabia, omnibus ubique Epiſcopis & comminiſtris Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ, dilectis fratribus in Domino ſalutem. Multa quidem frequenter auſſi ſunt Ariomanitæ, adverſus ſervos Dei qui rectam fidem cuſtodiunt. Nam cùm adulterinam doctrinam ſuppoſuiſſent, Orthodoxos perſequi inſtituerunt. Tantopere denique adverſus fidem inſurrexerunt, ut id latere non potuerit aures Deo chariſſimorum Imperatorum. Itaque opitulante Dei gratia, ipſi quoque Deo chariſſimi Principes, nos ex diverſis provinciis & civitatibus congregarunt, & ſanctam hanc ſynodum in urbe Serdicenſi celebrari permiſerunt: quo tum omnis diſcordia tolleretur, tum omni fidei pravitate expulſa, ſola in Chriſtum pietas apud omnes ubique ſervetur. Venerunt enim Epiſcopi ab Orientis partibus, ipſi quoque à piiſſimis Principibus impulſi, maxime ob ea quæ identidem jactabant de dilectis fratribus & comminiſtris noſtris, Athanaſio ſcilicet Epiſcopo Alexandriæ, Marcello Epiſcopo Ancyræ Galatiæ, & Aſclepa Gazæ. Nam & ad vos forſitan pervenerunt calumniæ: veſtras quoq; aures ipſi forſitan commovere tentarunt, ut iis quidem quæ adverſus innocentes ab ipſis dicuntur crederetis; ipſi vero improbæ ſuæ hæreſeos ſuſpicionem vitarent. Sed non diu hæc illis facere liberum fuit. Eſt enim præſes ac defenſor Eccleſiarum Dominus,

A δικασταῖς καὶ οἱ κατήγοροι. καὶ τοῦτο ἄμεινον διδάσκει τῆς συνόδου τὰ γράμματα, ἃ σαφοῦς ἕνεκα διδασκαλίας ἐνθήσω τῇ συγγραφῇ.

## Κεφ. η'.

Συνοδικὸν ἀπὸ τῶν αὐτόθι συνεληλυθότων ἐπισκόπων πρὸς τοὺς κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐπισκόπους γραφέν.

Ἡ ἁγία σύνοδος ἡ κατὰ θεοῦ χάριν ἐν Σαρδικῇ συναχθεῖσα, ἀπό τε Ῥώμης καὶ Σπανίας καὶ Γαλλίας, Ἰταλίας, Καμπανίας, Καλαβρίας, Ἀφρικῆς, Σαρδανίας, Παννονίας, Μυσίας, B Δακίας, Δαρδανίας, ἄλλης Δακίας, Μακεδονίας, Θεσσαλίας, Ἀχαΐας, Ἠπείρων, Θρᾴκης, Ῥοδόπης, Ἀσίας, Καρίας, Βιθυνίας, Ἑλλησπόντου, Φρυγίας, Πισιδίας, Καππαδοκίας, Πόντου, Φρυγίας ἄλλης, Κιλικίας, Παμφυλίας, Λυδίας, νήσων Κυκλάδων, Αἰγύπτου, Θηβαΐδος, Λιβύης, Γαλατίας, Παλαιστίνης, Ἀραβίας, τοῖς πανταχοῦ ἐπισκόποις καὶ συλλειτουργοῖς τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς ἐν κυρίῳ χαίρειν. πολλὰ μὲν καὶ πολλάκις οἱ Ἀρειομανῖται ἐτόλμησαν κατὰ τῶν δούλων τοῦ θεοῦ τῶν τὴν πίστιν φυλαττόντων τὴν ὀρθήν. νόθον γὰρ ὑποβάλλοντες διδασκαλίαν, C τοὺς ὀρθοδόξους ἐλαύνειν ἐπειράθησαν. τοσοῦτον δὲ λοιπὸν κατεπανέστησαν τῆς πίστεως, ὡς μηδὲ τὴν ἀκοὴν τῶν θεοφιλεστάτων βασιλέων λαθεῖν. τοιγαροῦν τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ συνεργούσης, καὶ αὐτοὶ οἱ θεοφιλέστατοι βασιλεῖς συνήγαγον ἡμᾶς ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν καὶ πόλεων, καὶ τὴν ἁγίαν ταύτην σύνοδον ἐπὶ τὴν Σαρδικησίων πόλιν γενέσθαι δεδώκασιν, ἵνα πᾶσα μὲν διχόνοια περιαιρεθῇ, πάσης δὲ κακοπιστίας ἐξελαθείσης, ἡ εἰς τὸν Χριστὸν εὐσέβεια μόνη παρὰ πᾶσι φυλάττηται. ἦλθον γὰρ ἐπίσκοποι ἀπὸ τῆς ἑῴας, προτραπέντες καὶ αὐτοὶ παρὰ τῶν εὐσε- D βεστάτων βασιλέων, μάλιστα δι' ὅπερ ἐθρύλουν πολλάκις περὶ τῶν ἀγαπητῶν ἀδελφῶν καὶ συλλειτουργῶν ἡμῶν, Ἀθανασίου τοῦ ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρείας, καὶ Μαρκέλλου τοῦ ἐπισκόπου τῆς Ἀγκυρογαλατίας, καὶ Ἀσκληπᾶ τοῦ Γάζης. ἴσως γὰρ καὶ εἰς ὑμᾶς αὐτοὺς ἔφθασαν αἱ διαβολαί, ὡς καὶ τὰς ὑμετέρας ἀκοὰς ἐπεχείρησαν παρασαλεῦσαι, ἵνα κατὰ μὲν τῶν ἀθῴων ἃ λέγουσι πιστευθῇ, τὴν δὲ τῆς μοχθηρᾶς αὐτῶν αἱρέσεως ὑπόνοιαν ἐπικρύψωσιν. ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πολὺ ταῦτα ποιεῖν συνεχωρήθησαν. ἔστι γὰρ προϊστάμενος τῶν ἐκκλησιῶν ὁ κύριος,

ὁ ὑπὲρ τούτων καὶ ὑπὲρ πάντων ἡμῶν θάνατον ὑπομείνας, καὶ δι' αὐτῆς τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον πᾶσιν ἡμῖν δεδωκώς. πάλαι μὲν οὖν ἔγραψαν οἱ περὶ εὐσέβιον καὶ μάριν καὶ θεόδωρον καὶ θεόγνιον, καὶ οὐρσάκιον καὶ οὐάλεντα, καὶ μηνόφαντον, καὶ στέφανον, ἰουλίῳ τῷ συλλειτουργῷ ἡμῶν, τῆς ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐπισκόπῳ κατὰ τῶν προειρημένων συλλειτουργῶν ἡμῶν, λέγομεν δὲ ἀθανασίου τοῦ ἐπισκόπου ἀλεξανδρείας, καὶ μαρκέλλου τοῦ ἐπισκόπου ἀγκύρας γαλατίας, καὶ ἀσκληπᾶ τοῦ γάζης. ἔγραψαν δὲ καὶ οἱ ἀπὸ τῶν ἄλλων μερῶν ἐπίσκοποι, μαρτυροῦντες μὲν ἐπὶ τῇ καθαρότητι τοῦ συλλειτουργοῦ ἡμῶν ἀθανασίου. τὰ δὲ παρὰ τῶν περὶ εὐσέβιον γινόμενα, οὐδὲν ἕτερον ἢ ψεύδη καὶ συκοφαντίας εἶναι μεστά. εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἐκ τοῦ κληθέντας αὐτοὺς τούτους παρὰ τοῦ ἀγαπητοῦ καὶ συλλειτουργοῦ ἡμῶν ἰουλίου μὴ ἀπαντῆσαι, καὶ ἐκ τῶν γραφέντων παρὰ τοῦ αὐτοῦ ἐπισκόπου ἰουλίου, φανερὰ τούτων ἡ συκοφαντία πέφηνεν· ἦλθον γὰρ ἄν, εἴπερ ἐθάρρουν οἷς ἔπραξαν καὶ οἷς πεποιήκασι κατὰ τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν. ὅμως καὶ ἐξ ὧν πεποιήκασιν ἐν ταύτῃ τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, φανερωτέραν τὴν ἑαυτῶν συσκευὴν ἀπέδειξαν. ἀπαντήσαντες γὰρ εἰς τὴν σαρδέων πόλιν, ἰδόντες τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν ἀθανάσιον καὶ μάρκελλον καὶ ἀσκληπᾶν καὶ τοὺς ἄλλους, ἐφοβήθησαν εἰς κρίσιν ἐλθεῖν· καὶ οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δεύτερον, ἀλλὰ καὶ πολλάκις κληθέντες, οὐχ ὑπήκουσαν ταῖς κλήσεσι. καίτοι πάντων τῶν συνελθόντων ἐπισκόπων, μάλιστα τοῦ εὐγηροτάτου ὁσίου, τοῦ καὶ διὰ τὸν χρόνον καὶ διὰ τὴν ὁμολογίαν, καὶ διὰ τὸ τοσοῦτον κάματον ὑπομεμενηκέναι, πάσης τιμῆς τε καὶ αἰδοῦς τυγχάνοντος ἀξίου, ἀναμενόντων καὶ προτρεπομένων αὐτοὺς εἰσελθεῖν εἰς τὴν κρίσιν, ἵνα ἅπερ ἀπόντων τῶν συλλειτουργῶν ἐθρύλλησαν καὶ ἔγραψαν κατ' αὐτῶν, ταῦτα παρόντων ἐλέγξαι δυνηθῶσιν. ἀλλ' οὐκ ἦλθον κληθέντες, καθὼς προείπομεν. δεικνύντες καὶ ἐκ τούτων τὴν συκοφαντίαν αὐτῶν, καὶ μονονουχὶ τὴν ἐπιβουλὴν καὶ τὴν συσκευὴν ἣν πεποιήκασι, βοῶντες διὰ τῆς παραιτήσεως. (οἱ γὰρ θαρροῦντες οἷς λέγουσι, τούτοις καὶ εἰς πρόσωπον συστῆναι δύνανται). ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἀπήντησαν, νομίζομεν λοιπὸν μηδένα ἀγνοεῖν, κἂν ἐκεῖνοι πάλιν κακουργεῖν ἐθελήσωσιν, ὅτι μηδὲν ἔχοντες κατὰ τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν ἐλέγξαι, τούτους μὲν διαβάλλουσιν

A qui pro illis & pro nobis omnibus mortem ſubiit, & aditum nobis in cœlum per ſeipſum tribuit. Olim quidem Euſebius & Maris & Theodorus & Theognius, Urſacius & Valens, Menophantus & Stephanus, litteras ſcripſerunt ad Julium collegam noſtrum Eccleſiæ Romanæ Epiſcopum, adverſus ſupradictos collegas noſtros, Athanaſium ſcilicet Epiſcopum Alexandriæ, Marcellum Epiſcopum Ancyræ Galatiæ, & Aſclepam Gazæ. Scripſerunt vero aliarum quoque regionum Epiſcopi, Athanaſii quidem collegæ noſtri innocentiam teſtimonio ſuo confirmantes: ea vero

B quæ ab Euſebio geſta eſſent, calumniarum ac mendacii plena eſſe aſſeverantes. Et quamvis ex eo quod à dilectiſſimo Julio collega noſtro vocati non adfuerunt, & ex iis quæ ab eodem Epiſcopo Julio ſcripta ſunt, manifeſte patuit ipſorum calumnia: veniſſent enim proculdubio, ſi quam in iis quæ ſcripſerant & quæ geſſerant adverſus collegas noſtros, fiduciam habuiſſent: ex iis tamen quæ in hoc ſancto & magno Concilio geſſere, fraudem ſuam multo manifeſtius detexerunt. Nam cùm in urbem Serdicam adveniſſent, conſpicati fratres noſtros Athanaſium, Mar-

C cellum, Aſclepam & reliquos, in judicium venire ſunt veriti. Et vocati non ſemel atque iterum, ſed ſæpius, citationibus minime obtemperarunt: quamvis univerſi qui convenerant Epiſcopi, ac præcipue felicis ſenectæ Hoſius, qui tum ob ætatis prærogativam, tum ob confeſſionem fidei, tum ob tot ac tantos exantlatos labores, omni honore ac reverentia dignus eſt, ipſos expectarent, hortarenturque ut ad judicium venirent, ut ea quæ adverſus abſentes collegas noſtros ſcripſerant & divulgaverant, ipſis præſentibus poſ-

D ſent convincere. Verum vocati, uti jam dixi, non adfuerunt: calumniam ſuam his quoque factis prodentes, & inſidias ac fraudes quibus uſi fuerant, hac tergiverſatione tantum non proclamantes. Nam qui dictis ſuis confidunt, ii coram adverſariis ſuis ſtare in judicio non verentur. Cùm igitur vocati non adfuerint, memini deinceps obſcurum eſſe arbitramur, eos etiamſi denuo fraudulenter agere velint, tamen cùm nihil habeant, quod adverſus comminiſtros noſtros probare poſſint, obtrectare quidem abſentibus, præſentes autem devitare. Fugerunt

enim, fratres dilectiſſimi, non ſolùm propter calumniam quam adverſus iſtos confinxerant, verum etiam eo quod adveniſſe cernerent, qui ipſis diverſa crimina objiciebant. Ferrum enim & vincula proferebantur. Aderant homines ab exilio reverſi; & ab iis qui in exilio adhuc detinebantur, miſſi quidam comminiſtri noſtri. Aderant cognati atq; amici eorum qui per ipſos fuerant interempti. Et quod graviſſimum eſt, aderant Epiſcopi, quorum unus ferrum & catenas proferebat, quas ipſorum opera geſtarat. Alii vero mortem per calumnias ipſorum illatam teſtabantur. Etenim eo usq; furoris progreſſi ſunt, ut etiam Epiſcopum interficere tentaverint. Adeoque illum interfeciſſent, niſi ex ipſorum manibus effugiſſet. Obiit certe collega noſter beatæ memoriæ Theodulus, cùm eorum calumniam fugeret. Per illorum enim calumniam, juſſus fuerat occidi. Alii gladiorum plagas oſtendebant: alii fame ſe ab illis vexatos querebantur. Atq; hæc teſtabantur, non homines è vulgo, ſed integræ Eccleſiæ. Quarum nomine qui occurrerant & qui legatione fungebantur, milites cum gladiis, turbas populi cum fuſtibus, Judicum minas, falſarum litterarum ſuppoſitiones, certiſſimis documentis probabant. Recitatæ ſunt enim litteræ Theognii ejusque conſortium, adverſus collegas noſtros Athanaſium, Marcellum & Aſclepam ſcriptæ, ut Imperatorum animos in illos concitarent. Et hoc ita eſſe demonſtrarunt ii qui tunc diaconi fuerant Theognii. His addebant virginum denudationes, Eccleſiarum incendia, comminiſtros noſtros in cuſtodiam datos: atque hæc omnia nullam aliam ob cauſam, quam ob infauſtam hæreſin Ariomanitarum. Nam qui communionem eorum recuſabant, iſta perpeti cogebantur. Hæc illi cùm cernerent, in extremas anguſtias redacti erant. Nam cùm facinorum ſuorum ipſos puderet, tamen quia hæc amplius occultari non poterant, ad urbem Serdicam adventarunt, ut adventu ſuo opinionem omnibus afferrent ſe nihil deliquiſſe. At cùm eos vidiſſent quibus calumnias ſtruxerant, & quos variis calamitatibus oppreſſerant; cùm accuſatores & probationes criminum pre oculis haberent, ad Concilium vocati venire noluerunt: quamvis collegæ noſtri Athanaſius, Marcel-

A ἀπόντας, παρόντας δὲ διαφεύγουσιν. ἔφυγον γὰρ ἀγαπητοὶ ἀδελφοί, οὐ μόνον διὰ τὴν κατὰ τούτων συκοφαντίαν, ἀλλ' ὅτι καὶ τοὺς ἐπὶ διαφόροις ἐγκλήμασιν ἐγκαλοῦντας αὐτοῖς ἐθεώρουν ἀπαντήσαντας. δεσμὰ γὰρ ἦν καὶ σίδηρα προσφερόμενα. καὶ ἀπ' ἐξορίας ἐπανελθόντες ἄνθρωποι, καὶ παρὰ τῶν ἐκεῖ κατεχομένων ἐν ἐξορίαις ἐλθόντες, ἦσαν συλλειτουργοί. συγγενεῖς τε καὶ φίλοι τῶν δι' αὐτοὺς ἀποθανόντων παρεγένοντο. καὶ τὸ μέγιστον, ἐπίσκοποι παρῆσαν, ὧν ὁ μὲν τὰ σίδηρα καὶ τὰς κατήνας προσέφερεν; ἃς δι' αὐτοὺς ἐφόρεσεν. οἱ δὲ B τὸν ἐκ τῆς διαβολῆς αὐτῶν θάνατον ἐμαρτύρουν. εἰς τοσοῦτον γὰρ ἔφθασαν ἀπονοίας, ὡς καὶ ἐπίσκοπον ἐπιχειρεῖν ἀνελεῖν. καὶ ἀνεῖλον ἄν, εἰ μὴ ἐξέφυγε τὰς χεῖρας αὐτῶν. ἀνέστη γοῦν ὁ συλλειτουργὸς ἡμῶν ὁ μακαρίτης Θεόδουλος, φεύγων αὐτῶν τὴν διαβολήν. κεκέλευστο γὰρ ἐκ διαβολῆς αὐτῶν ἀποθανεῖν. ἄλλοι δὲ ξιφῶν πληγὰς ἐπεδείκνυντο. ἄλλοι δὲ λιμὸν ὑπομεμενηκέναι παρ' αὐτῶν ἀπωδύροντο. καὶ ταῦτα οὐχ οἱ τυχόντες ἐμαρτύρουν ἄνθρωποι, ἀλλ' ἐκκλησίαι ὅλαι ἦσαν. ὑπὲρ ὧν οἱ ἀπαντήσαντες καὶ οἱ πρεσβεύοντες C ἐδίδασκον, στρατιώτας ξιφήρεις, ὄχλους μετὰ ῥοπάλων, δικαστῶν ἀπειλάς, πλαστῶν γραμμάτων ὑποβολάς. ἀνεγνώσθη γὰρ γράμματα τῶν περὶ Θεόγνιον κατὰ τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν, Ἀθανασίου καὶ Μαρκέλλου καὶ Ἀσκληπᾶ, ἵνα καὶ βασιλέας κατ' αὐτῶν κινήσωσι. καὶ ταῦτα ἤλεγξαν οἱ γενόμενοι τότε διάκονοι Θεογνίου. πρὸς τούτοις παρθένων γυμνώσεις, ἐμπρησμοὺς ἐκκλησιῶν, φυλακὰς κατὰ τῶν συλλειτουργῶν. καὶ ταῦτα πάντα δι' οὐδὲν ἕτερον, ἢ διὰ τὴν δυσώνυμον αἵρεσιν τῶν Ἀρειομανιτῶν. οἱ γὰρ παραι- D τούμενοι τὴν πρὸς τούτους κοινωνίαν, ἀνάγκην εἶχον πειραθῆναι τούτων. ταῦτα τοίνυν συνορῶντες, εἰς στενὸν εἶχον τὰ τῆς προαιρέσεως. αἰσχυνόμενοι γὰρ ἃ δεδράκασι, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἔτι ταῦτα κρύπτεσθαι, ἀπήντησαν εἰς τὴν Σαρδέων πόλιν, ἵνα διὰ τῆς ἀφίξεως, ὑπόνοιαν ὡς μὴ πλημμελήσαντες δόξωσιν ἀποφέρεσθαι. ἰδόντες οὖν τοὺς παρ' αὐτῶν συκοφαντηθέντας, καὶ τοὺς παρ' αὐτῶν παθόντας, τούς τε κατηγόρους, καὶ τοὺς ἐλέγχους πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντες, εἰσελθεῖν οὐκ ἠδύναντο κληθέντες. καίτοι τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν Ἀθανασίου καὶ Μαρ-

κέλλου καὶ Ἀσκληπᾶ, πολλῇ τῇ παῤῥησίᾳ χρωμένων, καὶ ἀποδυρομένων, καὶ ἐπικειμένων καὶ προσκαλουμένων αὐτοὺς, καὶ ἐπαγγελλομένων μὴ μόνον ἐλέγξειν τὴν συκοφαντίαν, ἀλλὰ καὶ δεῖξαι ὅσα κατὰ τῶν ἐκκλησιῶν αὐτῶν ἐπλημμέλησαν. οἱ δὲ τοσούτῳ φόβῳ τοῦ συνειδότος κατεσχέθησαν, ὡς φυγεῖν αὐτοὺς, καὶ διὰ τῆς φυγῆς τὴν συκοφαντίαν αὐτῶν ἐλέγξαι, καὶ ἅπερ ἐπλημμέλησαν διὰ τῶν δρασμῶν ὁμολογῆσαι. εἰ καὶ τὰ μάλιστα τοίνυν οὐ μόνον ἐκ τῶν προτέρων, ἀλλὰ καὶ ἐκ τούτων, ἡ κακοτροπία καὶ ἡ συκοφαντία αὐτῶν δείκνυται, ὅμως ἵνα μηδὲ ἐκ τῆς φυγῆς πρόφασίν τινα ἑτέρας κακουργίας ποιεῖσθαι δυνηθῶσιν, ἐσκεψάμεθα κατὰ τὴν τῆς ἀληθείας λόγον τὰ παρ' ἐκείνων δραματουργηθέντα ἐξετάσαι. καὶ τοῦτο προθέμενοι, εὑρήκαμεν αὐτοὺς ἐκ τῶν πραχθέντων συκοφάντας, καὶ μηδὲν ἕτερον ἢ ἐπιβουλὴν κατὰ τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν πεποιηκότας. ὃν γὰρ ἔλεγον παρὰ Ἀθανασίου πεφονεῦσθαι Ἀρσένιον, οὗτος ζῇ, καὶ ἐν τοῖς ζῶσιν ἐξετάζεται. ἀπὸ δὲ τούτου, καὶ τὰ περὶ τῶν ἄλλων θρυλληθέντα παρ' αὐτῶν φαίνεται πλάσματα. ἐπειδὴ δὲ καὶ περὶ ποτηρίου ἐθρύλλουν ὡς κλασθέντος παρὰ Μακαρίου τοῦ πρεσβυτέρου Ἀθανασίου, ἐμαρτύρησαν μὲν αὐτοῖς οἱ παραγενόμενοι ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ Μαρεώτου καὶ τῶν ἄλλων τόπων, ὅτι μηδὲν τούτων πέπρακται. καὶ οἱ ἐπίσκοποι δὲ γράψαντες οἱ ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου πρὸς Ἰούλιον τὸν συλλειτουργὸν ἡμῶν, ἱκανῶς διεβεβαιοῦντο μηδὲ ὑπόνοιαν ὅλως τοιαύτην γεγενῆσθαι. ἄλλως τε λέγουσιν ὑπομνήματα ἔχειν κατ' αὐτοῦ, ἃ κατὰ μονομέρειαν συνέβη γεγενῆσθαι. καὶ ὅμως καὶ ἐν τοῖς ὑπομνήμασι τούτοις ἐθνικοὶ καὶ κατηχούμενοι ἠρωτῶντο. ἐξ ὧν εἷς κατηχούμενος ἐρωτώμενος, ἔφασκεν ἔνδον εἶναι ὅτε Μακάριος ἐπέστη τῷ τόπῳ. καὶ ἕτερος ἐρωτώμενος ἔλεγε, τὸν θρυλλούμενον παρ' αὐτῶν Ἰσχύραν, νοσοῦντα κατακεῖσθαι ἐν κελλίῳ. ὡς ἀπὸ τούτου φαίνεσθαι, μηδ' ὅλως γεγενῆσθαί τι τῶν μυστηρίων, διὰ τὸ τοὺς κατηχουμένους ἔνδον εἶναι, καὶ τὸν Ἰσχύραν μὴ παρεῖναι, ἀλλὰ νοσοῦντα κατακεῖσθαι. καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ παμπόνηρος Ἰσχύρας, ψευσάμενος ἐπὶ τῷ εἰρηκέναι κεκαυκέναι τὸν Ἀθανάσιον τινὰ τῶν θείων βιβλίων καὶ διαψεύσασθαι, ὡμολόγησε κατ' ἐκεῖνο καιροῦ νοσεῖν ὅτε Μακάριος παρῆν, καὶ κατακεῖσθαι. ὡς καὶ ἐκ τούτου συκοφάντην αὐτὸν δείκνυσθαι. ἀμέλει τῆς συκοφαντίας αὐτῆς μισθὸν

A lus & Aſclepa, magna cum fiducia que-
rerentur & inſtarent, eosque provoca-
rent, ſponderentque ſe non ſolum re-
futaturos eorum calumniam, verum e-
tiam oſtenſuros quot & quantis malis
ipſorum Eccleſias affeciſſent. Illi vero
tanto conſcientiæ ſuæ terrore perculſi
ſunt, ut fugam arripuerint, & calumni-
am ſuam fugiendo prodiderint, & ea
quæ admiſerant ſcelera, fugâ ſuâ con-
feſſi ſint. Porro etſi malitia eorum &
calumnia non ſolum ex præteritis, ve-
rum etiam ex his perſpicue oſtenditur;
tamen ne ex fuga ſua alterius fraudis
anſam arripere poſſint, tragica eorum
B facinora juxta veritatis regulam exa-
minare decrevimus. Quod cùm no-
bis propoſitum eſſet, ex factis ſuis
calumniatores illos eſſe deprehendi-
mus, nihilque aliud quam inſidias ad-
verſus collegas noſtros, ipſos eſſe ma-
chinatos. Nam Arſenius, quem illi
ab Athanaſio occiſum eſſe dicunt, ſu-
pereſt adhuc & inter homines degit.
Ex hoc vero, reliqua omnia quæ de a-
liis vulgarunt, perinde falſa eſſe appa-
ret. Sed quoniam de poculo à Maca-
rio Athanaſii presbytero confracto, ru-
mores ubique diſſeminarunt: ii qui ab
urbe Alexandria & ex Mareote aliis-
que locis huc venerunt, teſtati ſunt
C nihil hujusmodi factum fuiſſe. Epiſco-
pi quoque Ægypti, ſcriptis litteris ad
Julium collegam noſtrum, conſtanter
aſſeverarunt, ne ſuſpicionem quidem
ullam ejus rei exſtitiſſe. Porro monu-
menta actorum quæ adverſus illum ha-
bere ſe dicunt, altera tantum parte præ-
ſente confecta eſſe conſtat. Et tamen
in iis actis Pagani & Catechumeni in-
terrogantur. Unusque ex illis Cate-
chumenis interrogatus reſpondit, ſe in-
tus fuiſſe tunc, cùm Macarius eo adve-
nit. Alius vero interrogatus dixit,
D Iſchyram illum tantopere ab ipſis de-
cantatum, tunc ægrum in cella decu-
buiſſe. Ex quo apparet, nihil ſolenni-
um myſteriorum eo tempore fuiſſe ce-
lebratum, cùm Catechumeni intus eſ-
ſent, & Iſchyras non adeſſet, ſed æger
decumberet. Nam & ipſe ſceleratiſ-
ſimus Iſchyras, qui mentitus erat di-
cendo, Athanaſium ſacros quoſdam
libros combuſſiſſe, ejusque rei convi-
ctum eſſe, confeſſus eſt ægrotaſſe ſe &
in lecto jacuiſſe tunc, cùm Macarius ad-
fuit: adeo ut ex hoc quoque appare-
at, illum revera calumniatorem eſſe.
Et tamen huic ipſi Iſchyræ, calumniæ

iſtius mercedem dederunt nomen Epiſcopi, qui tamen ne presbyter quidem erat. Duo enim presbyteri, qui olim quidem cum Meletio fuerant, poſtea vero à beato Alexandro Epiſcopo Alexandriæ ſuſcepti ſunt, & nunc cum Athanaſio verſantur, ad Concilium venientes teſtati ſunt, nunquam illum fuiſſe presbyterum, nec Meletium Eccleſiam ullam aut miniſtrum in Mareote unquam habuiſſe. Et hunc tamen, qui ne presbyter quidem eſt, Epiſcopum nunc promoverunt, ut hujus nominis titulo auditorum animos inter calumniandum percellant. Lectus eſt etiam liber Marcelli collegæ noſtri, & fraus Euſebianorum deprehenſa eſt. Quæ enim Marcellus dixerat tanquam quæſtionem proponens, ea tanquam ab illo aſſerta calumniati ſunt. Recitata igitur ſunt iſta, & ea quæ poſt quæſtiones propoſitas & quæ ante illas dixerat; & recta viri illius fides inventa eſt. Nam neque à ſanctæ Mariæ partu, ſicut illi affirmant, verbo Dei initium tribuit; nec regnum ejus finem habiturum eſſe dixit: immò regnum illius & principii expers & interminatum eſſe ſcripſit. Aſclepas quoque collega noſter protulit acta, quæ Antiochiæ confecta fuerant præſentibus ipſius accuſatoribus, & Euſebio Epiſcopo Cæſarienſi: & ex ſententiis Epiſcoporum qui huic judicio præfuerunt, ſe innocentem eſſe demonſtravit. Non igitur ſine cauſa fratres chariſſimi, iſti crebro vocati non obtemperarunt; non ſine cauſa fugam arripuerunt. Etenim conſcientia ſcelerum ſuorum exagitati, ſuas ipſorum calumnias fuga confirmarunt, effeceruntque ut fides iis haberetur quæ præſentes accuſatores contra ipſos dixerant ac probaverant. Præter hæc omnia, eos etiam qui ob Arianam hæreſin olim accuſati atq; ejecti fuerant, ipſi non ſolum ſuſceperunt, verum etiam ad altiorem gradum promoverunt: Diaconos quidem ad honorem Presbyterii; Presbyteros vero qui depoſiti fuerant, ad Epiſcopatus dignitatem extollentes: non alio conſilio, quàm ut impietatem quidem ſuam diſſeminare ac propagare, piam autem fidem corrumpere poſſent. Horum autem duces ac principes poſt Euſebium nunc ſunt, Theodorus Heracleæ, Narciſſus à Neroniade Ciliciæ, Stephanus Antiochiæ, Georgius Laodiceæ, Acacius à Cæſarea Palæſtinæ,

A τοῦ ἰσχυρᾶ δεδώκασιν ἐπισκόπου ὄνομα, τῷ μηδὲ πρεσβυτέρῳ τυγχάνοντι. ἀπαντήσαντες γὰρ δύο πρεσβύτεροι, οἱ σὺν μελετίῳ ποτὲ γενόμενοι, ὕστερον δὲ παρὰ τοῦ μακαρίου ἀλεξάνδρου τοῦ γενομένου ἐπισκόπου ἀλεξανδρείας προσδεχθέντες, οἱ καὶ σὺν ἀθανασίῳ ὄντες, ἐμαρτύρησαν μηδέποτε τοῦτον πρεσβύτερον γεγενῆσθαι, μηδ' ὅλως ἐσχηκέναι μελέτιον εἰς τὸν μαρεώτην ἐκκλησίαν ἢ λειτουργόν. καὶ ὅμως τὸν μηδὲ πρεσβύτερον τυγχάνοντα, νῦν ἐπίσκοπον προήγαγον, ἵνα τῷ ὀνόματι τούτῳ δόξωσιν ἐπὶ τῆς συκοφαντίας καταπλήττειν τοὺς ἀ-
B κούοντας. ἀνεγνώσθη δὲ καὶ τὸ σύγγραμμα τοῦ συλλειτουργοῦ ἡμῶν μαρκέλλου, καὶ εὑρέθη τῶν περὶ εὐσέβιον ἡ κακοτεχνία. ἃ γὰρ ὡς ζητῶν ὁ μάρκελλος εἴρηκε, ταῦτ' ὡς ὁμολογούμενα διαβεβλήκασιν. ἀνεγνώσθη οὖν ταῦτα, καὶ τὰ ἑξῆς καὶ τὰ πρὸ αὐτῶν τῶν ζητημάτων, καὶ ὀρθὴ ἡ πίστις τοῦ ἀνδρὸς εὑρέθη. οὔτε γὰρ ἀπὸ τῆς ἁγίας μαρίας, ὡς αὐτοὶ διεβεβαιώσαντο, ἀρχὴν ἐδίδου τῷ θεῷ λόγῳ, οὔτε τέλος ἔχειν τὴν βασιλείαν αὐτοῦ. ἀλλὰ καὶ τὴν βασιλείαν ἄναρχον καὶ ἀκατάπαυστον εἶναι τὴν τούτου ἔγραψε. καὶ ἀσκληπᾶς δὲ ὁ συλλειτουργὸς προσή-
C νεγκεν ὑπομνήματα γεγενημένα ἐν ἀντιοχείᾳ, παρόντων καὶ τῶν κατηγόρων καὶ εὐσεβίου τοῦ ἀπὸ καισαρείας. καὶ ἐκ τῶν ἀποφάσεων τῶν δικασάντων ἐπισκόπων ἔδειξεν ἑαυτὸν ἀθῷον εἶναι. εἰκότως οὖν ἀδελφοὶ ἀγαπητοί, καλούμενοι πολλάκις οὐχ ὑπακούουσιν· εἰκότως ἔφυγον, ὑπὸ γὰρ τοῦ συνειδότος ἐλαυνόμενοι, φυγῇ τὰς ἑαυτῶν συκοφαντίας ἐβεβαίωσαν, καὶ πιστευθῆναι τὰ κατ' αὐτῶν πεποιήκασιν, ἅπερ παρόντες οἱ κατηγοροῦντες ἔλεγον καὶ ἐπεδείκνυντο. ἔτι τοίνυν πρὸς τούτοις πᾶσι
D καὶ τοὺς πάλαι κατηγορηθέντας καὶ ἐκβληθέντας διὰ τὴν ἀρείου αἵρεσιν, οὐ μόνον ἐδέξαντο, ἀλλὰ καὶ εἰς μείζονα βαθμὸν προήγαγον· διακόνους μὲν εἰς πρεσβυτέριον, ἀπὸ δὲ πρεσβυτέρων εἰς ἐπισκοπήν. δι' οὐδὲν ἕτερον ἢ ἵνα τὴν ἀσέβειαν διασπεῖραι καὶ πλατῦναι δυνηθῶσι. καὶ τὴν εὐσεβῆ διαφθείρωσι πίστιν. εἰσὶ δὲ τούτων μετὰ τοὺς περὶ εὐσέβιον νῦν ἔξαρχοι, θεόδωρος ἀπὸ ἡρακλείας, νάρκισσος ἀπὸ νερωνιάδος τῆς κιλικίας, στέφανος ἀπὸ ἀντιοχείας, γεώργιος ἀπὸ λαοδικείας, ἀκάκιος ἀπὸ καισαρείας τῆς παλαιστίνης, μηνόφαντος

ἀπὸ ἐφέσου τῆς ἀσίας, οὐρσάκιος ἀπὸ συγγιδόνου τῆς μυσίας, οὐάλης ἀπὸ μυρσοῦ τῆς παννονίας. καὶ γὰρ οὗτοι τοῖς σὺν αὐτοῖς ἐλθοῦσιν ἀπὸ τῆς ἑώας οὐκ ἐπέτρεπον, οὔτε εἰς τὴν ἁγίαν σύνοδον ἐλθεῖν, οὔτε ὅλως εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ παραβαλεῖν συνεχώρησαν. καὶ ἐρχόμενοι δὲ εἰς τὴν σαρδικὴν, κατὰ τόπους συνόδους ἐποιοῦντο πρὸς ἑαυτοὺς καὶ συνθήκας μετὰ ἀπειλῶν, ὥστε ἐλθόντας αὐτοὺς εἰς τὴν σαρδικὴν, μηδ᾽ ὅλως εἰς τὴν κρίσιν ἐλθεῖν, μήτε ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνελθεῖν τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, ἀλλὰ μόνον ἐλθόντας καὶ ἐπὶ ἀφοσιώσει τὴν ἑαυτῶν ἐπιδημίαν ἐπιδειξαμένους, ταχέως φυγεῖν. ταῦτα γὰρ γνῶναι δεδυνήμεθα παρὰ τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν μακαρίου, ἀπὸ παλαιστίνης, καὶ ἀστερίου ἀπὸ ἀραβίας, τῶν ἐλθόντων σὺν αὐτοῖς, καὶ ἀναχωρησάντων ἀπὸ τῆς ἀπιστίας αὐτῶν. οὗτοι γὰρ ἐλθόντες εἰς τὴν ἁγίαν σύνοδον, τὴν μὲν βίαν ἣν ἔπαθον ἀπωδύροντο· οὐδὲν δὲ παρ᾽ αὐτοῖς ὀρθὸν ἔλεγον πράττεσθαι· προστιθέντες καὶ τοῦτο, ὡς ἄρα εἶεν ἐκεῖ πολλοὶ τῆς ὀρθῆς ἀντιποιούμενοι δόξης, καὶ κωλυόμενοι ὑπ᾽ αὐτῶν ἐλθεῖν ἐνταῦθα, καὶ διὰ τὸ ἀπειλεῖν καὶ ἐντέλλεσθαι κατὰ τῶν βουλομένων ἀναχωρεῖν ἀπ᾽ αὐτῶν. τούτου γοῦν ἕνεκα καὶ ἐν ἑνὶ οἴκῳ πάντες μεῖναι ἐσπούδασαν, μηδὲ τὸ βραχύτατον ἰδιάζειν αὐτοῖς ἐπιτρέψαντες. ἐπεὶ οὖν οὐκ ἔδει παρασιωπῆσαι, οὐδὲ ἀνεκδικήτους ἐᾶσαι τὰς συκοφαντίας, τὰ δεσμὰ, τοὺς φόνους, τὰς πληγὰς, τὰς διὰ τῶν πλαστῶν ἐπιστολῶν συσκευὰς, τὰς αἰκίας, τὰς γυμνώσεις τῶν παρθένων, τὰς ἐξορίας, τὰς καταλύσεις τῶν ἐκκλησιῶν, τοὺς ἐμπρησμοὺς, τὰς μεταθέσεις ἀπὸ μικρῶν πόλεων εἰς μείζονας παροικίας, καὶ πρό γε πάντων τὴν κατὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως νῦν ἐπαναστᾶσαν δυσώνυμον ἀρειανὴν αἵρεσιν δι᾽ αὐτῶν· τούτου γοῦν ἕνεκεν τοὺς μὲν ἀγαπητοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν καὶ συλλειτουργοὺς, ἀθανάσιον τὸν τῆς ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον, καὶ μάρκελλον τὸν τῆς ἀγκυρογαλατίας, καὶ ἀσκληπᾶν τὸν γάζης, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς συλλειτουργοῦντας τῷ κυρίῳ, ἀθώους καὶ καθαροὺς εἶναι ἀπεφηνάμεθα, γράψαντες καὶ εἰς τὴν ἑκάστου παροικίαν, ὥστε γινώσκειν ἑκάστης ἐκκλησίας τοὺς λαοὺς τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου τὴν καθαρότητα. καὶ τοῦτον μὲν ἔχειν ἐπίσκοπον καὶ προσδοκᾶν. τοὺς δὲ εἰς τὰς ἐκκλησίας αὐτῶν ἐπελθόντας δίκην λύκων, γρηγόριον τὸν ἐν ἀλεξανδρείᾳ, βασίλειον τὸν ἐν ἀγκύρᾳ, καὶ κυντιανὸν τὸν ἐν γάζῃ, τούτους μηδὲ ἐπισκόπους ὀνομάζειν μηδὲ

A Menophantus ab Epheſo Aſiæ, Urſacius à Singiduno Mœſiæ, Valens à Murſa Pannoniæ. Iſti enim eos qui ſecum ab Orientis partibus venerant, nequaquam paſſi ſunt ad ſacroſanctum Concilium accedere, nec in Eccleſiam Dei introire ullatenus permiſerunt. Et cùm Serdicam venirent, ſynodos certis in locis & pacta inter ſe fecerunt, adjectis comminationibus, ut cùm Serdicam veniſſent, nec omnino ad judicium accederent, nec ſimul & in eundem locum cum ſacroſancta ſynodo convenirent: ſed ut poſtquam urbem ingreſſi eſſent, ac dicis causâ præſentiam ſuam tantummodo oſtendiſſent,
B ſtatim ſe fuga proriperent. Hæc enim ad notitiam noſtram perlata ſunt per collegas noſtros, Macarium Palæſtinæ & Aſterium Arabiæ Epiſcopos, qui cum ipſis quidem advenerunt, ſed ab ipſorum perfidia receſſerunt. Hi cùm ad ſanctam Synodum veniſſent, & vim, quam paſſi fuerant, conqueſti ſunt: & nihil rectè atque ordine apud illos geri affirmarunt: illud quoque adjicientes, multos illic eſſe, qui rectam fidem retineant, ſed prohiberi ab illis ne huc veniant, partim pollicitationibus, partim minis ad-
C verſus eos qui ab ipſorum partibus vellent recedere. Hujus rei cauſa omnes in una domo ſimul manere ſtuduerunt, ne modico quidem tempore cuiquam permittentes privatim degere. Igitur quoniam ſilentio involvere, & indictas præterire non oportuit calumnias, cædes, vincula, verbera, falſarum epiſtolarum inſidias, contumelias, virginum denudationes, exilia, Eccleſiarum everſiones, incendia, translationes à minoribus civitatibus ad majores Eccleſias; & quod omnium maximum eſt, infauſtam Arii hæreſin nunc adverſus
D rectam fidem ab ipſis excitatam: idcirco dilectos quidem fratres & collegas noſtros, Athanaſium Epiſcopum Alexandriæ, Marcellum Epiſcopum Ancyræ Galatiæ, Aſclepam Gazæ, & eos qui cum illis miniſtri ſunt Domini, innocentes ac puros eſſe pronuntiavimus: ſcriptis litteris ad uniuſcujuſq; Eccleſiam, ut cujuſq; Eccleſiæ populus innocentiam Epiſcopi ſui cognoſcat: & hūc quidem habeat atq; expectet Epiſcopū: eos vero qui luporum inſtar in eorum Eccleſias invaſerunt; Gregorium ſcil. Alexandriæ, Baſilium Ancyræ, & Quintianum Gazæ, nec Epiſcopos omnino

nec Chriſtianos appellent; nec cum iis ullam habeant communionem: & neque litteras ab illis accipiant, neque ad illos ſcribant. Theodorum vero ab Heraclea Europæ, Narciſſum à Neroniade Ciliciæ, Acacium à Cæſarea Palæſtinæ, Stephanum Antiochiæ, Urſacium à Singiduno Mœſiæ, & Valentem à Murſa Pannoniæ, Menophantum Epheſi, & Georgium Laodiceæ, etſi is metu perculſus ab Oriente non venit, tamen quia à beato Alexandro Alexandrinæ quondam Epiſcopo depoſitus eſt, & quoniam tum ipſe, tum ſupradicti omnes, Arii veſaniam ſectantur; ob varia denique crimina quæ illis objecta ſunt, eos ſancta Synodus communi omnium conſenſu ab Epiſcopatu depoſuit. Eosq; non ſolum Epiſcopos non eſſe decrevimus, ſed ne communione quidem fidelium dignos eſſe habendos. Nam qui à Patris ſubſtantia & deitate Filium ſeparant, & qui Verbum extraneum faciunt à Genitore, hos ab Eccleſia Catholica ſeparari convenit, & à Chriſtianorum nomine alienos cenſeri. Sint igitur vobis nobiſque omnibus anathema, eo quod verbum veritatis adulteraverint. Apoſtolicum enim præceptum eſt: Si quis vobis evangelizaverit præter id quod accepiſtis, anathema ſit. Cum his ut nemo communicet præcipite. Nulla enim communio eſt luci cum tenebris. Hos omnes procul à vobis amovete: nulla eſt enim conſenſio Chriſto cum Belial. Cavete fratres dilectiſſimi, ne ad illos ſcribatis, neve ab illis litteras accipiatis. Curate potius chariſſimi fratres & comminiſtri, ut vos quoque tanquam ſpiritu præſentes, ſynodo noſtræ conſentiatis, & ſubſcriptione veſtra ſuffragemini, ut ab omnibus ubique comminiſtris noſtris unanimis concordia ſervetur. Abdicamus porro, & extorres ab Eccleſia catholica pronuntiamus eos qui affirmant, Chriſtum quidem eſſe Deum, ſed verum Deum non eſſe: & Filium quidem eſſe, ſed non eſſe verum Filium: cumque genitum eſſe ſimul ac factum. Sic enim ſe intelligere genitum profitentur, quia ita dixerunt, id quod genitum eſt, factum eſt. Et ſic cùm Chriſtus ſit ante ſecula, principium ei tribuunt & finem; quod tamen non in tempore habet, ſed ante omnia tempora. Nuper vero duæ vi-

A χριστιανούς, μηδὲ ὅλως κοινωνίαν τινὰ πρὸς αὐτοὺς ἔχειν, μηδὲ δέχεσθαί τινα παρ' αὐτῶν γράμματα, μήτε γράφειν πρὸς αὐτούς. τοὺς δὲ περὶ θεόδωρον τὸν ἀπὸ ἡρακλείας τῆς εὐρώπης, καὶ νάρκισσον τὸν ἀπὸ νερωνιάδος τῆς κιλικίας, ἀκάκιον τὸν ἀπὸ καισαρείας τῆς παλαιστίνης, καὶ στέφανον ἀπὸ ἀντιοχείας, καὶ οὐρσάκιον ἀπὸ συγγιδόνου τῆς μυσίας, καὶ οὐάλεντα τὸν ἀπὸ μυρσῶν τῆς παννονίας, καὶ μηνόφαντον τὸν ἀπὸ ἐφέσου, καὶ γεώργιον τὸν ἀπὸ λαοδικείας, εἰ καὶ φοβηθέντες μὴ παρεγένοντο ἀπὸ τῆς ἑῴας, ὅμως διὰ τὸ ἀπὸ τοῦ μακαρίου ἀλεξάνδρου τοῦ γενομένου ἐπισκόπου

B ἀλεξανδρείας καθῃρῆσθαι αὐτούς, καὶ διὰ τὸ καὶ τούτους σὺν αὐτοῖς τῆς ἀρείου μανίας εἶναι, καὶ διὰ τὰ ἐπενεχθέντα αὐτοῖς ἐγκλήματα, τούτους παμψηφεὶ καθεῖλεν ἡ ἁγία σύνοδος ἀπὸ τῆς ἐπισκοπῆς. καὶ ἐκρίναμεν μὴ μόνον αὐτοὺς ἐπισκόπους μὴ εἶναι, ἀλλὰ μηδὲ κοινωνίας μετὰ τῶν πιστῶν αὐτοὺς καταξιοῦσθαι. τοὺς γὰρ χωρίζοντας τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας καὶ θεότητος τὸν υἱὸν, καὶ ἀπαλλοτριοῦντας τὸν λόγον ἀπὸ τοῦ πατρὸς, χωρίζεσθαι ἀπὸ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας προσήκει, καὶ ἀλλοτρίους εἶναι τοῦ χριστιανῶν ὀνόματος. ἔστω-

C σαν τοίνυν ὑμῖν καὶ πᾶσιν ἀνάθεμα, διὰ τὸ κεκαπηλευκέναι αὐτοὺς τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. ἀποστολικὸν γάρ ἐστι παράγγελμα, εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. τούτοις μηδένα κοινωνεῖν παραγγείλατε. οὐδεμία γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος. τούτους πάντας μακρὰν ποιεῖτε. οὐδεμία γὰρ συμφωνία χριστῷ πρὸς βελίαρ. καὶ φυλάξασθε, ἀδελφοὶ ἀγαπητοὶ, μήτε γράφειν πρὸς αὐτοὺς, μήτε γράμματα παρ' αὐτῶν δέχεσθαι. σπουδάσατε δὲ καὶ ὑμεῖς ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ καὶ συλλει-

D τουργοὶ, ὡς τῷ πνεύματι παρόντες, τῇ συνόδῳ ἡμῶν συναινέσαι. ψηφίσασθε διὰ ὑπογραφῆς ὑμετέρας, ὑπὲρ τοῦ παρὰ πάντων τῶν ἁπανταχοῦ συλλειτουργῶν ἡμῶν ὁμοφωνίαν διασώζεσθαι. ἀποκηρύττομεν δὲ ἐκείνους καὶ ἐξορίζομεν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, τοὺς διαβεβαιουμένους, ὅτι θεός ἐστιν ὁ χριστὸς δηλονότι, ἀλλὰ μὴν ἀληθινὸς θεὸς οὐκ ἔστιν· ὅτι υἱός ἐστι, ἀλλὰ ἀληθινὸς υἱὸς οὐκ ἔστιν· ὅτι γεννητός ἐστιν ἅμα καὶ ἀγέννητος. οὕτως γὰρ ἑαυτοὺς νοεῖν τὸν γεγεννημένον ὁμολογοῦσιν, ὅτι οὕτως εἶπον τὸ γεγεννημένον ἐστί· καὶ ὅτι τοῦ χριστοῦ πρὸ αἰώνων ὄντος, διδόασιν αὐτῷ ἀρχὴν καὶ τέλος, ὅπερ οὐκ ἐν καιρῷ,

ἀλλὰ

ἀλλὰ πρὸ παντὸς χρόνου ἔχει. καὶ ὑπόγυιον δὲ A
δύο ἔχεις ἀπὸ τῆς ἀσπίδος τῆς ἀρειανῆς ἐγεννήθη-
σαν, οὐάλης καὶ οὐρσάκιος. οἵτινες καυχῶνται καὶ
οὐκ ἀμφιβάλλουσι λέγοντες ἑαυτοὺς χριστιανοὺς
εἶναι, καὶ ὅτι ὁ λόγος καὶ ὅτι τὸ πνεῦμα, καὶ ἐσταυ-
ρώθη καὶ ἐσφάγη καὶ ἀπέθανεν καὶ ἀνέστη. καὶ ὅτι
περ τὸ τῶν αἱρετικῶν σύστημα φιλονεικεῖ, δια-
φόρους εἶναι τὰς ὑποστάσεις τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ
καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ εἶναι κεχωρισμένας.
ἡμεῖς δὲ ταύτην παρειλήφαμεν καὶ δεδιδάγ-
μεθα, καὶ ταύτην ἔχομεν τὴν καθολικὴν καὶ ἀπο-
στολικὴν παράδοσιν καὶ πίστιν καὶ ὁμολογίαν, μίαν
εἶναι ὑπόστασιν, ἣν αὐτοὶ οἱ αἱρετικοὶ οὐσίαν προσ- B
αγορεύουσι, τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύ-
ματος. καὶ εἰ ζητοῖεν, τίς τοῦ υἱοῦ ἡ ὑπόστασίς ἐστιν;
ὁμολογοῦμεν ὡς αὕτη ἦν ἡ μόνη τοῦ πατρὸς ὁ-
μολογουμένη. μηδέποτε πατέρα χωρὶς υἱοῦ,
μηδὲ υἱὸν χωρὶς πατρὸς γεγενῆσθαι, μηδὲ εἶναι
δύνασθαι. ὅ ἐστι λόγος πνεῦμα, οὐκ ἔχων. ἀτοπώ-
τατον γάρ ἐστι λέγειν ποτὲ πατέρα γεγενῆσθαι
χωρὶς υἱοῦ μήτε ὀνομάζεσθαι, μήτε εἶναι δύ-
νασθαι, ἐστὶ αὐτοῦ μαρτυρία τοῦ υἱοῦ, λέγουσα, ἐγὼ
ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί. καὶ ἐγὼ καὶ ὁ πα-
τὴρ ἕν ἐσμεν. οὐδεὶς ἡμῶν ἀρνεῖται τὸν γεγεννη-
μένον, ἀλλὰ γεγεννημένον πρὸ πάντων, ἅπερ
ἀόρατα καὶ ὁρατὰ προσαγορεύεται. ποιητὴν καὶ C
τεχνίτην καὶ ἀρχαγγέλων καὶ ἀγγέλων, καὶ κόσμου,
καὶ τοῦ ἀνθρωπίνου γένους. ὅτι φησὶν, ἡ πάντων
τεχνῖτις ἐδίδαξέ με σοφία. καὶ πάντα δι᾽ αὐτοῦ
ἐγένετο. οὐ πάντοτε γὰρ εἶναι ἠδύνατο, εἰ ἀρχὴν
ἔλαβεν, ὅτι ὁ πάντοτε ὢν, ἀρχὴν οὐκ ἔχει λόγος.
θεὸς δὲ οὐδέποτε ὑπομένει τέλος. οὐ λέγομεν τὸν
πατέρα υἱὸν εἶναι, οὐδὲ πάλιν τὸν υἱὸν πατέρα
εἶναι. ἀλλ᾽ ὁ πατὴρ, πατήρ ἐστι. καὶ ὁ υἱὸς, πατρὸς
υἱός ἐστιν. ὁμολογοῦμεν δύναμιν εἶναι τοῦ πα-
τρὸς τὸν υἱόν. ὁμολογοῦμεν τὸν λόγον θεοῦ πα-
τρὸς εἶναι υἱὸν παρ᾽ ὃν ἕτερος οὐκ ἔστιν. καὶ τὸν λό-
γον ἀληθῆ θεὸν, καὶ σοφίαν, καὶ δύναμιν· ἀλη- D
θῆ δὲ υἱὸν παραδιδόαμεν, ἀλλ᾽ οὐχ ὥσπερ οἱ
λοιποὶ υἱοὶ προσαγορεύονται, τὸν υἱὸν λέγομεν.
ὅτι ἐκεῖνοι ἢ διὰ τοῦτο θεοί εἰσιν τοῦ ἀναγεννᾶσθαι
χάριν, ἢ διὰ τὸ καταξιωθῆναι υἱοὶ προσαγο-
ρεύονται, οὐ διὰ τὴν μίαν ὑπόστασιν, ἥτις ἐστὶ
τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ. ὁμολογοῦμεν μονογενῆ
καὶ πρωτότοκον. ἀλλὰ μονογενῆ τὸν λόγον, ὃς
πάντοτε ἦν καὶ ἔστιν ἐν τῷ πατρί. τὸ πρωτότοκος
δὲ τῷ ἀνθρώπῳ. διαφέρει δὲ τῇ καινῇ κτίσει, ὅτι

A peræ ex Ariana aſpide prodierunt, Valens & Urſacius. Qui gloriantur, nec dubitant ſe Chriſtianos dicere, aſſerentes Verbum & Spiritum crucifixum eſſe & occiſum & à mortuis ſurrexiſſe: & quod hæreticorum factio pertinaciter aſſeverat, Patris ac Filii & Spiritus Sancti diverſas eſſe hypoſtaſes, & à ſe invicem ſeparatas. Nos vero hanc à majoribus accepimus ac didicimus, & hanc tenemus catholicam atque Apoſtolicam traditionem & fidem ac profeſſionem, unam eſſe hypoſtaſin quam ipſi hæretici ſubſtantiam appellant, Patris ac Filii ac Spiritus Sancti. Et ſi quæ-
B rant, quænam ſit hypoſtaſis Filii, profitemur eam eſſe quæ omnium conſenſu ſola eſt Patris: nunquam Patrem ſine Filio, nec Filium ſine Patre fuiſſe, nec eſſe poſſe. Abſurdiſſimum enim eſt dicere, Patrem aliquando fuiſſe ſine Filio. Alterum enim ſine altero nec nominari, nec eſſe poſſe, ipſius Filii teſtimonium eſt, dicentis: Ego in Patre & Pater in me. Et rurſus: Ego & Pater unum ſumus. Nemo noſtrum negat genitum, ſed genitum dicimus ante omnia quæ viſibilia & inviſibilia dicuntur: conditorem atq; opificem Angelorum & Archangelorum, mundique totius ac generis humani. Ait enim Scriptura: Omnium artifex Sapientia
C docuit me. Et alibi: Omnia per ipſum facta ſunt. Jam quod ſemper eſt Verbum, initium non habet. Non enim ſemper eſſe potuiſſet, ſi ſumpſiſſet exordium. Deus autem nunquam finem admittit. Non dicimus, Patrem eſſe Filium, nec rurſus Filium eſſe Patrem. Verum Pater eſt Pater Filii; & Filius eſt Patris Filius. Confitemur Filium eſſe virtutem Patris. Confitemur illum eſſe Verbum Dei Patris, præter quod nullum eſt aliud: & Verbum verum Deum, & ſapientiam ac virtutem eſſe. Verum autem Filium eſſe tradimus, non ſicut alii Filii appellantur.
D Nam hi quidem aut regenerationis cauſa Dii dicuntur, aut eo quod digni habiti fuerint, Filii nuncupantur: non autem ob unam ſubſtantiam quæ eſt Patris & Filii. Eundem confitemur Unigenitum eſſe ac Primogenitum. Sed unigenitum quidem, Verbum quod ſemper fuit & eſt in Patre: primogenitum vero, ob naturam humanam. Præcellit tamen nova creatione, quia primogenitus eſt etiam ex mortuis. Confitemur unum eſſe Deum, unam-

que eſſe Patris ac Filii Deitatem. Nec quiſquam negat Patrem Filio majorem eſſe, non propter aliam hypoſtaſin, aut aliam differentiam; ſed quia ipſum Patris nomen majus eſt vocabulo Filii. Porro impia ac perverſa eſt eorum interpretatio: qui à Domino dictum eſſe contendunt, Ego & Pater unum ſumus: propter conſenſum atque concordiam. Omnes vero quotquot ſumus catholici, ſtultam ac deplorandam illorum ſententiam damnavimus. Quemadmodum enim homines mortales, ubi offendere ſe mutuo ac rixari cœperint, diſſidere inter ſe ſolent, & rurſus in gratiam redire, ita diſſidium ac diſcordiam inter omnipotentem Deum Patrem ac Filium intercedere poſſe dicunt: quod quidem ſuſpicari duntaxat aut cogitare abſurdiſſimum eſt. Nos vero & credimus & affirmamus atque ita ſentimus, ſacrum illud oraculum: Ego & Pater unum ſumus, dictum eſſe ob unitatem ſubſtantiæ quæ una eademque eſt Patris ac Filii. Illud etiam credimus, hunc ſemper ſine ullo principio ac fine cum Patre regnare: & regnum ejus nec tempus habere quo definiatur, nec unquam deſinere. Quod enim ſemper eſt, id nec cœpit unquam eſſe, nec deſinere aliquando poteſt. Credimus item & comprehendimus Paracletum Spiritum Sanctum, quem ipſe Dominus & pollicitus eſt & miſit: & eum credimus miſſum. Is vero paſſus non eſt, ſed homo quem induit & quem aſſumpſit Chriſtus ex Maria virgine: qui pati poteſt. Homo enim morti obnoxius eſt; Deus vero immortalis. Credimus die tertia reſurrexiſſe, non Deum in homine, ſed hominem in Deo. Quem quidem donum obtulit Patri ſuo: quem à peccato & à corruptione liberavit. Credimus item eum opportuno ac definito tempore, cunctos de cunctis rebus judicaturum eſſe. Tanta vero eſt illorum amentia: tamque denſis tenebris mens ipſorum offunditur, ut lucem veritatis intueri non poſſint. Non intelligunt, qua ratione dictum ſit à Domino: ut & illi in nobis unum ſint. Atqui palam eſt, cur unum dixerit. Nam Apoſtoli Sanctum Dei Spiritum acceperant: Sed tamen ipſi non erant Spiritus: nec ullus eorum Verbum erat, nec ſapientia aut virtus, nec Unigenitus. Sicut ego, inquit, & tu unum

A καὶ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν. ὁμολογοῦμεν ἕνα εἶναι θεόν. ὁμολογοῦμεν μίαν πατρὸς καὶ υἱοῦ θεότητα. οὐδέ τις ἀρνεῖται ποτὲ τὸν πατέρα τοῦ υἱοῦ μείζονα, οὐ δι' ἄλλην ὑπόστασιν, οὐ δι' ἄλλην διαφοράν, ἀλλ' ὅτι αὐτὸ τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς μεῖζον ἐστὶ τοῦ υἱοῦ. αὕτη δὲ αὐτῶν ἡ βλάσφημος καὶ διεφθαρμένη ἑρμηνεία, τούτου ἕνεκα εἰρηκέναι αὐτὸν φιλονεικοῦσιν, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, διὰ τὴν συμφωνίαν καὶ τὴν ὁμόνοιαν. κατέγνωμεν δὲ πάντες οἱ καθολικοὶ τῆς μωρᾶς καὶ οἰκτρᾶς αὐτῶν διανοίας. καὶ ὥσπερ γὰρ οἱ ἄν-
B θρωποι θνητοί, ἐπειδὴ διαφέρεσθαι ἤρξαντο προσκεκρουκότες διχονοοῦσι, καὶ εἰς διαλλαγὴν ἐπάνεισιν. οὕτως διάστασις καὶ διχόνοια μεταξὺ πατρὸς θεοῦ παντοκράτορος καὶ τοῦ υἱοῦ δύνασθαι εἶναι λέγουσιν, ὅπερ ἀτοπώτατον καὶ ὑπονοῆσαι καὶ ὑπολαβεῖν. ἡμεῖς δὲ καὶ πιστεύομεν καὶ διαβεβαιούμεθα καὶ οὕτω νοοῦμεν, ὅτι ἡ ἱερὰ φωνὴ ἐλάλησεν, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, καὶ διὰ τὴν τῆς ὑποστάσεως ἑνότητα, ἥτις ἐστὶ μία τοῦ πατρὸς καὶ μία τοῦ υἱοῦ. καὶ τοῦτο δὲ πιστεύομεν πάντοτε, ἀνάρχως καὶ ἀτελευτήτως τοῦτον μετὰ τοῦ πατρὸς βα-
C σιλεύειν, καὶ μὴ ἔχειν μήτε χρόνον διορίζοντα, μήτε ἐκλείπειν αὐτοῦ τὴν βασιλείαν. ὅ τι ὁ πάντοτε ἐστὶν, οὐδέποτε τοῦ εἶναι ἤρξατο, οὐδὲ ἐκλείπειν δύναται. πιστεύομεν δὲ καὶ παραλαμβάνομεν τὸν παράκλητον τὸ ἅγιον πνεῦμα, ὅπερ ἡμῖν αὐτὸς ὁ κύριος καὶ ἐπηγγείλατο καὶ ἔπεμψε. καὶ τοῦτο πιστεύομεν πεμφθέν. καὶ τοῦτο οὐ πέπονθεν. ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος ὃν ἐνεδύσατο, ὃν ἀνέλαβεν ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου, τὸν ἄνθρωπον τὸν παθεῖν δυνάμενον. ὅτι ἄνθρωπος, θνητός. θεὸς δὲ ἀθάνατος. πιστεύομεν ὅτι τῇ τρίτῃ
D ἡμέρᾳ ἀνέστη οὐχ ὁ θεὸς ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος ἐν τῷ θεῷ ἀνέστη. ὅν τινα καὶ προσήνεγκε τῷ πατρὶ ἑαυτοῦ δῶρον. ὃν ἐλευθέρωσεν ἐκ τῆς ἁμαρτίας καὶ τῆς φθορᾶς. πιστεύομεν δὲ ὅτι εὐθέτῳ καιρῷ καὶ ὡρισμένῳ πάντας καὶ περὶ πάντων αὐτὸς κρινεῖ. τοσαύτη δὲ αὐτῶν ἐστὶν ἡ ἄνοια, καὶ οὕτω παχεῖ σκότῳ ἡ διάνοια αὐτῶν ἐκτετύφλωται, ἵνα μὴ δυνηθῶσιν ἰδεῖν τὸ φῶς τῆς ἀληθείας. οὐ συνιᾶσιν ᾧ λόγῳ εἴρηται, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ἓν ὦσι. Σαφές ἐστι διὰ τί ἕν. ὅτι οἱ ἀπόστολοι πνεῦμα ἅγιον τοῦ θεοῦ ἔλαβον, ἀλλ' ὅμως αὐτοὶ οὐκ ἦσαν πνεῦμα, οὐδέ τις αὐτῶν ἢ λόγος, ἢ σοφία, ἢ δύναμις ἦν, οὐδὲ μονογενὴς ἦν. ὥσπερ ἐγὼ, φη-

σιν, καὶ σὺ ἕν ἐσμεν, οὕτως καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ἓν ὦσιν. ἀλλὰ τὸ ἀκριβῶς διέστειλε ἡ θεία φωνή, ἐν ἡμῖν ἓν ὦσι φησίν. οὐκ εἶπεν, ὥσπερ ἡμεῖς ἕν ἐσμεν ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ, ἀλλ᾽ ἵνα οἱ μαθηταὶ ἐν αὐτοῖς σύζυγοι καὶ ἡνωμένοι, ἓν ὦσι τῇ πίστει, τῇ ὁμολογίᾳ, καὶ ἐν τῇ χάριτι καὶ εὐσεβείᾳ τῇ τοῦ θεοῦ πατρός, καὶ τῇ τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν συγχωρήσει καὶ ἀγάπῃ ἓν εἶναι δυνηθῶσιν. Ἐκ τούτων δὲ τῶν γραμμάτων ἔστι μαθεῖν, τῶν μὲν κατηγόρων τὴν συκοφαντίαν, τῶν δὲ πάλαι δικασάντων τὴν ἀδικίαν. καὶ πρὸς τούτοις, τῶν δογμάτων τὴν ὑγείαν· οὐ γὰρ μόνον τὰ περὶ τῆς θείας ἡμᾶς ἐδίδαξαν φύσεως οἱ μακάριοι πατέρες, ἀλλὰ καὶ τὴν περὶ τῆς οἰκονομίας διδασκαλίαν προσήνεγκαν. Ταῦτα ὁ κώνστας μεμαθηκώς, ἠθύμησε μὲν τοῦ ἀδελφοῦ τὴν εὐκολίαν ὁρῶν. ἐχαλέπηνε δὲ κατὰ τῶν ταῦτα τετυρευκότων, καὶ τὴν βασιλέως ἠπατηκότων εὐχέρειαν. δύο δὴ οὖν τῶν εἰς τὴν σαρδικὴν συνεληλυθότων ἐκλεξάμενος ἐπισκόπους, μετὰ γραμμάτων πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἀπέστειλε. συναπέστειλε δὲ αὐτοῖς καὶ στρατηγόν. Σαλιανὸς δὲ τούτῳ ὄνομα ἦν, ὃς εὐσεβείᾳ τε καὶ δικαιοσύνῃ διέλαμπε. τὰ δὲ γράμματα οὐ παραίνεσιν μόνον εἶχε δὲ συμβουλήν, ἀλλὰ καὶ ἀπειλὴν εὐσεβεῖ πρέπουσαν βασιλεῖ. πρῶτον μὲν γὰρ ἐπέστειλε τῷ ἀδελφῷ, τοῖς ἐπισκόποις τὰς ἀκοὰς ὑπόσχειν, καὶ τὰς ὑπὸ στεφάνου καὶ τῶν ἄλλων τολμωμένας παρανομίας μαθεῖν. καὶ μέντοι καὶ ἀθανάσιον ἀποδοῦναι τῇ ποίμνῃ, δήλης καὶ τῆς συκοφαντίας γεγενημένης, καὶ τῆς τῶν πάλαι δικασάντων παρανομίας καὶ δυσμενείας. προστέθεικε δέ, ὡς εἰ μὴ πεισθείη καὶ τὰ δίκαια πράξοι, αὐτὸς τὴν ἀλεξάνδρειαν καταλήψεται, καὶ τὸν ἀθανάσιον ἀποδώσει τοῖς ποθοῦσι προβάτοις, καὶ τῶν δυσμενῶν ἐξελάσει τὸ στῖφος. ταύτην δεξάμενος ὁ κωνστάντιος τὴν ἐπιστολήν, ἐν ἀντιοχείᾳ δὲ τηνικαῦτα ἐτύγχανεν ὤν, ὑπέσχε δράσειν ὅπερ ὁ τῶν ὠδίνων ἐπήγγειλε κοινωνός. ἀλλ᾽ ἐπὶ τούτοις ἀλγήσαντες οἱ τῇ ἀληθείᾳ πολεμεῖν εἰωθότες, τὸ παμμίαρον ἐκεῖνο καὶ δυσσεβὲς κατεσκεύασαν δρᾶμα. κατήχθη μὲν γὰρ παρὰ τὴν ὑπώρειαν τῶν ἀρχιερέων ἡ ξυνωρίς. ὁ δὲ στρατηγὸς καταγωγὴν ἑτέραν εἰλήφει.

A ſumus, ita & illi in nobis unum ſint. Accurate vox Divina utrumque diſtinxit: In nobis, inquit, unum ſint. Non dicit: Sicut nos unum ſumus ego & Pater: ſed ut diſcipuli inter ſe juncti atq; uniti, ſint unum in fide & confeſſione, utque in gratia & pietate Dei Patris, & indulgentia ac charitate Servatoris noſtri Jeſu Chriſti, unum eſſe poſſint. Ex his litteris cognoſci poteſt & accuſatorum calumnia, & eorum qui olim ſententiam dixerant iniquitas: ſana denique doctrina hujus Concilii. Neque enim ſolum quæ ad divinam naturam ſpectant, nos docuerunt beatiſſi- B mi patres, ſed etiam doctrinam de diſpenſatione ſalutis humanæ nobis expoſuerunt. Hæc cùm Imperator Conſtans didiciſſet, doluit quidem, fratris ſui levitatem conſiderans. Cæterum adverſus eos qui hæc machinati eſſent, & qui facilem Imperatoris animum decepiſſent, graviter commotus eſt. Proinde cùm duos Epiſcopos ex iis qui Serdicæ congregati fuerant, elegiſſet, eos cum litteris ad fratrem Conſtantium miſit. Porro unà cum illis miſit etiam Magiſtrum militum, Saliam nomine, virum pietate ac juſtitia inſignem. Litteræ autem ipſæ non hortationem ſolum & ſuaſionem, ſed C minas etiam continebant pio Imperatore dignas. Scripſit enim fratri, primum quidem ut Epiſcopis aures præberet, & Stephani ac cæterorum iniqua facinora cognoſceret: utque Athanaſium gregi ſuo reſiſteret, cùm accuſatorum calumnia, & ſuperiorum judicum iniquitas ac malevolentia jam eſſet patefacta. Deinde adjecit, niſi ille morem gereret, ac niſi id, quod æquum erat, faceret, ſe Alexandriam profecturum; & Athanaſium quidem plebi ipſum deſideranti rediturum, inimicorum vero catervas expulſurum eſſe. His litteris acceptis Conſtan- D tius, qui tunc temporis Antiochiæ degebat, facturum ſe pollicitus eſt id quod frater ipſi mandaverat. Sed cùm id moleſte ferrent ii qui veritatem oppugnare conſueverant, execrandum hoc atque impium facinus machinati ſunt. Diverterat par illud Epiſcoporum juxta clivum; Magiſter autem militum, alio hoſpitio utebatur.

A

## Cap. IX.

*De Euphrata & Vincentio Epiſcopis, & de inſidiis quæ illis ſtructæ ſunt Antiochiæ.*

EO tempore Stephanus Antiochenæ Eccleſię clavum regens, navem ſubmergebat. Is cùm alios plures tyrannicæ audaciæ ſuæ miniſtros habebat, quorum opera eos qui ſinceram fidei doctrinam ſequebantur, variis calamitatibus affecit. Tum juvenem quendam projectæ audaciæ & vitæ facinoroſæ, qui illorum dux erat. Hic non ſolum homines ex foro abducere & conviciis ac verberibus inceſſere ſolitus erat: ſed etiam in domos impu- B denter irruens, viros ac mulieres honeſtas inde extrahebat. Verum ne in commemoranda ejus improbitate ſermonem longius traham, quid ſceleris auſus ſit adverſus præſtantiſſimos viros nunc exponam. Id enim ſufficit, ad hoc ut reliqua ejus adverſus cives perpetrata facinora conjicere poſſimus. Is ergo ad meretricem quandam cùm veniſſet, peregrinos quoſdam recens adveniſſe dixit, qui noctem cum ipſa tranſigere vellent. Deinde cùm quindecim ejuſdem cum ipſo factionis homines aſſumpſiſſet, & in proximis clivo maceriis occultaſſet, venit ipſe cum meretrice. Signoq; quod inter ipſos convenerat pronuntiato, ubi inſidia- C rum conſcios adeſſe comperit, pergit ad fores diverſorii in quo duo illi Epiſcopi degebant. Quas cùm apertas reperiſſet: uni enim ex ſervis pecuniâ datâ, perſuaſerat ut id faceret, ſcortum introduxit. Eiq; commonſtrata janua cubiculi, in quo Epiſcoporum alter cubabat, juſſit ut ingrederetur. Ipſe factionis ſuæ ſocios vocaturus exit. Et Euphratas quidem: hoc enim nomen erat ſenioris Epiſcopi: forte in exteriore cubiculo ſomnum capiebat. Vincentius vero: ſic enim alter Epiſcopus vocabatur, in interiore quieſcebat cubiculo. Introgreſſa igitur muliere, D cùm Euphratas pedum ſonitum exaudiiſſet: erant autem tenebræ: quiſnam ambularet, interrogavit. Illa cùm locuta eſſet, conturbatus eſt Euphratas, dæmonem eſſe ſuſpicans, qui muliebrem vocem imitaretur. Statimque Servatorē Chriſtum in auxilium ſuum vocavit. Interim Onager: ita enim vocabatur improbi illius agminis ductor, eo quod non manibus tantum, verum etiam calcibus pios homines

## Κεφ. θʹ.

*Τὰ κατὰ Εὐφρατᾶν καὶ Βικέντιον τοὺς ἐπισκόπους, καὶ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ κατ' αὐτῶν γενομένης συσκευῆς.*

Στέφανος δὲ, αὐτὸς γὰρ τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας κατέχων τοὺς οἴακας ὑποβρύχιον ἐποίει τὸ σκάφος, εἶχε μὲν καὶ ἄλλους τῶν τυραννικῶν συνεργοὺς τολμημάτων, οἷς χρώμενος τοὺς τῶν ὀρθῶν ἀντεχομένους δογμάτων παντοδαπαῖς περιέβαλλε συμφοραῖς· ἡγεῖτο δὲ τούτων νέος τίς, θρασύτητι μὲν συζῶν, τὸν δὲ παράνομον ἀσπαζόμενος βίον. ὃς οὐ μόνον τοὺς ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἀπῆγε περιπηλακίζων B καὶ αἰκιζόμενος, ἀλλὰ καὶ ταῖς οἰκίαις ἐπιὼν, ἀναιδῶς καὶ ἄνδρας ἐξῆγε καὶ γυναῖκας σεμνότητι κοσμουμένας. καὶ ἵνα μὴ σφόδρα μηκύνω τὴν τούτου διηγούμενος πονηρίαν, τὸ κατὰ τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν τολμηθὲν διηγήσομαι. ἀπόχρη γὰρ τεκμηριῶσαι τὰ κατὰ τῶν ἀστῶν ὑπ' ἐκείνου παρανόμως πραχθέντα. οὗτος πρός τινα χαμαιτύπην παραγενόμενος, ἔφησε ξένους ἔναγχος ἐληλυθότας δεῖσθαι νύκτωρ αὐτῆς. εἶτα πεντεκαίδεκα στασιώτας λαβὼν, καὶ τούτους ἐν ταῖς κατὰ τὴν ὑπώρειαν αἱμασιαῖς κατακρύψας, ἧκεν ἄγων τὴν χαμαιτύπην. καὶ τὸ συγκείμενον ἐπιφθεγξάμενος σύνθημα, C καὶ μαθὼν ὡς πάρεισι τοῦ δράματος οἱ συνίστορες, ἧκε παρὰ τὴν αὔλιον θύραν τῆς τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων καταγωγῆς. καὶ ταύτην ἀνεῳγμένην εὑρὼν, ἕνα γὰρ τῶν οἰκετῶν τοῦτο δρᾶσαι χρήμασιν ἐπεπείκει, εἰσήγαγε τὴν γυναῖκα. καὶ τοῦ οἴκου τὴν θύραν ἐπιδείξας, ἔνθα δὴ τῶν ἀρχιερέων καθεύδειν θάτερον συνέβαινεν, εἴσω γενέσθαι προσέταξεν. αὐτὸς δὲ τοὺς στασιώτας καλέσων ἐξῆλθεν. συνέβη δὲ τὸν μὲν Εὐφρατᾶν, τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ πρεσβυτέρῳ, ἐν τῷ προδόμῳ καθεύδειν. ὁ δὲ Βικέντιος, οὕτω γὰρ ὁ ἕτερος ὠνομάζετο, D ἐν τῷ ἐνδοτέρῳ θαλάμῳ κατέμεινεν. εἴσω δὲ τῶν θυρῶν τῆς χαμαιτύπης γενομένης, τοῦ κτύπου τῶν ποδῶν ὁ Εὐφρατᾶς αἰσθόμενος, σκότος δὲ ἦν, ἤρετο τίς ὁ βαδίζων. φθεγξαμένης δὲ ἐκείνης, θορύβου μεστὸς ὁ Εὐφρατᾶς ἐγένετο, δαίμονα τοπάσας εἶναι γυναικείαν φωνὴν μιμησάμενον. καὶ παραυτίκα τὸν σωτῆρα Χριστὸν εἰς ἐπικουρίαν ἐκάλει. ὁ δὲ Ὄναγρος· οὕτω γὰρ ὁ τοῦ πονηροῦ ξίφους ἡγεμονεύων προσηγορεύετο, ἐπειδὴ πρὸς ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς ποσὶν ὅπλοις

μετὰ τῶν δυσσεβούντων ἐνέχειρε· μετὰ τοῦ ξίφους εἰσεληλύθει, παρανόμους ἀποκαλῶν, ὅσοι τῆς παρανομίας δικαστὰς ἔσεσθαι προσδοκῶντας. βοῆς δὲ πλείστης γεγενημένης, συνέδραμον μὲν οἱ οἰκέται, ἐξανέστη δὲ καὶ ὁ Βικέντιος. καὶ τὴν αὔλιον ἀποκλείσαντες θύραν, ἑπτὰ μὲν τῆς στάσεως συλλαβεῖν ἠδυνήθησαν. ὁ δὲ ὄναγρος, σὺν τοῖς ἄλλοις ἀπέδρα. ἐφρουρεῖτο δὲ σὺν ἐκείνοις καὶ ἡ γυνή. ὑπὸ δὲ τὴν ἕω τὸν σὺν αὐτοῖς ἀφικόμενον διαναστήσαντες στρατηγὸν, κατέλαβον τὰ βασίλεια. καὶ τῶν Στεφάνου τολμημάτων καταβοῶντες, ἔλεγον μὴ δεῖσθαι δίκης, μηδὲ βασάνου τὰ τούτου παρανομήματα. ὁ δέ γε στρατηγὸς διαφερόντως ἐβόα, ἀντιβολῶν κελεῦσαι τὸν βασιλέα μὴ συνοδικῶς, ἀλλὰ δικαστικῶς ἐξετασθῆναι τὸ παράνομον τόλμημα· καὶ τοὺς μὲν τῶν ἐπισκόπων κληρικοὺς ὑπισχνεῖτο πρώτους εἰς αἰκίαν ἐκδώσειν· χρῆναι δὲ καὶ Στεφάνου τοὺς ὑπηρέτας ταῦτα παθεῖν. ἐκείνου δὲ ἀναιδῶς ζυγομαχοῦντος, καὶ λέγοντος μὴ δεῖν κληρικοὺς ὑπομεῖναι πληγὰς, ἔδοξε καὶ βασιλεῖ καὶ τοῖς ἄρχουσιν, ἔνδον ἐν τοῖς βασιλείοις τοῦ πράγματος γενέσθαι τὴν βάσανον. καὶ πρῶτον μὲν ἤροντο τὴν γυναῖκα, τίς αὐτὴν εἰς τὴν τῶν ἐπισκόπων ἀπήγαγε καταγωγήν. ἡ δὲ ἔφη, νέον τινὰ πρὸς αὐτὴν ἀφικόμενον τὴν τῶν ξένων ἐπιδημίαν καὶ χρείαν εἰπεῖν. καὶ ὡς ἑσπέρας ἀφικόμενος, ἀπήγαγέ τε εἰς τὴν καταγωγὴν καὶ τὸν οἰκεῖον ἐπιστήσας λόχον καὶ τοῦτον εὑρὼν, εἴσω τε τῆς αὐλείου θύρας εἰσήγαγε, καὶ εἰς τὸν πρόδομον εἰσελθεῖν παρηγγύησε. προσέθηκε δὲ καὶ τοῦ ἐπισκόπου τὴν πεῦσιν, καὶ τὸ γενόμενον δέος, καὶ τὴν εὐχὴν, καὶ τῶν ὑπεισελθόντων τὴν ἔφοδον.

A cæderet: una cum agmine ſuo ingreditur: iniquos appellans eo qui iniquitatis judices ſibi adfuturos ſperabant. Tunc ingenti clamore excitato, ſervi omnes accurrere cœperunt, & Vincentius ſurrexit è lecto. Cumque fores diverſorii occluſiſſent, ſeptem duntaxat ex factione illa comprehendi potuerunt: Onager vero una cum reliquis fuga evaſit. Mulier porrò unà cum illis comprehenſa, in cuſtodiam data eſt. Orta luce, cùm Magiſtrum militum qui una cum ipſis venerat, excitaſſent, ſimul ad palatium progreſſi ſunt. Et de violentia atque audacia Stephani conquerentes, nec judicio, nec tormentis opus eſſe ajebant ad coarguenda B ejus facinora. Præcipue vero Magiſter militum vociferabatur, orans ut de tam nefario facinore non in ſynodali conſeſſu, ſed publico judicio Imperator juberet inquiri. Ipſe Epiſcoporum clericos traditurum ſe primos ſpondebat, ut de illis quæſtio haberetur: ſed Stephani quoque miniſtros idem pati oportere. Porro cùm Stephanus impudenter obluctaretur, & clericos tormentis ſubdendos non eſſe diceret: placuit Imperatori & proceribus, ut intus in palatio judicium ex-C erceretur. Ac primum quidem interrogarunt mulierem, quis eam introduxiſſet in diverſorium Epiſcoporum. Illa juvenem quendam ad ſe veniſſe dixit, & peregrinorum adventum cupidinemque indicaſſe. Illum veſpertino tempore accedentem deduxiſſe ſe ad diverſorium: ibi requiſito ſuorum agmine ac reperto, eam per fores introduxiſſe in domum, & juſſiſſe ut in exterius cubiculum ingrederetur. Addidit etiam interrogationem Epiſcopi, & metum ejus ac precationem: impetum deniq; eorum qui ſuperveniſſent.

D

## Κεφ. ι.

Περὶ τῆς Στεφάνου καθαιρέσεως.

Ταῦτα μεμαθηκότες οἱ δικασταὶ, τῶν συνειλημμένων εἰς μέσον ἄγουσι τὸν νεώτατον· ὃς οὐκ ἀναμείνας τὴν ἀπὸ τῶν μαστίγων ἀνάγκην, τὸ συντεθὲν ἐγύμνωσε δρᾶμα, καὶ τὸν ὄναγρον ταῦτα πάντα δεδρακέναι καθωμολόγησεν. ἀχθεὶς δὲ ἐκεῖνος, τὸν Στέφανον ἔφη ταῦτα προστεταχέναι. οὕτω τοῦ Στεφάνου τὴν πονηρίαν μεμαθηκό-

## Cap. X.

*De Stephani depoſitione.*

His cognitis, Judices natu minimum eorum, qui comprehenſi fuerant, induci juſſerunt. Qui vim ac neceſſitatem verberum non expectās, compoſitam facinoris ſcenam detexit, & Onagrum cuncta hæc patraſſe confeſſus eſt. Inductus ergo Onager, Stephanum iſta ſibi præcepiſſe dixit. Ita cùm improbitatē Stephani didiciſſent,

præſentibus tunc Epiſcopis mandarunt A ut eum deponerent, & Eccleſia eum expulerunt. Eccleſia tamen illa ab Ariana labe haud penitus liberata eſt. Nam poſt illum Leontius Eccleſiæ præfuit: vir natione quidem Phryx: ingenio autem ſubdolus, ſaxiſque in mari latentibus ſimilis. Verum de hoc paulo poſt plura commemorabo. Tunc vero Conſtantius cùm ea quæ adverſus Epiſcopos inſidioſe ſtruebantur, experimento didiciſſet, magno Athanaſio ſemel atque iterum ac tertio ſcripſit, exhortans, ut ab Occidentis partibus quamprimum reverteretur. Harum trium epiſtolarum ſecundam, quæ brevis eſt, huic operi intexam.

## Cap. XI.

*Epiſtola Conſtantii ad Athanaſium.*

*Conſtantius Victor, Auguſtus, Athanaſio.*

ETſi prioribus litteris ſatis tibi ſignificaverimus, ut ſecure ad noſtrum comitatum venires, eo quod magnopere cuperemus te ad tuam ſedem remittere; tamen has etiam litteras ad gravitatem tuam dedimus: quibus te hortamur, ut ſine ulla ſuſpicione ac metu conſcenſis publicis vehiculis, ad nos venire feſtines, quo ea quæ deſideras, poſſis adipiſci.

## Cap. XII.

*De ſecundo reditu beati Athanaſii.*

HUnc in modum cùm rediiſſet Athanaſius, Conſtantius benigne eum excepit, & Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopatum denuo obtinere juſſit. Sed qui tunc in palatio plurimum poterant, Ariana labe contaminati, ſuggeſſerunt Imperatori, Athanaſium iis qui cùm ipſo communicare nollent, unam Eccleſiam concedere debere. Hæc cum illi quidem Imperatori, Imperator vero dixiſſet Athanaſio, reſpondit Athanaſius, æquum eſſe, ut Imperatoris mandatis obſequeretur: ſed velle ſe viciſſim ſuggerere aliquid ac poſtulare. Cumque Imperator pollicitus eſſet libenti animo daturum ſe eſſe quidquid ille petiiſſet, ſubjecit Athanaſius, eos quoque, qui cum illis qui Eccleſias obtinebant, Antiochiæ communicare nollent, Eccleſia aliqua opus habere: proinde æquum eſſe, ut iis quoque una ex Eccleſiis concederetur. Ad hæc cùm annuiſſet Imperator,

A τες, τοῖς τηνικαῦτα παροῦσι τῶν ἐπισκόπων καθελεῖν τοῦτον ἐπέτρεψαν, καὶ τῆς ἐκκλησίας ἐξήλασαν. οὐ μὴν παντάπασιν ἡ ἐκκλησία τῆς ἀρειανικῆς ἠλευθερώθη λώβης. λεόντιος γὰρ μετ᾽ ἐκεῖνον τῆς προεδρίας ἔτυχεν. ἀνὴρ φρὺξ μὲν τὸ γένος, τὴν δὲ γνώμην κρυψίνους, καὶ ταῖς ὑφάλοις πέτραις μεμιμημένος. ἀλλὰ τὰ μὲν κατὰ τοῦτον, μικρὸν ὕστερον διηγήσομαι. τότε δὲ κωνστάντιος, τὰ κατὰ τῶν ἐπισκόπων τυρευόμενα τῇ πείρᾳ μεμαθηκώς, ἐπέστειλεν ἀθανασίῳ τῷ μεγάλῳ, καὶ ἅπαξ, καὶ μέντοι, καὶ δὶς καὶ τρεὶς, προτρέπων ἐκ τῆς ἑσπέρας ἐπανελθεῖν. B ἐγὼ δὲ τὴν μέσην ἐπιστολὴν μικρὰν οὖσαν ἐνθήσω τῇ συγγραφῇ.

## Κεφ. ια'.

Ἐπιστολὴ κωνσταντίου πρὸς ἀθανάσιον.

Κωνστάντιος νικητὴς αὔγουστος, ἀθανασίῳ.

Εἰ καὶ τὰ μάλιστα διὰ προτέρων γραμμάτων ἐδηλώσαμεν, ὅπως ἀμερίμνως εἰς τὸ ἡμέτερον κομιτάτον παραγένῃ, διὰ τὸ μάλιστα βούλεσθαι ἡμᾶς ἀποστεῖλαί σε εἰς τὰ ἴδια, ὅμως ἔτι καὶ νῦν ταῦτα τὰ γράμματα πρὸς τὴν σὴν στερρότητα δεδώκαμεν. δι᾽ ὧν καὶ προτρεπόμεθα, χωρίς τινος ἀπιστίας καὶ φόβου ἐπι- C βῆναί σε δημοσίοις ὀχήμασι, καὶ σπουδάσαι πρὸς ἡμᾶς, ἵνα ὧν ἐπιθυμεῖς ἀπολαῦσαι δυνηθῇς.

## Κεφ. ιβ'.

Περὶ τῆς δευτέρας ἐπανόδου τοῦ ἁγίου ἀθανασίου.

ΟΥτως αὐτὸν ἐπανελθόντα, εὐμενῶς τε εἶδε, καὶ τὴν ἀλεξανδρέων ἀπολαβεῖν ἐκκλησίαν ἐκέλευσεν. ἀλλ᾽ οἱ τότε παραδυναστεύοντες, τὴν ἀρειανικὴν εἰσδεδεγμένοι νόσον, ἔφασκον χρῆναι τὸν ἀθανά- D σιον μίαν παρασχεῖν ἐκκλησίαν τοῖς κοινωνεῖν οὐ βουλομένοις αὐτῷ. ταῦτα ἐκείνων μὲν τῷ βασιλεῖ, τοῦ δὲ βασιλέως πρὸς αὐτὸν εἰρηκότος, ἔφη δίκαιον εἶναι τοῖς τοῦ βασιλέως προστάγμασιν εἴκειν· βούλεσθαι μέντοι καὶ αὐτὸν ἐπαγγεῖλαί τινα καὶ αἰτῆσαι. τοῦ δὲ βασιλέως ὑπισχνουμένου δώσειν ὅπερ ἂν αἰτήσοι προθύμως, δεῖσθαι ἔφη καὶ τοὺς ἐν ἀντιοχείᾳ τοῖς τὰς ἐκκλησίας κατέχουσι κοινωνεῖν οὐ βουλομένους, οἰκτηρίου νεώ. καὶ δίκαιον εἶναι καὶ τούτοις τῶν οἴκων παρασχεθῆναι τῶν θείων. ἐπειδὴ δὲ ἐπένευσε βασιλεὺς

ὀρθὴν εἶναι καὶ δικαίαν ἐπιψηφίσας τὴν αἴτησιν, ἀντεῖπον οἱ τῆς αἱρετικῆς φάλαγγος προϊστάντες, μηδ' ἑτέροις χρῆναι τὰς ἐκκλησίας παρασχεθῆναι εἰπόντες. οὕτω τὸν Ἀθανάσιον θαυμάσας Κωνστάντιος, ἀπέπεμψεν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν. ἐτεθνήκει δὲ Γρηγόριος, ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων δεξάμενος τὴν σφαγήν. θεασάμενοι δὴ οὖν τὸν νομέα, δημοθοινίας ἐπετέλουν καὶ ἑορτὰς λαμπροτάτας, αὐτόν τε γεραίροντες, καὶ τὸν θεὸν ἀνυμνοῦντες. ἀλλὰ πάλιν σμικροῦ διεληλυθότος χρόνου, Κώνστας μὲν τοῦ βίου τὸ τέρμα κατείληφε.

A juſtam rectamq; eſſe judicans petitionem, Arianæ factionis principes reclamarunt, neutris Eccleſias tribuendas eſſe dicentes. Itaque Conſtantius Athanaſium plurimum admiratus, Alexandriam dimiſit. Mortuus jam erat Gregorius, ab ipſis Alexandrinis interfectus. Quare viſo Paſtore ſuo, Alexandrini publica convivia celebrare ac feſtos dies maximo ſplendore agere cœperunt, honorem exhibentes Athanaſio, & Deum laudibus extollentes. Verum brevi interjecto tempore, Conſtans quidem ex hac vita migravit.

B

## Κεφ. ιγ'.

*Περὶ τῆς τρίτης ἐξορίας αὐτοῦ καὶ φυγῆς.*

Κωνστάντιον δὲ οἱ ἄγοντες ὅπη ἐβούλοντο, ἀνεμνήσαν τῆς Ἀθανασίου χάριν πρὸς τὸν ἀδελφὸν γεγενημένης διαφορᾶς. καὶ ὡς μικροῦ δεῖν τὰ τῆς φύσεως δεσμὰ διαρρήξαντες, πόλεμον ἂν κατ' ἀλλήλων ἐκίνησαν. τούτοις ὑπαχθεὶς ὁ Κωνστάντιος, οὐκ ἐλαθῆναι μόνον, ἀλλὰ καὶ σφαγῆναι τὸν θεῖον προσέταξεν Ἀθανάσιον. καί τινα Σεβαστιανὸν ἐξέπεμψε στρατηγὸν μετὰ στρατιᾶς ὅτι μάλιστα πλείστης, ἀνελεῖν κελεύσας ὡς ἀλιτήριον. ὅπως δὲ καὶ τοῦτο ἐπεστράτευσε, κἀκεῖνος διέφυγεν, αὐτὸς δὲ ταῦτα πεπονθὼς καὶ παραδόξως σωθεὶς, κάλλιον διηγήσεται. ἐν δὲ τῇ τῆς φυγῆς ἀπολογίᾳ ταῦτα διέξεισιν. Ἐξεταζέτωσαν ὅμως καὶ τὸν τρόπον τῆς ἀναχωρήσεως, καὶ μανθανέτωσαν παρὰ τῶν ἰδίων. ἦσαν γὰρ Ἀρειανοὶ, συνδραμόντες τοῖς στρατιώταις εἰς τὸ παροξύνειν αὐτοὺς, καὶ ἀγνοοῦσι δεικνύναι ἡμᾶς. εἰ καὶ οὕτως δὲ ἀσυμπαθεῖς τυγχάνουσιν, ἀλλὰ κἂν ἀκούοντες ἠρεμείτωσαν αἰσχυνόμενοι. νὺξ μὲν γὰρ ἤδη ἦν καὶ τοῦ λαοῦ τινὲς ἐπαννύχιζον, προσδοκωμένης συνάξεως. ὁ δὲ στρατηλάτης ἐξαίφνης ἐπέστη μετὰ στρατιωτῶν πλέον ἢ πεντακισχιλίων, ἐχόντων ὅπλα, καὶ ξίφη γυμνὰ, καὶ τόξα καὶ βέλη καὶ ῥόπαλα, καθὰ καὶ πρότερον εἴρηται. καὶ τὴν μὲν ἐκκλησίαν αὐτὸς περιεκύκλωσε, στήσας τοὺς στρατιώτας σύνεγγυς, ὡς μὴ δύνασθαι τινὰς ἐξελθόντας ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας παρελθεῖν αὐτούς. ἐγὼ δὲ ἄλογον ἡγούμενος ἐν τοσαύτῃ συγχύσει καταλεῖψαι τοὺς λαοὺς, καὶ μὴ μᾶλλον προκινδυνεύειν αὐτῶν, καθεσθεὶς ἐπὶ τοῦ θρόνου προέτρεπον, τὸν μὲν διάκονον

## CAP. XIII.

*De tertio exilio Athanaſii & fuga.*

TUM vero ii qui Conſtantii animũ pro arbitratu ſuo impellebant, revocarunt illi in memoriam diſſidium, quod ipſi cum fratre interceſſerat propter Athanaſium: & quemadmodum parum abfuiſſet quin ruptis naturæ vinculis ad bellum civile prorumperent. His ſermonibus inductus Conſtantius, non expelli tantum, verum etiam mactari Athanaſium juſſit. Miſſoque cum ingentibus copiis Sebaſtiano Duce,
C Athanaſium tanquam ſceleratum, è medio tolli præcepit. Quonam autem modo ille quidem cum armatis militibus irruperit, hic vero fuga evaſerit, melius ipſe referet qui periclitatus ac præter omnium opinionem ſervatus eſt. Is igitur in defenſione fugæ ſuæ ita dicit. Requirant tamen modum receſſionis meæ, & ex ſuis diſcant. Aderant enim Ariani, & cum militibus irruperant, ut illorum animos incitarent, meque illis ignotum monſtrarent. Et quanquam nulla eos tangit miſeratio, vel audientes tamen quieſcant pudore
D ſuffuſi. Jam nox erat, & ex plebe quidam pernoctabant, cùm collecta expectaretur. Cùm repente ſupervenit Dux cum quinque & amplius militum millibus, qui arma & ſtrictos gladios habebant, & ſagittas ac tela geſtabant & clavas, uti jam antea dictum eſt. Et ipſe quidem Eccleſiam circumſedit, militibus quam proxime collocatis, ne quis forte egredientium ex Eccleſia eos effugere poſſet. Ego vero cùm abſurdum exiſtimarem plebem in tanta perturbatione deſerere, ac non potius pro ſalute illius fortiter propugnare, ſedens in cathedra mandavi Diacono, ut

pſalmum recitaret, utque populus reſponderet; Quoniam in ſeculum miſericordia ejus. Ac deinde ut omnes abſcederent ac domum ſuam redirent. Sed cùm Dux tandem irrupiſſet, & milites altare circumſepſiſſent ad me intercipiendum, clerici quidem & laici qui tunc ibi remanſerant, clamabant rogabantq; ut nos jam abſcederemus. Ego vero pertinacius refragabar, me non ante diſceſſurum affirmans, quàm univerſi ſe ſubduxiſſent. Cumque ſurrexiſſem & orationem fieri juſſiſſem, rogabam ut poſtea univerſi diſcederent: ſatius eſſe dicens, ut ipſe diſcrimen ſubirem, quam ut ulli ipſorum quidpiam accideret incommodi. Proinde cùm jam plurimi exceſſiſſent, ac reliqui ſubſequerentur, monachi qui illic nobiſcum erant, & quidam ex clericis adſcendentes abſtraxerunt me. Atq; ita, veritatem ipſam teſtor, per medios milites quorum alii altare circundederant, alii per Eccleſiam oberrabant, tranſivimus Domino ducente nos ac protegente. Et clam illis exceſſimus, Deum ipſum glorificantes, quòd non prodidiſſemus plebem: ſed illâ ante dimiſſâ, ipſi ſalutem nobis quærere & manus inſidiatorum effugere potuiſſemus.

## Cap. XIV.

*De Georgio, & de malis quæ Alexandriæ perpetrata ſunt.*

CUm Athanaſius hoc modo ex cruentis illorum manibus evaſiſſet, Georgio, alteri, poſt Gregorium, lupo, cura gregis illius commiſſa eſt. Hic vero crudelius quam quivis lupus aut urſus aut pardus, in oves graſſatus eſt. Etenim puellas quæ perpetuam virginitatem voverant, non ſolùm Athanaſii communionem ejurare compulit, verum etiam fidem Patrum anathemate damnare. Porro miniſtrum ac ſocium crudelitatis ſuæ habebat Sebaſtianum quendam, Ducem rei militaris. Qui media in urbe accenſo rogo, virgines nudas igni propius admotas, abnegare fidem jubebat. Verum illæ, triſte ac miſerandum ſpectaculum Chriſtianis ſimul ac Gentilibus præbentes, & ignominiam hanc maximi honoris inſtar habuerunt, & inflicta pro fide verbera libenti animo ſuſtinuerunt. Sed hæc luculentius exponet ipſe eorum paſtor Athanaſius. Veniens deinde tē-

A ἀναγινώσκειν ψαλμὸν, τοὺς δὲ λαοὺς ὑπακούειν ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ· καὶ πάντας οὕτως ἀναχωρεῖν, καὶ εἰς τοὺς οἴκους ἀπιέναι. ἀλλὰ τοῦ στρατηλάτου λοιπὸν ἐπεισελθόντος, καὶ τῶν στρατιωτῶν περιλαβόντων τὸ ἱερατεῖον ἕνεκεν τοῦ συλλαβεῖν ἡμᾶς, οἱ μὲν εὑρεθέντες ἐκεῖ καὶ κληρικοὶ καὶ οἱ ἀπὸ τῶν λαῶν ἐβόων, καὶ ἠξίουν ἀναχωρεῖν ἤδη ἡμᾶς. ἐγὼ δὲ μᾶλλον ἀντέλεγον μὴ πρότερον ἀναχωρήσειν, εἰ μὴ πάντες καθ' ἕκαστον ὑπεξέλθοιεν. ἀναστὰς οὖν καὶ προστάξας εὐχὴν, οὕτως ἀνηξίουν ἀπιέναι τοὺς πάντας, βέλτιον εἶναι λέγων, ἐμὲ κινδυνεύειν, ἢ βλαβῆναί τινας ἐξ ἡμῶν. ἐξελθόντων τοίνυν τῶν B πλείστων, καὶ τῶν λοιπῶν ἐπακολουθούντων, οἱ σὺν ἡμῖν ὄντες ἐκεῖ μοναχοὶ καὶ τινὲς τῶν κληρικῶν ἀνελθόντες εἵλκυσαν ἡμᾶς. καὶ οὕτως ἐπιμαρτυρεῖ τῇ ἀληθείᾳ, τῶν στρατιωτῶν τῶν μὲν περιεστηκότων τὸ ἱερατεῖον, τῶν δὲ περιερχομένων τὴν ἐκκλησίαν, διήλθομεν τοῦ κυρίου ὁδηγοῦντος καὶ αὐτοῦ φυλάττοντος. καὶ λανθάνοντες αὐτοὺς, ἀνεχωρήσαμεν δοξάζοντες μεγάλως αὐτὸν τὸν θεὸν, ὅτι μὴ προδεδώκαμεν τὸν λαὸν, ἀλλὰ προπέμψαντες αὐτοὺς, διασωθῆναι καὶ διεκφυγεῖν τὰς χεῖρας τῶν ζητούν- C των ἠδυνήθημεν.

## Κεφ. ιδ'.

Περὶ γεωργίου καὶ τῶν ἐν ἀλεξανδρείᾳ τολμηθέντων κακῶν.

ΟΥτω τούτου τὰς μιαιφόνους ἐκείνων διαφυγόντος χεῖρας, γεώργιος μὲν λύκος ἕτερος τῶν προβάτων ἐκείνων ἐπιστεύθη τὴν ἐξουσίαν· ὠμότερον δὲ λύκου παντὸς καὶ ἄρκτου καὶ παρδάλεως τοῖς προβάτοις ἐχρῆτο. τὰς μὲν γὰρ διὰ βίου τὴν παρθενίαν ὑπεσχημένας, D οὐ τὴν ἀθανασίου μόνον ἀρνεῖσθαι κοινωνίαν, ἀλλὰ καὶ τῶν πατέρων ἀναθεματίζειν τὴν πίστιν ἠνάγκαζε. σύνεργον δὲ τῆς ὠμότητος εἶχε σεβαστιανόν τινα τῶν στρατιωτικῶν καταλόγων ἡγούμενον, ὃς ἐν μέσῃ τῇ πόλει πυρὰν ἀνάψας, καὶ ταύτῃ τὰς παρθένους γυμνὰς παραστήσας, ἀρνεῖσθαι τὴν πίστιν ἐκέλευεν. αἱ δὲ θέαμα δεινὸν καὶ ἐλεεινὸν πιστοῖς ὁμοῦ καὶ ἀπίστοις προκείμεναι, τιμὴν μεγάλην τὴν ἀτιμίαν ἐνόμιζον, καὶ τὰς ὑπὲρ τῆς πίστεως μάστιγας ἀσμένως ὑπέμενον. καὶ ταῦτα δὲ σαφέστερον ὁ τούτων ποιμὴν διηγήσεται. Εἶτα ἐλθὼν τῇ τεσσα-

τεσσαρακοστῇ ὁ παρ' αὐτῶν ἀποσταλεὶς ἐκ Καππαδοκίας Γεώργιος, ηὔξησεν ἃ παρ' αὐτῶν μεμάθηκε κακά. μετὰ γὰρ τὰ ἕβδομα τοῦ πάσχα, παρθένοι εἰς δεσμωτήριον ἔβαλλοντο. ἐπίσκοποι ἤγοντο ὑπὸ στρατιωτῶν δεδεμένοι. ὀρφανῶν καὶ χηρῶν ἡρπάζοντο αἱ οἰκίαι. καὶ ἁρπαγαὶ καὶ ἔφοδοι κατὰ τῶν οἰκιῶν ἐγίνοντο, καὶ νυκτὸς χριστιανοὶ κατεφέροντο· ἐπεσφραγίσθησαν οἰκίαι, καὶ ἀδελφοὶ κληρικῶν ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν ἐκινδύνευον· καὶ δεινὰ μὲν ταῦτα. δεινότερα δὲ τὰ μετὰ ταῦτα τολμήματα. τῇ γὰρ ἑβδομάδι μετὰ τὴν ἁγίαν πεντηκοστὴν ὁ λαὸς νηστεύσας, ἐξῆλθε περὶ τὸ κοιμητήριον εὔξασθαι, διὰ τὸ πάντας ἀποστρέφεσθαι τὴν πρὸς Γεώργιον κοινωνίαν. ἀλλὰ τοῦτο μαθὼν ὁ παμπόνηρος αὐτὸς, παροξύνει τὸν στρατηλάτην Σεβαστιανὸν, μανιχαῖον ὄντα. καὶ λοιπὸν αὐτὸς μετὰ πλήθους στρατιωτῶν ὅπλα καὶ ξίφη γυμνὰ καὶ τόξα καὶ βέλη φερόντων, ὥρμησεν ἐν αὐτῇ τῇ κυριακῇ κατὰ τῶν λαῶν. καὶ ὀλίγους εὑρὼν εὐχομένους. οἱ γὰρ δὴ πλεῖστοι λοιπὸν διὰ τὴν ὥραν ἀναχωρήσαντες ἦσαν. τοιαῦτα εἰργάσατο, οἷα παρ' αὐτῶν ἀκούσαντα ἔπρεπε πρᾶξαι. πυρκαϊὰν γὰρ ἀνάψας, καὶ στήσας παρθένους παρὰ τὸ πῦρ, ἠνάγκαζε λέγειν ἑαυτὰς τῆς Ἀρείου πίστεως εἶναι. ὡς δὲ νικώσας αὐτὰς ἔβλεπε, γυμνώσας λοιπὸν οὕτω αὐτὰς κατέκοψεν, εἰς τὰ πρόσωπα τύπτεσθαι κελεύων, ὡς μετὰ χρόνον αὐτὰς μόλις ἐπιγνωσθῆναι. ἄνδρας δὲ κρατήσας τεσσαράκοντα, καινοτέρῳ τρόπῳ κατέκοψε. ῥάβδοις γὰρ ταῖς ἀπὸ τῶν φοινίκων ἐν αὐταῖς ἐχούσαις ἔτι τοὺς σκόλοπας, τὰ νῶτα τούτων οὕτως ἐξέδειρεν, ὡς τινὰς μὲν πολλάκις χειρουργηθῆναι, διὰ τοὺς ἀποπαγέντας ἐν αὐτοῖς σκόλοπας. τινὰς δὲ καὶ μὴ φέροντας, ἀποθανεῖν. πάντας μὲν οὖν τοὺς περιλειφθέντας ἀθρόως καὶ τὰς παρθένους, ἐξώρισαν εἰς τὴν μεγάλην ὄασιν. τὰ δὲ σώματα τῶν τετελευτηκότων, οὐδὲ τοῖς ἰδίοις κατὰ τὴν ἀρχὴν ἀποδοθῆναι πεποιήκασιν. ἀλλ' ἔκρυψαν ὡς ἠθέλησαν, ἄταφα βαλόντες, ὑπὲρ τοῦ δοκεῖν αὐτοὺς λανθάνειν τὴν τοσαύτην ὠμότητα. πράττουσι δὲ τοῦτο πεπλανημένοι τὴν διάνοιαν οἱ παράφρονες. τῶν γὰρ οἰκείων τῶν τετελευτηκότων, χαιρόντων μὲν διὰ τὴν ὁμολογίαν, θρηνούντων δὲ διὰ σώματα μείζων ἐξηχεῖτο κατ' αὐτῶν ὁ τῆς ὠμότητος ἔλεγχος. καὶ γὰρ εὐθὺς ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου καὶ τῶν Λιβυῶν ἐξώρισαν μὲν ἐπισκό-

A pore Quadrageſimæ Georgius, qui ab illis miſſus fuerat è Cappadocia, mala quæ ab eis didicerat adauxit. Nam poſt ſeptimanam Paſchæ, virgines in carcerem conjectæ ſunt: Epiſcopi vincti à militibus ducebantur: pupillorum ac viduarum ædes direptæ: prædæ & irruptiones in domos factæ: noctuque exportabantur Chriſtiani. Ædes obſignatæ ſunt: & fratres clericorum pro fratribus in diſcrimen vocati. Et hæc quidem gravia. Sed longe graviora ſunt quæ poſtea admiſerunt. Nam ſe-
B ptimana poſt ſacram Pentecoſten, populus quidem peracto jejunio ad cœmeterium proceſſit orationis cauſâ, eo quod omnes communionem Georgii averſarentur. Sed cùm hoc didiciſſet ſceleſtus ille, Sebaſtianum Ducem, ſecta Manichæum, contra illos incitavit. Itaq; ille cum militibus arma & diſtrictos gladios, arcusque & tela geſtantibus, in eos impetum fecit ipſo die Dominico. Cùmq; paucos admodum orantes reperiſſet: plerique enim utpote ſero jam veſpere diſceſſerant: talia perpetravit, qualia perpetrare par erat eum qui illis obtemperaret. Accenſo enim rogo, cùm virgines illi admoviſ-
A defendere nunquam deſtitit. Cæterum ipſe quoq; viciſſim objecit Euſtathio, eos etiam conſubſtantialis vocabulum, quod in Scripturis non extaret, perinde damnare oportere. Sed reſpondit Silvanus: Æquum etiam eſt, ut illi voces iſtas, de non extantibus, & creaturam, & alterius ſubſtantiæ, quæ in Scripturis non extant, nec uſquam in Propheticis aut Apoſtolicis libris leguntur, condemnent, eaſq; à S. conventibus procul abjiciant. His aſſenſus eſt Imperator, & Eudoxianis præcepit, ut anathema iſtis dicerent. B At illi, initio quidem contradicere cœperunt, poſtea vero animadverſâ Imperatoris indignatione, ægre licet atque inviti, voces ipſis à Silvano propoſitas condemnarunt. Exinde vero acrius inſtiterunt, flagitantes ut conſubſtantialis quoq; vocabulum damnaretur. Sed Silvanus argute ratiocinatus, & vere ad illos & ad ipſum Imperatorem ita dixit. Si Deus Verbum non eſt ex nihilo, nec creatura, nec alterius ſubſtantiæ, conſubſtantialis igitur eſt Deo qui ipſum genuit, utpote Deus ex Deo & lumen ex lumine; eandemque cum Genitore ſuo naturam habet. C Et ille quidem fortiſſime ſimul ac veriſſime iſta dicebat: nulli tamen eorum qui aderant perſuaſit. Immo ab Acacii & Eudoxii factione ingens clamor excitatus eſt: & Imperator irâ ſuccenſus, minatus eſt ſe illos Eccleſiis ejecturum. Tum vero Eleuſius & Silvanus cum aliis dixerunt Imperatori, penes illum jus eſſe ſtatuendi de ſupplicio; penes ipſos vero de pietate atq; impietate. Se tamen doctrinam majorum nunquam prodituros. Conſtantius vero cum eorum ſapientiam ac fortitudinem, & in tuenda Apoſtolorum doctrina fiduciam mirari debuiſſet, illos quidem Eccleſiis D ſuis expulit; alios vero in eorum locum ſubſtitui præcepit. Quo tempore, Eudoxius quidem Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ſedem tyrannicè invaſit: Eleuſio verò Cyzicena urbe ejecto, Eunomium ejus loco Epiſcopum conſtituerunt. Quibus in hunc modum peractis, Imperator Aetium ſcripto damnari juſſit. Itaq; impietatis Aetii fautores conſorte ſuum condemnarunt. Litteras etiam ſcripſerunt ad Georgium Epiſcopum Alexandriæ, contra Aetium geſta ei ſignificantes. Quam quidem epiſtolam hoc loco apponam, ut illorum improbitas maniſeſtior fiat



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Eos enim qui cum ipſis idem ſentiebant, & eos qui doctrinæ ipſorum adverſabantur, eodem modo tractarunt.

## Cap. XXVIII.

*Epiſtola Synodica contra Aetium ſcripta.*

*Exemplum Epiſtolæ ab univerſo Concilio ſcriptæ ad Georgium contra Aetium ejus diaconum, ob nefariam ejus blaſphemiam. Sancta Synodus Conſtantinopoli congregata domino chariſſimo, Alexandriæ Epiſcopo, Georgio ſalutem.*

IN condemnatione Aetii quæ facta eſt à Synodo ob ejus nefaria & plena ſcandalis ſcripta, fecerunt quidem Epiſcopi id quod conſentaneum erat Eccleſiaſticis regulis. Diaconatu enim exutus, & ab Eccleſia remotus eſt. Adjectæ ſunt à nobis commonitiones, ut nefariæ ejus epiſtolæ non legantur, ſed projiciantur potius, eo quod inutiles ſunt & infructuoſæ. Quibus quoq; illud additum volumus, ut ipſe ſi in eodem propoſito permanſerit, anathematizetur unà cum ſectatoribus ſuis. Et conſentaneum quidem erat, ut Epiſcopi qui ad hoc Concilium convenerunt, ſimul omnes execrarentur eum qui ſcandalorum, tumultuum ac diſſidiorum, & murmuris toto orbe, & ſeditionis inter Eccleſias auctor fuiſſet: utq; in ſententia quæ contra eum lata fuerat, concordarent. Verum præter votum noſtrum & præter omnem expectationem, Serra, Stephanus, Heliodorus, Theophilus & reliqui qui cum illis ſunt, nec noſtris ſuffragiis conſenſerunt, nec ſententiæ in eum latæ ſimul cum cæteris ſubſcribere voluerunt, licet Serra aliam quoque ejusdem Aetii inſanam jactantiam accuſaret. Ajebat enim illum eo temeritatis atque audaciæ prorupiſſe, ut aſſereret, revelata ſibi fuiſſe ea quæ Deus Apoſtolis ipſis usque in hodiernum diem occultaviſſet. Et poſt hujusmodi Aetii ſermones veſaniæ atq; arrogantiæ plenos, de quibus Serra teſtimonium perhibuerat, nunquam tamen ſupradicti ullis precibus flecti, aut ulla ratione adduci potuerunt, ut omnium noſtrûm de Aetio judicium ſuo ſuffragio comprobarent. Nos tamen ſingulari patientiâ utentes, diu illis pepercimus; nunc indignantes, nunc hortantes, interdum objurgantes, aliquando etiam rogantes, ut in unum convenirent, & cum univerſa

A καὶ γὰρ καὶ τοῖς συμφρονοῦσι καὶ τοῖς ἀντιλέγουσι, παραπλησίως ἐκέχρηντο.

## Κεφ. κη΄.

Συνοδικὴ ἐπιστολὴ κατὰ ἀετίου γραφεῖσα.

Ἀντίγραφον τῶν γραφέντων ὑπὸ πάσης τῆς συνόδου γεωργίῳ κατὰ ἀετίου διακόνου αὐτοῦ, ἕνεκεν τῆς ἀθεμίτου αὐτοῦ βλασφημίας. Ἡ ἁγία σύνοδος ἡ ἐν κωνσταντινουπόλει συνελθοῦσα, κυρίῳ τιμιωτάτῳ ἐπισκόπῳ τῆς ἀλεξανδρείας γεωργίῳ χαίρειν.

ΤΗς ἐπ' ἀετίῳ γινομένης καταγνώσεως ὑπὸ τῆς συνόδου διὰ τὰς ἀθεμίτους αὐτοῦ καὶ B σκανδάλων γεμούσας λογογραφίας, τὸ μὴ ἀκόλουθον τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς κανόσιν ἐπ' αὐτῷ παρὰ τῶν ἐπισκόπων ἐπράχθη. καθῃρέθη γὰρ τῆς διακονίας, καὶ ἠλλοτριώθη τῆς ἐκκλησίας. καὶ παραινέσεις παρ' ἡμῶν παρηκολούθησαν, μήτε εἰς ἀνάγνωσιν ἔρχεσθαι τὰς ἀθεμίτους αὐτοῦ ἐπιστολάς, ῥιπτάζεσθαι δὲ αὐτὰς διὰ τὸ ἄχρηστον καὶ ἀνωφελές. προστίθεμεν δὲ τούτοις, καὶ ἀναθεματίζεσθαι αὐτὸν ἐπιμένοντα τῇ αὐτῇ προθέσει μετὰ τῶν συναιρούντων αὐτῷ. τὸ μὲν οὖν ἀκόλουθον ἦν, κοινῇ πάντας τοὺς συνελθόντας ἐν τῇ συνόδῳ ἐπισκόπους, ἀποστυγεῖν C τὸν σκανδάλων καὶ τῶν ταραχῶν καὶ σχισμάτων αἴτιον καὶ θρύλλου τοῦ κατὰ τὴν οἰκουμένην, καὶ στάσεως πρὸς ἀλλήλας τῶν ἐκκλησιῶν. ὁμονοεῖν δὲ πρὸς τὴν ἐξενεχθεῖσαν κατ' αὐτοῦ ψῆφον. ἀλλὰ παρ' εὐχὰς ἡμετέρας καὶ παρὰ προσδοκίαν πᾶσαν, σέῤῥας, καὶ στέφανος, καὶ ἡλιόδωρος, καὶ θεόφιλος, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς, οὐ συνεψηφίσαντο ταῖς ἡμετέραις γνώμαις, οὐδὲ συνυπογράψαι ταῖς περὶ αὐτοῦ ψήφοις ἐξενεχθείσαις ἐβουλήθησαν. καίτοι τοῦ σέῤῥα καὶ ἄλλην ἀλαζονείαν μανιώδη κατηγοροῦντος τοῦ προειρημένου ἀετίου. ἔφασκε γὰρ αὐτὸν θρασυD τέρα τόλμῃ προπηδῶντα λέγειν, ὅσαπερ ὁ θεὸς ἀπέκρυψεν ἀπὸ τῶν ἀποστόλων μέχρι νῦν, ταῦτα ἀποκεκαλύφθαι αὐτῷ διαβεβαιοῦσθαι, καὶ μετὰ τοὺς μανιώδεις καὶ ἀλαζονικοὺς τούτους λόγους ὑπὸ τοῦ σέῤῥα μεμαρτυρημένους περὶ ἀετίου, οὐκ ἐδυσωποῦντο, οὐδὲ παρεκαλοῦντο συμψηφίσασθαι πᾶσιν ἡμῖν περὶ αὐτοῦ οἱ προειρημένοι κρίνειν. ὅμως δὲ ἡμεῖς μακροθυμοῦντες ἐπὶ πλείονα χρόνον συμπεριεφερόμεθα αὐτοῖς, τὰ μὲν ἀγανακτοῦντες, τὰ δὲ παρακαλοῦντες, τὰ δὲ ἐπιτιμῶντες, τὰ δὲ καὶ δυσωποῦντες

συνῆκεν αὐτοὺς καὶ σύμφωνα ἀποφήνασθαι τῇ συνόδῳ πάσῃ. προσεκαρτεροῦμεν δὲ ἐὰν ἄρα ἀκούσωσιν, ἐὰν ἄρα συνῶσι καὶ ἐνδῶσιν· ὡς δὲ ἐπὶ πολλῷ τῷ χρόνῳ προσκαρτερήσαντες ἡμεῖς, οὐκ ἐδυσωποῦμεν αὐτοὺς ἀκολουθεῖν ταῖς περὶ τοῦ προειρημένου ἀνδρὸς ἀποφάσεσι, τὸν κανόνα τῆς ἐκκλησίας τιμιώτερον ἡγούμενοι τῆς φιλίας τῶν ἀνδρῶν, ὡρίσαμεν κατ' αὐτῶν ἀκοινωνησίαν. χρόνον εἰς τοῦτο διδόντες αὐτοῖς μῆνας ὅλους ἕξ, πρὸς ἐπιστροφὴν καὶ μετάνοιαν, καὶ πρὸς ἐπιθυμίαν ἑνώσεως καὶ συμφωνίας τῆς πρὸς τὴν σύνοδον· ἐὰν εἴσω τῆς δοθείσης αὐτοῖς προθεσμίας ἐπιστρέψαντες, ἕλωνται τὴν πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῶν ὁμόνοιαν, καὶ συνθῶνται τοῖς περὶ αὐτοῦ ὁρισθεῖσι, δεκτοὺς αὐτοὺς εἶναι τῆς ἐκκλησίας ἐδοκιμάσαμεν, καὶ ἐν ταῖς συνόδοις, καὶ τὴν οἰκείαν παρρησίαν καὶ ἀγάπην πρὸς ἡμᾶς ἀπολαμβάνειν. εἰ δὲ ἐπιμένοιεν ἀμεταμέλητα τολμῶντες, καὶ φιλίαν ἀνθρώπων τῶν κανόνων τῆς ἐκκλησίας καὶ τῆς πρὸς ἡμᾶς συμφωνίας προτιμήσαντες, τότε ἀλλοτρίους αὐτοὺς ἡγούμεθα τῆς ἐπισκοπικῆς ἀξίας. καθαίρεσιν δὲ αὐτῶν ὑπομενόντων, ἀναγκαῖον εἰς τοὺς τόπους αὐτῶν ἑτέρους καθίσαι ἐπισκόπους, ἵνα ἡ ἔνθεσμος ἐκκλησία τὴν προσήκουσαν τάξιν λαβοῦσα συμφωνῇ πρὸς ἑαυτήν, τῶν πανταχόθεν ἐπισκόπων τὸν σύνδεσμον τῆς ἀγάπης φυλαττόντων, διὰ τοῦ λέγειν τὰ αὐτά, κατηρτισμένους τῷ αὐτῷ νοῒ καὶ τῇ αὐτῇ γνώμῃ· ἵνα οὖν γινώσκῃς τὰ τῇ συνόδῳ δόξαντα, ταῦτα πρὸς τὴν σὴν εὐλάβειαν ἐπεστείλαμεν· ἅπερ εὐχόμεθά σε διαφυλάττοντα, χάριτι χριστοῦ εἰρηνικῶς καὶ ἐνθέσμως κυβερνᾶν τὰς ὑπὸ σὲ ἐκκλησίας.

## Κεφ. κθ'.

Ποία πρόφασις τοὺς εὐνομιανοὺς τῶν ἀρειανῶν ἀπεσχοίνισεν.

ΤΟῦτον εὐνόμιος ἐν τοῖς λόγοις ἐξαίρει, καὶ θεοῦ ἄνθρωπον ὀνομάζει, καὶ παμπόλλαις εὐφημίαις γεραίρει· ἀλλὰ τότε καὶ τοῖς ἀποκηρύξασι συνῆν, καὶ παρ' αὐτῶν τὴν ἐπισκοπικὴν χειροτονίαν ἐδέξατο· (4) οἱ δὲ περὶ εὐδόξιον καὶ ἀκάκιον τοῖς ἐκτεθεῖσιν ἐν νίκῃ τῆς θρᾴκης συνθέμενοι, ὧν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν συγγραφεῖσιν ἐμνήσθημεν, ἀντὶ τῶν περὶ βασίλειον καὶ ἐλεύσιον, ἑτέρους ἐν ταῖς ἐκείνων ἐκκλησίαις ἐχειροτόνησαν. καὶ τῶν μὲν ἄλλων περιττὸν ἡγοῦμαι μνησθῆναι· μόνα δὲ τὰ κατ' εὐνόμιον διηγή-

A Synodo concordem ſententiam promerent. Diuq; ſuſtinuimus, an forte audire, an intelligere ac flecti vellent. Sed cùm longo tempore inſtantibus nobis ipſi minime flecterentur, nec prolatam in ſupradictum virum ſententiam ſequi vellent: Eccleſiæ regulam amicitiæ illorum præferendam eſſe ducentes, eos à communione alienos eſſe decrevimus: conceſſo eis ſex menſium ſpatio ad emendationem ac pœnitentiam, & ob amorem unitatis conſenſionisq; cum ſynodo. Ac ſi quidem intra tempus ipſis indultum correcti, concordiam cum fratribus ſuis
B elegerint, & iis quæ de Aetio decreta ſunt, conſenſum præbuerint, ab Eccleſiis ſuſcipiantur, & in ſynodis priſtinam auctoritatem charitatemq; erga nos recuperent. Si vero perſtiterint abſque ullo pœnitentiæ ſenſu temeraria facinora admittentes, & hominum amicitias Eccleſiæ regulis & mutuæ nobiſcum concordiæ prætulerint, tunc alienos ab Epiſcopali dignitate eos eſſe cenſemus. His porro depoſitis, alii in eorum locum neceſſario erunt ſubſtituendi, ut legitima Eccleſia competentem ordinem recipiens, ſecum ipſa conſentiat: cunctis ubique Epiſcopis
C charitatis vinculum ſervantibus, eadem dicendo, & in unam eandemque ſententiam ac voluntatem conſpirantibus. Ut igitur ſcias, quæ à ſynodo decreta ſunt, hæc ad tuam pietatem perſcripſimus: orantes, ut iſta cuſtodiens, Eccleſias tibi ſubjectas per gratiam Chriſti pacate ac legitime gubernes.

## Cap. XXIX.

*Qua occaſione Eunomiani ab Arianis dirempti fuerint.*

D PORRO hunc Aetium Eunomius in libris ſuis extollit, & hominem Dei appellat, & quamplurimis exornat laudibus. Atq; is quidem cum illis ipſis à quibus damnatus eſt, eo tempore familiariter verſabatur, & Epiſcopalem ordinationem ab iisdem ſuſcepit. Eudoxius vero & Acacius cum reliquis ejusdem factionis, qui expoſitioni fidei apud Nicen in Thracia factæ, cujus ſupra meminimus, conſenſerant, Baſilii & Eleuſii loco alios in eorum Eccleſiis ordinarunt. Ac de aliis quidem ſuperfluum eſſe arbitror commemorare. Ea vero ſola, quæ ad Eunomium pertinent, exponam. Cùm ſuperſtite adhuc



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

El euſio Eunomius Epiſcopatum Cyzi- A cenum invaſiſſet, Eudoxius qui & Cyzicenæ plebis ſanam fidem probe noBerat, & Imperatorem indignari ſciebat adverſus eos qui unigenitum Dei Filium creatum eſſe dicerent, monuit Eunomium, ut ſententiam ſuam occultaret, nec eam illis aperiret qui accuſandi cauſas rimabantur. Opportunum enim ajebat tempus nacti, ea quæ nunc occultamus prædicabimus. Et ignaros quidem docebimus: contradicentes vero aut verbis flectemus, aut vi cogemus, aut pœnâ afficiemus. His monitis obſecutus Eunomius, obſcuritate verborum involutam impietatem ſuam prædicare inſtituit. Sed qui Divinis B litteris apprime erant imbuti, cùm in illis ſermonibus latentem fraudē animadverterent, ægre quidem ferebant: palam vero contradicere, audaciæ potius quam prudentiæ eſſe exiſtimabant. Hæreticorum igitur ſpecie domum ad eum veniunt, rogantque, ut dogmatis ſui veritatem aperte ipſis exponeret, nec pateretur ipſos diſcrepantibus doctrinis huc & illuc circumferri. Tum ille aſſumptâ fiduciâ, opinionem quam celabat aperuit. At illi iniquum & prorſus impium facinus eſſe dixerunt, ſi non & reliqui omnes quibus præerat, ejus veritatis fierent participes. His ac ſi- C milibus verbis inductus Eunomius, in concionibus Eccleſiaſticis blaſphemiam ſuam evulgavit. Tunc vero illi, zelo fidei ſuccenſi Conſtantinopolim pergunt. Ac primum quidem Eunomium apud Eudoxium accuſarunt. Deinde cùm ille accuſationem non admitteret, Imperatorem adierunt, labem ab Eunomio invectam deplorantes. Ea enim quæ ab iſto dicerentur, Arii blaſphemiam atque impietatem longe ſuperare ajebant. Hanc ob cauſam indignatus Imperator, Eudoxio præcepit D ut Eunomium ad ſe accerſeret, & convictum ſacerdotio privaret. Sed cùm Eudoxius, licet ſæpius ab accuſatoribus interpellatus, moras nectere perſeveraret, rurſus illi Imperatorem convenerunt, querentes ac vociferantes nihil eorum quæ imperata fuiſſent, Eudoxium præſtitiſſe; ſed tantam civitatem, quæ Eunomii blaſphemiis expoſita eſſet, ab illo negligi. Tunc Conſtantius Eudoxio ipſi exilium minatus eſt, niſi Eunomium ad cauſam dicendam evocaret, & de objectis criminibus convictum pœna afficeret. Quibus

A σομαι. ἐπειδὴ γὰρ ζῶντος ἐλευσίου τὴν κύζικον ἔλαβεν ὁ εὐνόμιος, καὶ τοῦ πλήθους τὴν ὑγείαν ὁρῶν ὁ εὐδόξιος, καὶ τὸν βασιλέα θεώμενος χαλεπαίνοντα κατὰ τῶν κεκτίσθαι λεγόντων τὸν μονογενῆ τοῦ θεοῦ υἱόν, τῷ εὐνομίῳ παρῄνεσε κατακρύψαι τὸ φρόνημα, καὶ μὴ δηλῶσαι τοῦτο τοῖς θηρωμένοις κατηγορίας πρόφασιν. καιροῦ γὰρ ἐπιτετυχηκότες, κηρύξομεν ἃ νῦν κατακρύπτομεν, καὶ τοὺς ἀγνοοῦντας διδάξομεν, καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἢ πείσομεν, ἢ καταναγκάσομεν, ἢ κολάσομεν. ταύταις πειθόμενος ταῖς ὑποθήκαις ὁ εὐνόμιος, συνεσκιασμένην προσέφερε τὴν ἀσέβειαν. ἀλλ' οἱ τοῖς θείοις ἐντρα- B φέντες λογίοις, τῶν λεγομένων ὁρῶντες τὸ ὕπουλον, ἐδυσχέραινον μέν. ἀντιλέγειν δὲ προφανῶς, θρασύτητος ἔργον οὐκ ἀγχινοίας ἐνόμιζον. τῆς οὖν αἱρετικῆς κακοδοξίας περιθέμενοι προσωπεῖα, οἴκοι προσελθόντες ἱκέτευον, προφανῶς σφίσιν ἐκθέσθαι τοῦ δόγματος τὴν ἀλήθειαν, καὶ μὴ περιιδεῖν τῇδε κἀκεῖσε ταῖς διαφόροις περιφερομένους διδασκαλίαις. ὁ δὲ, θαρσήσας ἐξέφηνεν ὃ κατέκρυπτε φρόνημα. ἀλλὰ γὰρ ἄδικον ἔλεγον ἐκεῖνοι καὶ λίαν ἀνόσιον, μὴ ἅπαντας τοὺς ὑπ' αὐτὸν τελοῦντας τῆς ἀληθείας μετασχεῖν. ὁ δὲ αὐτίκα τούτοις καὶ τοῖς τοιούτοις C ὑπαχθεὶς λόγοις, ἐν τοῖς τῆς ἐκκλησίας συλλόγοις τὴν βλασφημίαν ἐγύμνωσεν. ἐκεῖνοι δὲ τῷ ζήλῳ τὰς ψυχὰς παραθήξαντες, εἰς τὴν κωνσταντινούπολιν ἔδραμον. καὶ πρῶτον μὲν, παρ' εὐδοξίῳ ἐγράψαντο τὸν εὐνόμιον· ἐκείνου δὲ μὴ προσδεξαμένου, τῷ βασιλεῖ προσελθόντες, τὴν παρ' ἐκείνου γιγνομένην ἀπωδύροντο λώβην. τῆς ἀρείου γὰρ ἔλεγον βλασφημίας δυσσεβέστερα εἶναι τὰ παρὰ τούτου λεγόμενα. θυμωθεὶς ἐπὶ τούτοις ὁ βασιλεὺς, ἀγαγεῖν D τὸν εὐνόμιον τῷ εὐδοξίῳ προσέταξε, καὶ διελεγχόμενον τῆς ἱερωσύνης γυμνῶσαι. ἐπειδὴ δὲ πολλάκις ὑπὸ τῶν κατηγόρων ὀχλούμενος ὁ εὐδόξιος ἀναδυόμενος διετέλει, προσῆλθον πάλιν τῷ βασιλεῖ, ὀλοφυρόμενοι καὶ βοῶντες, μηδὲν ὧν προσετάχθη τὸν εὐδόξιον δεδρακέναι, ἀλλὰ πόλιν τοσαύτην περιορᾶν ταῖς εὐνομίου βλασφημίαις ἐκδεδομένην. ὁ τε κωνστάντιος αὐτὸν ἐξελάσειν ἠπείλησε τὸν εὐδόξιον, εἰ μὴ τὸν εὐνόμιον ἀγαγὼν δικάσοι, καὶ ἐξελεγχόμενον ἐφ' οἷς ἠπάθη κολάσοι. ταύτην δείσας τὴν ἀπειλὴν ὁ εὐδόξιος, φυγεῖν ἐκ

τῆς Κυζίκου τῷ Εὐνομίῳ διὰ γραμμάτων ἐδήλωσε, καὶ ἑαυτῷ μέμφεσθαι μὴ πεισθέντι ταῖς ὑποθήκαις. ὁ δὲ Εὐνόμιος, δείσας μὲν ὑπεχώρησε· τὴν δὲ ἀτιμίαν οὐκ ἐνεγκὼν, προδοσίαν μὲν κατηγόρει τοῦ Εὐδοξίου. ἠδικῆσθαι δὲ καὶ ἑαυτὸν καὶ τὸν Ἀέτιον ἔλεγεν. ἐντεῦθεν λοιπὸν ἰδίαν φρατρίαν συνεστήσατο. ὅσοι γὰρ δὴ συνίστορες ἦσαν τῆς ἐν τοῖς δόγμασιν αὐτῶν συμφωνίας, Εὐδοξίου μὲν ἀπέστησαν, προδοσίαν καταγνωκότες· Εὐνομίῳ δὲ συνετάχθησαν, καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἐξ ἐκείνου μέχρι καὶ τήμερον ἔχουσιν. ἐντεῦθεν αἱρέσεως ἀρχηγὸς γενόμενος ὁ Εὐνόμιος, ταῖς τῆς ἀσεβείας προσθήκαις τὴν Ἀρείου βλασφημίαν ἐπηύξησεν. ὅτι δὲ πάθει φιλοτιμίας δουλεύων ἴδιον συνεστήσατο σύλλογον, αὐτὰ τὰ πεπραγμένα βοᾷ. ἡνίκα μὲν γὰρ Ἀέτιος ἀποκηρυχθεὶς ἐξηλάθη, οὐ συνεξῆλθεν ἐκείνῳ, καίτοι διδάσκαλον αὐτὸν καὶ θεοῦ ἄνθρωπον ὀνομάζων, ἀλλὰ μεμένηκεν Εὐδοξίῳ συμπεφραγμένος. ἡνίκα δὲ ὁ αὐτὸς δίκας εἰσεπράχθη τῆς ἀσεβείας, οὐκ ἔστερξε τῆς συνόδου τὴν ψῆφον. ἀλλ᾽ ἐπισκόπους ἐχειροτόνει καὶ πρεσβυτέρους, ὁ τῆς ἐπισκοπικῆς ἀξίας γεγυμνωμένος. ταῦτα μὲν οὖν ἐν Κωνσταντινουπόλει γεγένηται.

A minis perterritus Eudoxius, Eunomio per litteras ſignificavit, ut Cyzico excederet, ſibique ipſi imputaret, quod monitis non paruiſſet. Eunomius igitur metu perculſus, ſubduxit ſe quidem. Sed ignominiam iniquo animo ferens, Eudoxium proditionis accuſavit; ſeq; & Aetium injuria affectum eſſe dixit. Atque ex eo tempore propriam ſectam conſtituit. Quotquot enim conſenſionis illorum in fidei doctrina conſcii erant, ab Eudoxio quidem receſſerunt, proditionem ejus damnantes: Eunomio vero ſeſe adjunxerunt, & ex ejus nomine Eunomiani etiamnum appel- B lantur. Abhinc Eunomius propriæ hæreſis auctor factus, Arii blaſphemiam nova impietatis acceſſione cumulavit. Cæterum ambitione & inanis gloriæ ſtudio impulſum propriam ſectam illum condidiſſe, res ipſa indicat. Nam cùm Aetius damnatus atque ejectus eſt, ipſe cum illo abire noluit, tametſi magiſtrum & hominem Dei eum appellaret: ſed manſit conjunctus cum Eudoxio. Poſtquam vero impietatis pœna ipſe affectus eſt, ſynodi ſententiæ non acquievit: ſed Epiſcopos ac presbyteros ordinavit, ipſe Epiſcopali dignitate exutus. Et hæc quidem geſta ſunt Conſtantinopoli.

C

## Κεφ. λ'.

Περὶ τῆς πολιορκίας Νισίβεως πόλεως, καὶ τῆς Ἰακώβου τοῦ ἐπισκόπου ἀποστολικῆς πολιτείας.

ΣΑβώρου δὲ τοῦ Περσῶν βασιλέως κατὰ Ῥωμαίων στρατεύσαντος, ἀφίκετο εἰς τὴν Ἀντιόχειαν ὁ Κωνστάντιος, ἀγείρας τὴν στρατιάν. ἐξήλασε δὲ τοὺς πολεμίους οὐχ ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατὸς, ἀλλ᾽ ὁ τῶν παρὰ Ῥωμαίοις εὐσεβούντων θεός. τὸν δὲ τῆς νίκης τρόπον ἐγὼ διηγήσομαι. Νίσιβις, ἣν Ἀντιόχειαν Μυγδονίας τινὲς ὀνομάζουσιν, ἐν μεθορίῳ κεῖται τῆς Περσῶν καὶ Ῥωμαίων ἡγεμονίας. ταύτης ἐπίσκοπος ἦν καὶ πολιοῦχος καὶ στρατηγὸς Ἰάκωβος, οὗ καὶ πρόσθεν ἐμνήσθην. τῆς δὲ ἀποστολικῆς χάριτος τὰς ἀκτῖνας ἀπ᾽ αὐτοῦ ἠφίει. τούτου τὰς ἀξιαγάστους καὶ πολυυμνήτους θαυματουργίας ἐν τῇ Φιλοθέῳ ἱστορίᾳ συγγράψας, περιττὸν οἶμαι καὶ πάρελκον αὖθις ταύτας ἀπαριθμήσασθαι. μίαν δὲ μόνην ἐρῶ, τοῦ προκειμένου ἕνεκα διηγήματος. Τὴν ὑπὸ τούτου κυβερνωμένην πόλιν Ῥωμαίοις ὑποκειμένην ὁ Περσικὸς ἐπολιόρκει στρατός. ἑβδο-

## Cap. XXX.

*De obſidione Niſibis: & de Apoſtolica converſatione Jacobi Epiſcopi.*

INTEREA vero cùm Perſarum rex Sapor Romanis bellum intuliſſet, Conſtantius collecto exercitu Antiochiam perrexit. Hoſtes vero profligavit, non exercitus Romanorum, ſed piorum hominum apud Romanos degentium Deus. Quonam autem modo victoria contigerit, hic exponam. Niſibis quam nonnulli Antiochiam Mygdoniæ appellant, urbs eſt in con- D finio Imperii Perſarum ac Romanorum ſita. Hujus Epiſcopus & ſervator & Dux erat Jacobus, cujus antea memini: qui Apoſtolicæ gratiæ radiis coruſcabat. Cujus ſtupenda & celeberrima miracula, cùm jam antea in Philotheo hiſtoria expoſuerim, ſuperfluum nunc arbitror & minime neceſſarium, eadem denuo commemorare. Unum duntaxat quod ad præſens inſtitutum pertinet, narrabo. Urbem cui ille præerat, Romanis tunc ſubditum, Perſarum exercitus obſidebat. Cumque



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſeptuaginta jam dies in obſidione conſumpſiſſet, multaſque teſtitudines muris admoviſſet, & alias circumquaque machinas conſtruxiſſet, vallum denique ac foſſas duxiſſet, urbem tamen capere non poterat. Tandem Perſæ aquis fluvii qui mediam urbem interfluit: is vulgo Migdonius vocatur: longe ſupra urbem retentis, & ripis utrinque exaggeratis & in maximam altitudinem ſublatis, ut fluxum aquæ cohiberent; poſtquam immenſam aquarum copiam viderunt, adeo ut ſupra aggerem exundaret, repente eam in muros velut arietem immiſerunt. Cujus impetus violentiam, cùm murus ſuſtinere non potuiſſet, inclinatus corruit. Idem quoque contigit alteri murorum parti, qua Migdonius fluvius erupit. Nam & illa impetum aquæ non ferens, ſubverſa eſt. Quibus viſis Sapor jam ſperabat ſe citra pugnam urbe eſſe potiturum, ac die quidem illo quievit, ut limus ſiccaretur, utque fluvius vado tranſiri poſſet. Poſtera autem die omnibus copiis urbem aggreſſus, cùm per ſubverſas murorum partes intraturum ſe in urbem ſperaret, murum utrinque inſtauratum videt, & laborem à ſe fruſtra ſuſceptum fuiſſe. Nam Divinus ille vir, cùm precationis ſuæ virtute militum ac reliquorum civium animos roboraſſet, & murum ædificavit, & impoſitis ei machinis irruentes hoſtes repulit. Atque hæc perfecit, non ad murum propius accedendo, ſed intra Eccleſiam, univerſorum Deum ac Dominum deprecando. Porro Saporem non ſola ſubſtructionis celeritas obſtupefecit, ſed aliud quoque viſum exterruit. Vidit enim ſtantem in muro quendam imperiali cultu ornatum, & purpuræ ac diadematis fulgorem eminus radiantem conſpexit. Cumque Imperatorem Romanorum eum eſſe conjiceret, mortem minatus eſt iis, qui procul abeſſe illum nuntiaverant. Illis contra affirmantibus vera eſſe quæ dixiſſent, & Conſtantium Antiochiæ morari aſſerentibus, intellexit quid viſum illud ſignificaret, Deumque pro Romanis pugnare dixit. Et indignatus, miſer ſagittam in cœlum conjecit, gnarus quidem feriri non poſſe eum qui corporis expers eſſet, ſed furoris violentia abreptus. Tunc vero admirandus Ephrem, qui apud Syros præſtantiſſimus fuit ſcriptor, Divinum Jacobum rogavit, ut in murum conſcen-

A μήκοντα δὲ προσεδρεύσας ἡμέρας, καὶ πολλὰς μὲν ἑλεπόλεις τῷ τείχει προσενεγκὼν, πολλὰ δὲ ἕτερα μηχανήματα περιστήσας, καὶ χαρακώματα καὶ τάφρους ὀρύξας, ἑλεῖν τὴν πόλιν οὐκ ἴσχυεν. ὕστερον δὲ τοῦ ποταμοῦ τὸ ῥεῖθρον ὃς μέσην διατέμνει τὴν πόλιν, μυγδόνιος δὲ ὄνομα τούτῳ, πόρρωθεν ἐπισχὼν, καὶ τὰς ὄχθας ἑκατέρωθεν προσχώσας, καὶ ὑψηλὰς ἐργασάμενος, ἵνα τὸ ῥεῦμα συνέχωσιν, ὡς εἶδε πάμπολυ γενόμενον, καὶ λοιπὸν ὑπερεκβλύζον τὸ χῶμα, ἐξαπιναίως ἀφῆκε κατὰ τοῦ τείχους ὡς μηχανήν. τὸ δὲ οὐκ ἤνεγκε σφοδροτάτην οὖσαν τὴν προσ- B βολὴν, ἀλλ' ἐκλίθη τε καὶ κατέπεσε. ταὐτὸ δὲ πάθος καὶ τὸ ἕτερον τοῦ περιβόλου μέρος ὑπέμεινε, δι' οὗ τὴν ἔξοδον ὁ μυγδόνιος εἶχε. κατηνέχθη γὰρ τὴν ῥύμην οὐκ ἐνεγκόν ταῦτα σαφῶς ἰδὼν, ἤλπισεν ἀκονιτὶ λοιπὸν τοῦ ἄστεος περιέσεσθαι. καὶ τὴν μὲν ἡμέραν ἐκείνην ἡσύχασεν, ὥστε καὶ τὸ τέλμα διαβανθῆναι, καὶ τὸν ποταμὸν γενέσθαι βατόν. πανστρατιᾷ δὲ προσβαλὼν τῇ ὑστεραίᾳ, καὶ προσδοκῶν διὰ τῶν καταπεπτωκότων τοῦ τείχους εἰσιέναι μερῶν, ὁρᾷ τὸ τεῖχος ἑκατέρωθεν ᾠκοδομημένον, καὶ μάταιον αὐτῷ C τὸν πόνον γεγενημένον. ὁ γὰρ θεῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ, διὰ προσευχῆς καὶ τοὺς στρατιώτας δυνάμεως ἐμπλήσας καὶ τοὺς ἄλλους οἰκήτορας, τό τε περίβολον ᾠκοδόμησε, καὶ τὰ μηχανήματα ἐπιστήσας, τοὺς προσιόντας ἐξήλασε. καὶ ταῦτα ἔδρα οὐ τῷ τείχει πελάζων, ἀλλ' ἔνδον ἐν τῷ θείῳ νεῷ τὸν θεὸν ἀντιβολῶν. τὸν δὲ σαβώρην οὐ μόνον τῆς οἰκοδομίας τὸ τάχος κατέπληξεν, ἀλλὰ καὶ ἑτέρα ὄψις ἐξεδειμάτωσεν. εἶδε γὰρ ἐφεστῶτα τῷ περιβόλῳ τινὰ τὸ βασιλικὸν περικείμενον σχῆμα, καὶ τῆς τε ἁλουργίδος τοῦ τε διαδήματος τὴν αἴγλην ἐκπεμπομένην. τοπάσας δὲ εἶναι τῶν ῥωμαίων τὸν βασιλέα, θάνα- D τον ἠπείλησε τοῖς μὴ παρεῖναι τοῦτον ἀπηγγελκόσιν. ἰσχυριζομένων δὲ ἐκείνων ἀληθῆ εἶναι τὰ παρ' αὐτῶν εἰρημένα, καὶ τὸν κωνστάντιον ἐν ἀντιοχείᾳ διάγειν εἰρηκότων, ἐπέγνω τῆς ὄψεως τὰ μηνύματα, καὶ τὸν θεὸν ἔφη τῶν ῥωμαίων ὑπερμαχεῖν. καὶ δυσχεράνας ὁ δείλαιος, βέλος ἀφῆκεν εἰς τὸν ἀέρα. εἰδὼς μὲν ὡς οὐ βαλεῖ τὸν ἀσώματον, τῆς δὲ μανίας τὴν ῥύμην οὐκ ἐνεγκών. τότε ἐφραίμ ὁ θαυμάσιος, συγγραφεὺς δὲ οὗτος ἄριστος παρὰ σύροις ἐγένετο, τὸν θεῖον ἰάκωβον ἠντιβόλησεν ἐπιβῆναι τοῦ τείχους,

καὶ τοὺς βαρβάρους ἰδεῖν, καὶ τῆς ἱερᾶς κατ' αὐτῶν ἀφιέναι τὰ βέλη. εἴξας δὴ οὖν ὁ θεσπέσιος ἄνθρωπος, ἀνέβη μὲν εἰς ἕνα πύργον. τὸ δὲ μυρίον πλῆθος ἰδὼν, ἄλλην μὲν οὐκ ἀφῆκεν ἀρὰν· σκνίπας δὲ αὐτοῖς ἐξήτησεν ἐπιπεμφθῆναι καὶ κώνωπας, ὥστε καὶ διὰ τῶν μικρῶν ζωυφίων τοῦ σφίσιν ἐπαρκοῦντος ἐπιγνῶναι τὴν δύναμιν. εἵπετο δὲ τῇ εὐχῇ τῶν σκνιπῶν καὶ τῶν κωνώπων τὰ νέφη. καὶ τῶν μὲν ἐλεφάντων τὰς προνομαίας αὐλοειδεῖς πεφυκυίας ἐπλήρουν· τῶν δὲ ἵππων καὶ τῶν ἄλλων κτηνῶν, τά τε ὦτα καὶ τὰς ῥῖνας. τὰ δὲ φέρειν οὐ δυνάμενοι τῶν ζωυφίων τὴν προσβολὴν, τούς τε ῥυτῆρας ἀπέρ-B ρηξαν καὶ τοὺς ἐποχουμένους κατήνεγκαν. καὶ τήν τε τάξιν συνέχεον, τό τε στρατόπεδον καταλιπόντες, ἔφυγον κατακράτος. οὕτως ὁ τρισάθλιος βασιλεὺς, τῇ μικρᾷ καὶ φιλανθρώπῳ παιδείᾳ τοῦ τῶν εὐσεβούντων προμηθουμένου θεοῦ μεμαθηκὼς τὴν ἰσχὺν, ἀνέζευξεν ἐκεῖθεν, αἰσχύνην οὐ νίκην ἐκ τῆς πολιορκίας δρεψάμενος.

## Κεφ. λα'.

Περὶ τῆς ἐν ἀντιοχείᾳ γεγενημένης συνόδου, καὶ τῶν κατὰ τὸν ἅγιον μελέτιον αὐτόθι συμβάντων.

ΚΑτὰ τοῦτον δὲ τὸν χρόνον ὁ κωνστάντιος ἐν ἀντιοχείᾳ διέτριβε. τῆς δὲ ἀνακωχῆς γενομένης καὶ τοῦ περσικοῦ πολέμου παυσαμένου, πάλιν ἐπισκόπους συνήθροισεν, ἀρνηθῆναι πάντας καὶ τὸ ὁμοούσιον ἀναγκάζων καὶ τὸ ἑτεροούσιον. εὐδοξίου δὲ μετὰ λεόντιον ἐκεῖνον τὸν θρόνον ἁρπάσαντος, εἶτα ἐξελαθέντος, καὶ μετὰ πολλὰς συνόδους τὴν κωνσταντινούπολιν παρανόμως κατεσχηκότος, ἡ ἀντιοχέων ἐκκλησία ποιμένος ἐστέρητο. τότε δὴ οὖν οἱ συνεληλυθότες ἐπίσκοποι πολλοὶ δὲ ἦσαν πάντοθεν συνειλεγμένοι. χρῆναι ἔλεγον προβληθῆναι πρότερον τῇ ποίμνῃ νομέα, εἶθ' οὕτω κοινῇ σὺν ἐκείνῳ περὶ τῶν δογμάτων βουλεύσασθαι. κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν μελέτιος ὁ θεσπέσιος πόλιν τινὰ τῆς ἀρμενίας ἰθύνων, εἶτα τῶν ἀρχομένων τὸ δυσήνιον δυσχεράνας, ἡσυχίαν ἦγεν, ἑτέρωθι διατρίβων. τοῦτον ὑποτοπήσαντες οἱ τῆς ἀρείου συμμορίας ὁμόφρονα εἶναι καὶ κοινωνὸν τῶν δογμάτων, ἐξήτησαν τὸν κωνστάντιον, τούτῳ τῆς ἀντιοχέων ἐκκλησίας παραδοῦναι τὰς ἡνίας. πάντα γὰρ νόμον παρέβαινον ἀδεῶς, κρατῦναι πειρώμενοι τὴν

A dens, barbaros adſpiceret & imprecationis tela in eos immitteret. Cui obſecutus admirabilis ille vir, in quandam turrim conſcendit. Viſaque innumerabili hominum multitudine, nullũ aliud malum iis imprecatus eſt: ſed oravit tantum, ut cinifes & culices in eos immitterentur, ut ex minutis animalculis, ejus qui ipſis auxiliabatur potentiam cognoſcerent. Orationem Jacobi nubes cinifum & culicum protinus excepére. Et Elephantorum quidem proboſcides inſtar tuborum cavas: equorum vero & reliquorum jumentorum aures ſimul ac nares complevérunt. Qui cùm hujusmodi animalculorum impetum ſuſtinere non poſſent, abruptis loris ſeſſores ſuos excutere cœperunt, & ordines conturbarunt: relictoque exercitu, totis viribus conciti in fugam ſe dederunt. Ita rex infeliciſſimus: cùm Dei piis hominibus proſpicientis vim ac virtutem hac modica clementi caſtigatione didiciſſet, receſſit inde, ignominiam ex obſidione referens non victoriam.

## Cap. XXXI.

*De Synodo Antiochiæ celebrata, & de his quæ ſancto Meletio illic contigerunt.*

C EO tempore Conſtantius Antiochiæ morabatur. Qui reparatis induciis finitoque Perſico bello, Epiſcopos iterum congregavit, cunctosque, tam conſubſtantialis, quam diverſæ ſubſtantiæ vocabula rejicere coegit. Erat tunc Antiochena ſedes paſtore deſtituta, cùm Eudoxius qui poſt Leontium Antiochenam ſedem occupaverat, inde expulſus fuiſſet, ac poſt multas ſynodos Conſtantinopolitan. Eccleſiam illegitime obtineret. Epiſcopi igitur, qui tum eo convenerant, erant au-D tem plurimi ex diverſis provinciis congregati, priùs quidem paſtorem gregi præficiendum eſſe dixerunt, deinde unà cum illo de doctrina fidei conſultandum. Per idem tempus Divinus Meletius cujusdam urbis in Armenia Epiſcopus, cùm gregis ſui contumaciam ferre non poſſet, alio migraverat, ibique in otio degebat. Hunc Ariani conſentire ſibi & dogmatum ſuorum participem eſſe arbitrati, petierunt à Conſtantio, ut Antiochenſis Eccleſiæ adminiſtrationem ei committeret. Cunctas enim leges audacter violabant, dum impietatem ſuã confirmare

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

niterentur: & legum transgreſſio, fun- A
damentum illis erat blaſphemiæ. Hu-
juſmodi certe multa multis in locis in-
novarunt. Apoſtolicorum vero dog-
matum defenſores, quibus magni Me-
letii & ſanitas doctrinæ & vitæ ſancti-
tas, & virtutum copia probe cognita
erat, conſenſum præbuerunt; ſum-
moque ſtudio curarunt, ut decretum
ea de re perſcriberetur & cunctorum
ſubſcriptionibus firmaretur. Atque
id decretum, tum hi, tum illi, tan-
quam commune pactum, Euſebio Sa-
moſatenſi Epiſcopo ſervandum tradi-
derunt, generoſo veritatis propugna-
tori. Cumque magnus Meletius ac- B
ceptis Imperialibus litteris adveniſſet,
univerſi Epiſcopi obviam ei proceſſe-
runt: ſed & reliqui Eccleſiæ ordines &
univerſa populi multitudo obviam oc-
currerunt. Aderant etiam Judæi ac
Gentiles, celeberrimum illum Mele-
tium videre cupientes. Imperator ve-
ro, & illum & alios qui dicendi facul-
tate præſtabant, hortatus eſt, ut ver-
ba illa: Dominus creavit me initium
viarum ſuarum ad opera ſua: populo
exponerent. Et ſingulorum dicta à
Notariis excipi juſſit, ita futurum cre-
dens, ut accuratior expoſitio à ſingulis C
afferretur. Ac primus quidem Geor-
gius Laodicenus Epiſcopus, hæreticum
virus evomuit. Poſt hunc Acacius E-
piſcopus Cæſarienſis, mediam quan-
dam protulit expoſitionem: quæ ab il-
lorũ quidem blaſphemia diſtabat plu-
rimum, puram tamen ac ſinceram A-
poſtolicæ doctrinæ notam haudqua-
quam retinebat. Tertius demum ſur-
rexit magnus Meletius, & quænam eſ-
ſet recta Theologiæ regula demonſtra-
vit. Ad veritatem enim tanquam ad
amuſſim cuncta dirigens, ne quid plus,
neve minus juſto diceret, cavit. Cum-
que ingens plauſus & acclamatio multi-
tudinis ſecuta eſſet, cunctique illum D
orarent, ut compendiariam ipſis doctri-
nam traderet, oſtenſis tribus digitis, ac
deinde duobus compreſſis unoq; ut e-
rat relicto, memorabilem illam protulit
ſententiam. Tria ſunt quæ intelligun-
tur: ſed tanquam unum alloquimur. Ve-
rum ii quorum animos Ariana labes in-
fecerat, adverſus hanc doctrinam lin-
guas ſuas exacuerunt, & calumniã texu-
erunt Divino Meletio, quaſi is Sabellii
dogma ſequeretur. Et Euripo illo, qui
huc atque illuc temere ferebatur, in
ſententiam ſuam pertracto, effecerunt

ἀσέβειαν καὶ τῶν θεσμῶν ἡ παράβασις, ὑποβάθρα τῆς βλασφημίας ἐγένετο. πολλὰ δὲ τοιαῦτα πολλαχοῦ γῆς ἐνεόχμωσαν. οἱ δὲ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων ἀντεχόμενοι, τοῦ μεγάλου μελετίου καὶ τὴν ἐν τοῖς δόγμασιν ὑγείαν εἰδότες, καὶ μέντοι καὶ τὴν τοῦ βίου λαμπρότητα, καὶ τῆς ἀρετῆς τὸν πλοῦτον σαφῶς ἐπιστάμενοι, συνεψηφίσαντο καὶ τὸ ψήφισμα γραφῆναι, καὶ παρὰ πάντων ὑπογραφῆναι μετὰ πλείστης ὅτι μάλιστα σπουδῆς παρεσκεύασαν. τοῦτο δέ γε καὶ οὗτοι κἀκεῖνοι οἷόν τινα συνθήκην κοινὴν, εὐσεβίῳ τῷ σαμοσάτων ἐπισκόπῳ φυλάττειν ἔδοσαν, ἀνδρὶ γενναίῳ τῆς ἀληθείας ἀγωνιστῇ. ἐπειδὴ δὲ βασιλικὴν δεξάμενος κλῆσιν ἧκεν ὁ μέγας μελέτιος, ὑπήντησαν μὲν ἅπαντες οἱ τῆς ἱερωσύνης μετειληχότες· ὑπήντησαν δὲ καὶ οἱ ἄλλοι τῆς ἐκκλησίας χοροὶ, καὶ ἅπαν τὸ τῆς πόλεως πλῆθος. παρῆσαν δὲ καὶ ἰουδαῖοι καὶ ἕλληνες, τὸν πολυθρύλλητον ἰδεῖν μελέτιον ἱμειρόμενοι. ὁ δὲ βασιλεὺς, καὶ αὐτὸν καὶ τοῖς ἄλλοις οἳ λέγειν ἠδύναντο, τὸ, κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ, παρηγγύησεν ἀναπτύξαι τῷ πλήθει. τοὺς δὲ γράφειν εἰς τάχος πεπαιδευμένους, γράψαι προσέταξε τὰ παρ' ἑκάστου λεγόμενα, ἀκριβεστέραν ἔσεσθαι ταύτῃ τὴν διδασκαλίαν ὑπολαβών. καὶ πρῶτος μὲν ὁ λαοδικείας γεώργιος τὴν αἱρετικὴν ἐξήμεσε δυσοσμίαν· μετὰ δὲ τοῦτον ἀκάκιος ὁ καισαρείας, μέσην τινὰ διδασκαλίαν προσήνεγκεν, πλεῖστον μὲν ὅσον τῆς ἐκείνων βλασφημίας ἀφεστηκυῖαν, οὐκ ἀκραιφνῆ δὲ καὶ ἀκέραιον τὸν ἀποστολικὸν χαρακτῆρα φυλάττουσαν. τρίτος ὁ μέγας ἀνέστη μελέτιος, καὶ τοῦ τῆς θεολογίας κανόνος ὑπέδειξε τὴν εὐθύτητα. οἷον γάρ τινι στάθμῃ τῇ ἀληθείᾳ χρησάμενος, καὶ τὸ περιττὸν, καὶ τὸ ἐλλεῖπον διέφυγεν. εὐφημίας δὲ πλείστης παρὰ τοῦ πλήθους προσφερομένης, καὶ σύντομον αὐτοῖς προσενεγκεῖν ἀντιβολούντων διδασκαλίαν, τρεῖς ὑποδείξας δακτύλους, εἶτα τοὺς δύο συναγὼν καὶ τὸν ἕνα καταλιπὼν, τὴν ἀξιέπαινον ἐκείνην ἀφῆκε φωνήν. τρία τὰ νοούμενα· ὡς ἑνὶ δὲ διαλεγόμεθα. κατὰ ταύτης τῆς διδασκαλίας οἱ τὴν ἀρείου νόσον ἐν τῇ ψυχῇ περιφέροντες, τὰς γλώττας ἐκίνησαν καὶ συκοφαντίαν ἐξύφηναν, τὰ σαβελλίου φρονεῖν τὸν θεῖον εἰρηκότες μελέτιον. καὶ ἔπεισάν γε τὸν εὔριπον ἐκεῖνον καὶ τῇδε κἀκεῖσε ῥᾳδίως φερόμενον, καὶ παρεσκεύασαν

εἰς

A εἰς τὴν οἰκείαν ἐξοστρακῆσαι πατρίδα. καὶ παραυτίκα Εὐζώϊον ἀντ' ἐκείνου προὐβάλλοντο, προφανῆ τῶν Ἀρείου δογμάτων συνήγορον. σὺν Ἀρείῳ γὰρ καὶ τοῦτον διακονίας ἠξιωμένον, ὁ μέγας Ἀλέξανδρος ἀπεκήρυξεν. εὐθὺς δὴ οὖν, τὸ ὑγιαῖνον πλῆθος τοὺς τὴν νόσον εἰσδεδεγμένους ἀποκριθὲν, εἰς τὴν ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν τὴν ἐν τῇ καλουμένῃ παλαιᾷ διακειμένην ἠθροίζοντο. τριάκοντα μὲν γὰρ ἔτη μετά γε τὰς κατ' Εὐσταθίου τοῦ πανευφήμου γεγενημένας ἐπιβουλὰς, διετέλεσαν τῆς ἀρειανικῆς ἀνεχόμενοι βδελυρίας, καὶ χρηστήν τινα B μεταβολὴν προσδεχόμενοι. ἐπειδὴ δὲ εἶδον τὴν ἀσέβειαν παρ' αὐτοῖς αὐξανομένην, καὶ τοὺς μὲν τῶν ἀποστολικῶν ἀντεχομένους δογμάτων, καὶ προφανῶς πολεμουμένους, καὶ κρύβδην ἐπιβουλευομένους, καὶ τὸν μὲν θεῖον ἐξελαθέντα Μελέτιον, Εὐζώϊον δὲ τὸν τῆς αἱρέσεως προστάτην ἀντ' ἐκείνου τὴν προεδρείαν δεξάμενον, τῶν πρὸς τὸν Λὼτ ἀνεμνήσθησαν εἰρημένων. σώζων σῶζε τὴν σεαυτοῦ ψυχήν. πρὸς δὲ δὴ τούτοις, καὶ τῶν εὐαγγελικῶν νόμων, οἳ σαφῶς διαγορεύουσιν, C εἰ ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς σκανδαλίζει σε, ἔκκοψον αὐτὸν καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ. ταῦτα δὲ καὶ περὶ χειρὸς καὶ ποδὸς ὁ δεσπότης ἐνομοθέτησε, καὶ προσέθηκε. συμφέρει γάρ σοι ἵνα ἀπόληται ἓν τῶν μελῶν σου, καὶ μὴ ὅλον τὸ σῶμά σου βληθῇ εἰς γέενναν. ἡ μὲν οὖν τῆς ἐκκλησίας διαίρεσις τοῦτον τὸν τρόπον ἐγένετο.

## Κεφ. λβ΄.

### Περὶ Εὐσεβίου ἐπισκόπου Σαμοσάτων.

Εὐσέβιος δὲ ὁ θαυμάσιος οὗ καὶ πρόσθεν D ἐμνήσθην, ὁ τὸ ψήφισμα τὸ κοινὸν πιστευθεὶς, τῶν συνθηκῶν τὴν παράβασιν θεασάμενος, εἰς τὴν ἐγκεχειρισμένην ὤχετο πόλιν. οἱ δὲ τὸν ἔγγραφον ἔλεγχον ὑφορώμενοι, τὸν Κωνστάντιον ἔπεισαν ἀποστεῖλαί τινα τὸ ψήφισμα κομιούμενον. καὶ δὴ πεισθεὶς ὁ βασιλεὺς, ἀπέστειλέ τινα τῶν κατὰ τὴν πορείαν ἐναλλαττομένους ἵππους ἐλαύνειν εἰωθότα καὶ τὰς ἀποκρίσεις ὡς τάχιστα φέροντα. ἐπειδὴ δὲ ἀφίκετο καὶ τὰ παρὰ βασιλέως ἀπήγγειλεν. οὐκ ἀνέχομαι, ἔφη Εὐσέβιος ὁ θαυμάσιος, τὴν κοινὴν ἀποδοῦναι παρακαταθήκην, πρὶν ἂν ἅπαντες οἱ δεδωκότες κατὰ ταυτὸν γένοιντο.

A ut ille in patriam ſuam relegaretur. Statimque Euzoium in ejus locum ſubſtituerunt, qui opinionibus Arii palam patrocinabatur. Hunc enim adhuc diaconatus officio fungentem, Magnus Alexander unà cum Ario damnaverat. Mox igitur ſanior pars populi, ab iis qui Ariana labe contacti erant ſeſe abrumpens, in Apoſtolica Eccleſia quæ in veteri, ut vocant, urbe ſita eſt, congregari cœpit. Etenim poſt inſidias eximio illi Euſtathio ſtructas, triginta deinceps annos impietatem Arianorum pertulerant, res in meliorem B ſtatum mutatum iri ſperantes. Sed cùm impietatem magis magisq; apud ſe creſcere viderent, & eos quidem qui Apoſtolicam doctrinam ſervabant, tum aperte oppugnari, tum occultis inſidiis peti; ac divinum quidem Meletium exturbari; Euzoium vero patronum ſectæ Arianorum in ejus locum ſubſtitui, recordati tunc ſunt eorum quæ dicta ſunt olim beato Lot: Servans ſerva animam tuam. Memoriâ quoque repetierunt Evangelicas leges, quæ diſerte præcipiunt: Si oculus tuus C dexter ſcandalizat te, erue illum & projice abs te. Eandemque legem de manu ac pede Dominus tulit, hæc addens: Melius enim eſt tibi, ut pereat unum ex membris tuis, quam ut totum corpus mittatur in gehennam. Et Antiochenſis quidem Eccleſiæ diviſio contigit in hunc modum.

## Cap. XXXII.

### *De Euſebio Epiſcopo Samoſatenſi.*

Porro admirandus Euſebius, cui, ut ſupra retuli, commendatum D fuerat commune decretum, cùm pacta conventa violari cerneret, in urbem ſibi commiſſam reverſus eſt. Ariani vero metuentes ne propriis ſubſcriptionibus convincerentur, ſuaſerunt Conſtantio ut mitteret quendam, qui decretum illud repeteret ab Euſebio. Quibus obſecutus Imperator, unum ex iis miſit, qui permutatis equis publicis itinera conficere, & quam celerrime reſponſa perferre ſolent. Is cùm ad Euſebium veniſſet, & Imperatoris ei mandata expoſuiſſet, tunc admirandus Euſebius, non poſſum, inquit, commune depoſitum reſtituere, niſi congregatis prius univerſis Epiſcopis, qui mihi illud commendarunt. Et nuntius quidem hæc ad Imperatorem

retulit. Hic vero irâ ſuccenſus, denuo A ſcripſit, decretum reddi jubens. Adjecitque mandaſſe ſe, ut dextra illi manus abſcinderetur, niſi decretum reddidiſſet. Verum hæc terroris tantum incutiendi cauſâ ſcripſerat. Perlatori enim epiſtolæ mandavit, ne id quod ipſe minatus fuerat, exequeretur. At divinus ille vir perlectis Imperatoris litteris, cùm ſupplicium quod ipſi intentabatur, didiciſſet, unâ cum dextra ſiniſtram quoque manum protendit, ambas abſcindi jubens. Nam decretum, inquit, non reddam, quo Arianorum improbitas apertiſſime convin- B citur. Hanc ejus fortitudinem cùm Conſtantius cognoviſſet, & tunc laudavit plurimum, & poſtea mirari non deſiit. Nam & inimici excellentem adverſariorum virtutem admirantur, rerum geſtarum magnitudine compulſi. Per idem tempus Conſtantius cùm accepiſſet Julianum, quem in Europa Cæſarem conſtituerat, res novas moliri, & contra auctorem ſuum copias cogere, è Syria digreſſus, in Cilicia extremum diem obiit. Neq; enim eum adjutorem habuit, quem pater ipſi reliquerat; quippe qui paternæ C pietatis hæreditatem integram atque illibatam non ſervaſſet. Quam ob cauſam moriens acerbe lamentatus eſt, quod fidem immutaviſſet,

*Explicat Liber ſecundus.*

A ταῦτα ὁ μὲν, ἀπήγγειλε τῷ πεπομφότι. ὁ δὲ, τῷ θυμῷ ζέσας, ἐπέστειλεν αὐτῷ πάλιν ἀποδοῦναι παρεγγυῶν. καὶ προστέθεικεν ὡς προστέταξεν ἐκτμηθῆναι αὐτοῦ τὴν χεῖρα τὴν δεξιὰν, εἰ μὴ δοίη τὸ ψήφισμα. ταῦτα μέντοι δεδιττόμενος ἔγραψε. τῷ γὰρ κομίζοντι τὴν ἐπιστολὴν ἀπηγόρευσεν, ἅπερ ἠπείλησε δρᾶσαι. ἐπειδὴ δὲ τὴν ἐπιστολὴν ἀναπτύξας ὁ θεῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ, εἶδεν ἐν τοῖς γράμμασιν ἣν ὁ βασιλεὺς ἠπείλησε κόλασιν, μετὰ τῆς δεξιᾶς καὶ τὴν εὐώνυμον προὔθηκεν, ἄμφω τὼ χεῖρε B τεμεῖν παρεγγυῶν. τὸ γὰρ ψήφισμα ἔφη οὐ δώσω, τῆς ἀρειανικῆς μοχθηρίας ἔλεγχον ὄντα σαφῆ. ταύτην αὐτοῦ τὴν ἀνδρείαν μαθὼν ὁ κωνστάντιος, καὶ τότε ἠγάσθη, καὶ διετέλει θαυμάζων. θαυμάζουσι γὰρ καὶ δυσμενεῖς τὰ τῶν ἀντιπάλων πλεονεκτήματα, ὑπὸ τοῦ μεγέθους τῶν πραττομένων ἀναγκαζόμενοι. κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ὁ κωνστάντιος πυθόμενος ὅτι ἰουλιανὸς ὃν τῆς εὐρώπης ἀπέφηνε καίσαρα, μειζόνων πραγμάτων ἐφίεται καὶ κατὰ τοῦ τετιμηκότος στρατείαν συναγείρει, ἀπὸ μὲν C τῆς συρίας ἀπῆρεν, ἐν δὲ τῇ κιλικίᾳ τὸν βίον κατέλυσεν. οὐ γὰρ εἶχεν ἐπίκουρον ὃν ὁ πατὴρ αὐτῷ καταλέλοιπε, τῆς πατρῴας εὐσεβείας ἄσυλον οὐ φυλάξας τὸν κλῆρον. οὗ δὴ ἕνεκα, πικρῶς ὠλοφύρετο τῆς πίστεος τὴν μετάθεσιν.

Τοῦ δευτέρου λόγου τέλος.

## ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ λόγος Γ'.


α'. Περὶ τῆς ἰουλιανοῦ βασιλείας.
β'. Ὡς παιδόθεν ἐν εὐσεβείᾳ τραφεὶς, ἐξώκιλεν εἰς ἀσέβειαν.
γ'. Ὅπως τὰ πρῶτα τὴν ἀσέβειαν κρύπτων, αὐτὴν ὕστερον ἐγύμνωσε.
δ'. Περὶ τῆς ἐπανόδου τῶν ἐπισκόπων.
ε'. Περὶ τῆς παυλίνου χειροτονίας.
ς'. Ὅτι οὐ φιλανθρωπίᾳ χρώμενος ἀλλὰ φθόνῳ βαλλόμενος, προφανῶς τοὺς εὐσεβεῖς οὐκ ἀνῄρει.
ζ'. Ὁπόσα καὶ ποῖα κατὰ τῶν χριστιανῶν ἐτόλμησαν ἕλληνες, παρ' αὐτοῦ λαβόντες ἐξουσίαν.
η'. Τίνα κατὰ χριστιανῶν ἐνομοθέτησεν.
θ'. Περὶ τῆς ἐξορίας τοῦ ἁγίου ἀθανασίου καὶ φυγῆς.
ι'. Τὰ κατὰ τὸν ἀπόλλωνα τὸν ἐν δάφνῃ καὶ τὸν ἅγιον βαβύλαν.
ια'. Περὶ θεοδώρου τοῦ ὁμολογητοῦ.
ιβ'. Περὶ τῆς δημεύσεως τῶν ἱερῶν κειμηλίων καὶ τῆς τῶν σιτηρεσίων ἀφαιρέσεως.
ιγ'. Τὰ κατὰ ἰουλιανὸν τὸν θεῖον τοῦ βασιλέως καὶ τοὺς ἄλλους ἀσεβεῖς.
ιδ'. Περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἱερέως.
ιε'. Περὶ ἰουβεντίνου καὶ μαξίμου τῶν ῥωμαίων.
ις'. Περὶ Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ ὕστερον βασιλεύσαντος.
ιζ'. Περὶ τῶν ἄλλων ὁμολογητῶν.
ιη'. Περὶ ἀρτεμίου τοῦ δουκός.
ιθ'. Περὶ πουπλίας τῆς διακόνου καὶ τῆς κατὰ θεὸν παῤῥησίας.
κ'. Τὰ κατὰ ἰουδαίους καὶ τὴν τῆς οἰκοδομίας ἐπιχείρησιν, καὶ τὰς ἐπενεχθείσας αὐτοῖς θεηλάτους πληγάς.
κα'. Περὶ τῆς κατὰ περσῶν στρατείας.
κβ'. Περὶ τῆς τοῦ πολιτευομένου τοῦ βεροιαίου παῤῥησίας.
κγ'. Περὶ τῆς τοῦ παιδαγωγοῦ παῤῥησίας.
κδ'. Περὶ τῆς τοῦ ἁγίου ἰουλιανοῦ τοῦ μονάζοντος παῤῥησίας.
κε'. Περὶ τῆς ἐν περσίδι γεγενημένης σφαγῆς ἰουλιανοῦ τοῦ βασιλέως.
κς'. Περὶ τῆς ἐν κάῤῥαις μετὰ τὴν ἀναίρεσιν αὐτοῦ φωραθείσης γοητείας.
κζ'. Περὶ τῶν ἐν τοῖς βασιλείοις ἀντιοχείας εὑρεθεισῶν κεφαλῶν.
κη'. Περὶ τῆς ἐν ἀντιοχείᾳ πανδημεὶ γεγενημένης χορείας.


---

## *IN LIBRO TERTIO ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ hæc continentur.*


Cap. I. De Imperio Juliani.
II. Quomodo Julianus ab ineunte ætate in religione Chriſtiana educatus, ad impietatem deſcivit.
III. Quomodo Julianus cùm impietatem prius diſſimulaſſet, poſtea patefecit.
IV. De reditu Epiſcoporum.
V. De ordinatione Paulini.

VI. Quomodo Julianus Chriſtianos aperte occidere noluit, non clementiâ erga illos, ſed invidiâ motus.
VII. Quot & quanta pagani adverſus Chriſtianos auſi ſint, à Juliano licentiam nacti.
VIII. Quas adverſus Chriſtianos leges tulerit Julianus.
IX. De relegatione & fuga Magni Athanaſii.
X. De Apolline Daphnæo & de ſancto Babila.
XI. De Theodoro Confeſſore.
XII. De ſacris vaſis fiſco vindicatis: & de annona adempta.
XIII. De vindicta Dei in Julianum Imperatoris avunculum, & in alios impios.
XIV. De filio Sacerdotis.
XV. De Juventino & Maximo Romanis.
XVI. De Valentiniano qui poſtea imperavit.
XVII. De aliis Confeſſoribus.
XVIII. De Artemio duce.
XIX. De Publia Diaconiſſa & de religioſa ejusdem libertate.
XX. De Judæis Templum inſtaurare aggreſſis, & de plagis quæ eis divinitus inflictæ ſunt.
XXI. De expeditione Juliani adverſus Perſas.
XXII. De libertate ac fiducia decurionis Berœenſis.
XXIII. De prædictione Pædagogi.
XXIV. De prædictione ſancti Juliani Monachi.
XXV. De Juliani Imp. cæde in Perſide.
XXVI. De magicis maleficiis poſt ejus obitum repertis apud Carras.
XXVII. De capitibus humanis quæ Antiochiæ in Palatio inventa ſunt.
XXVIII. De publica lætitia ac feſtivitate Antiochenorum ob Juliani cædem.

A

# ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΘΕΟΔΩΡΙΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

## Λόγος Γ'.

### Κεφ. α'.

Περὶ τῆς ἰουλιανοῦ βασιλείας.

Κωνστάντιος μὲν δὴ στένων καὶ ὀδυρόμενος ὑπεξῆλθε τὸν βίον, ὅτι τῆς πατρῴας πίστεως παρετράπη. ἰουλιανὸς δὲ ἀπὸ τῆς εὐρώπης εἰς τὴν ἀσίαν διαβαίνων, ἐπύθετο τοῦ κωνσταντίου τὴν τελευτὴν, καὶ θαρρήσας ὡς οὐδένα ἀντίπαλον ἔχων, τὴν βασιλείαν παρέλαβεν. B

### Κεφ. β'.

Ὡς παιδευθεὶς ἐν εὐσεβείᾳ, παραφεὶς ἐξώκειλεν εἰς ἀσέβειαν.

Οὗτος νέαν μὲν ἄγων τὴν ἡλικίαν σὺν γάλλῳ τῷ ἀδελφῷ, καὶ ἄνηβος ὢν ἔτι, C τὴν τῆς εὐσεβείας διδασκαλίας εἷλκε θηλήν. Καὶ μὴν δὴ καὶ πρόσηβος γενόμενος καὶ ἔφηβος, τῆς αὐτῆς μετελάγχανε. δείσας δὲ τὸν κωνστάντιον τοὺς γὰρ γένους προσήκοντας ἀνῄρει δειμαίνων τὰς τυραννίδας. καὶ τοῦ τῶν ἀναγνωστῶν ἠξιώθη χοροῦ, καὶ τὰς ἱερὰς βίβλους ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς συλλόγοις ὑπανεγίνωσκε τῷ λαῷ· καὶ σηκὸν μαρτύρων ἐδομήσατο μὲν, οὐ προσεδέξαντο δὲ οἱ μάρτυρες, τὴν εἰς ἀσέβειαν αὐτοῦ παρατροπὴν προθεώμενοι. τῶν γὰρ δὴ θεμελίων D τὸ τῆς ἐκείνου γνώμης μιμησαμένων ἀβέβαιον, πρὶν ἱερωθῆναι κατέπεσε. τὰ μὲν δὴ τῆς πρώτης ἡλικίας αὐτοῦ καὶ τῆς δευτέρας ἐν τούτοις ἦν.

### Κεφ. γ'.

Ὅπως τὰ πρῶτα τὴν ἀσέβειαν κρύπτων, ὕστερον αὐτὴν ἐγύμνωσε.

Ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν ἑσπέραν ἀπαίρων κωνστάντιος, ἐκεῖσε γὰρ αὐτὸν εἷλκεν ὁ πρὸς μαγνέντιον πόλεμος, καίσαρα τῆς

# THEODORITI EPISCOPI CYRI ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

## LIBER TERTIUS.

### Caput Primum.

*De Imperio Juliani.*

ET Conſtantius quidem, dolens ac gemens quod à paterna fide deflexiſſet, ex hac luce migravit. Julianus vero, cùm ex Europa in Aſiam transgreſſurus eſſet, de Conſtantii morte certior eſt factus; ſumptâque fiduciâ, utpote qui nullum jam haberet adverſarium, Imperium occupavit.

### Cap. II.

*Quomodo Julianus in religione Chriſtiana ab ineunte ætate educatus, ad impietatem deſcivit.*

HIc in tenera ætate, adhuc impubes, unà cum Gallo fratre lac ſuxerat piæ doctrinæ. Sed & poſtea, cùm pubertatis annos attigiſſet, jamque inter ephebos eſſet, eandem doctrinam retinuit. Veritus tamen Conſtantium, qui tyrannidis metu propinquos ſuos interficiebat, in lectorum numerum adſcriptus eſt, & ſacros libros in Eccleſiaſticis conventibus populo recitavit. Baſilicam quoque in honorem Martyrum extruxit: ſed Martyres eum ad impietatem quandoq; defecturum prævidentes, id ab eo munus accipere recuſarunt. Nam cùm fundamenta inſtabilitatem mentis illius imitata eſſent, baſilica priusquam dedicaretur, collapſa eſt. Et prima quidem illius ætas & ſecuta deinde adoleſcentia, hujusmodi fuit.

### Cap. III.

*Quomodo Julianus cùm impietatem prius diſſimulaſſet, poſtea patefecit.*

SEd cùm Conſtantius in Occidentis partes profecturus: nam belli adverſus Magnentium gerendi neceſſitas eo illum vocabat: Gallum Orienti Cæſa-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A rem præfeciſſet, qui & pius tum erat, & pietatem usque ad exitum vitæ conſtanter retinuit: Tum vero Julianus, utilem quidem ac ſalutarem metum abjecit ex animo. Aſſumptâ autem majore quam debuerat fiduciâ, imperii cupiditate exarſit. Hujus rei causâ Græciam circumiens, Vates quærebat & ariolos, ſcire cupiens, num quandoq; compos fieret votorum ſuorum. Tandemq; incidit in hominem quendam, qui hæc ſe prædicturum pollicebatur. Qui cùm in idolorum templum eum perduxiſſet, & in adyta ingredi juſſiſſet, ſeductores dæmones invocare cœpit. B Cumque iſti terribili, ut ſolent, ſpecie apparuiſſent, metu compulſus Julianus, crucis ſignum fronti impreſſit. Tunc vero dæmones ſignum Dominici trophæi cernentes, ſeque per id victos recordati, protinus evanuerunt. Præſtigiator vero qui cauſam fugæ probe norat, Julianum objurgavit. Verum ille & timorem ſuum ei aperuit, & virtutem crucis magnopere mirari ſe dixit: dæmones enim cùm ejus ſignum ferre non poſſent, aufugiſſe. At præſtigiator: cave, inquit, hoc putes vir bone. Non enim timuerunt illi, ut tu cenſes: ſed factum tuum abominati receſſerunt. C Hoc modo cùm miſerum illum decepiſſet, ſacris initiavit, & nefario ſcelere implevit. Ita cupiditas Imperii infeliciſſimum Julianum pietate ſpoliavit. Et tamen Imperium adeptus, impietatem ſuam diu diſſimulavit. Milites enim præcipue formidabat, qui Chriſtianæ religionis doctrinam erant amplexi. Nam primus omnium Conſtantinus, Princeps omni laude digniſſimus, cùm eos priori ſuperſtitionis errore liberaſſet, veritatis præceptis imbuerat. Deinde vero ejus filii, traditam ipſis à Patre doctrinam, in eorum animis confirmaverant. Etſi enim Conſtantius, deceptus ab aliis quibus D ſe regendum permiſerat, conſubſtantialis vocabulum non admiſit, ſenſum tamen ejus ſincere confeſſus eſt. Deũ enim Verbum, verum ac germanum Filium ante omnia ſæcula ex Patre genitum appellavit, eosq; qui creaturam illum vocabant, palam damnavit. Cultum vero ſimulacrorum omnino prohibuit. Aliud præterea ejus facinus laude dignum commemorabo, ex quo abunde conjici poſſit, quantũ fuerit ejus erga res Divinas ſtudium. Nam cùm bellũ geſtutus eſſet adverſus Magnen-

ἐξώρας τὸν γάλλον ἀπέφηνεν, εὐσεβῆ τε ὄντα, καὶ εἰς τέλος γε διαμείναντα, τὸ μὴν δὴ ὀνησιφόρον δέος ἰουλιανὸς ἐσκέδασε τῆς ψυχῆς. θάρσος δὲ λαβὼν ὡς οὐκ ὤφελε, τῶν βασιλικῶν ἐπεθύμησε σκήπτρων· οὗ δὴ ἕνεκα τὴν ἑλλάδα περινοστῶν, μάντεις ἐπεζήτει καὶ χρησμολόγους, εἰ τεύξεται τῶν ποθουμένων μαθεῖν ἱμειρόμενος. περιτυγχάνει δὲ ἀνθρώπῳ, ταῦτα προλέγειν ὑπισχνουμένῳ· ὃς τοῦτον εἰς εἰδωλικὸν σηκὸν ἀγαγὼν, καὶ εἴσω γενέσθαι τῶν ἀδύτων παρασκευάσας, ἀπατεῶνας ἐκάλεσε δαίμονας· ἐκείνων δὲ μετὰ τῆς συνήθους φαντασίας ἐπιφανέντων, ἠνάγκασε τοῦτον τὸ δέος ἐπιθεῖναι τῷ μετώπῳ τοῦ σταυροῦ τὸ σημεῖον. οἱ δὲ τοῦ δεσποτικοῦ τροπαίου τὸν τύπον ἰδόντες, καὶ τῆς σφετέρας ἥττης ἀναμνησθέντες, φροῦδοι παραυτίκα ἐγένοντο. συνεὶς δὲ ὁ γόης ἐκεῖνος τῆς φυγῆς τὴν αἰτίαν, ἐπεμέμψατο τούτῳ. ἰουλιανὸς δὲ καὶ τὸ δέος ἐδήλωσε, καὶ τοῦ σταυροῦ θαυμάζειν ἔφησε τὴν ἰσχύν. ἀπέδρασαν γὰρ οἱ δαίμονες, τούτου τὸν τύπον οὐκ ἐνεγκόντες ἰδεῖν. μὴ δὴ τοῦτο ὑπολάβῃς ὦ ἀγαθὲ, ὁ γόης ἔφη. οὐ γὰρ ἔδεισαν ὥς γε σὺ φῂς, ἀλλὰ βδελυξάμενοι τὸ παρὰ σοῦ γινόμενον, ᾤχοντο. οὕτω βουκολήσας τὸν δείλαιον, ἐμύησέ τε καὶ τοῦ μύσους ἐνέπλησε. καὶ ἡ τῆς βασιλείας ἐπιθυμία, τῆς εὐσεβείας ἐγύμνωσε τὸν τρισάθλιον. παραλαβὼν δὲ ὅμως τὴν δυναστείαν, ἐπὶ πλεῖστον ἔκρυψε τὴν ἀσέβειαν. διαφερόντως γὰρ ἐδεδίει τοὺς στρατιώτας, τὰ τῆς εὐσεβείας εἰσδεδεγμένους μαθήματα. πρῶτον μὲν γὰρ αὐτοὺς ὁ πανεύφημος κωνσταντῖνος, τῆς προτέρας ἐξαπάτης ἐλευθερώσας, ἐξεπαίδευσε τὰ τῆς ἀληθείας μαθήματα. ἔπειτα δὲ οἱ ἐκείνου παῖδες, βεβαιοτέραν ἐν αὐτοῖς τὴν παρὰ τοῦ πατρὸς γεγενημένην διδασκαλίαν εἰργάσαντο. εἰ γὰρ καὶ τοῦ ὁμοουσίου τὸ πρόσρημα βουκοληθεὶς ὑπὸ τῶν ἀγόντων αὐτὸν ὁ κωνστάντιος οὐ προσίετο, τὴν γοῦν τούτου διάνοιαν ἀκραιφνῶς ὡμολόγει· γνήσιον γὰρ υἱὸν πρὸ τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς γεγεννημένον, τὸν θεὸν λόγον ὠνόμαζε, καὶ τοὺς κτίσμα λέγειν τολμῶντας, ἄντικρυς ἀπεκήρυττε. τὴν δὲ τῶν εἰδώλων παντελῶς ἀπηγόρευε θεραπείαν. ἐρῶ δὲ αὐτοῦ καὶ ἕτερον ἀξιέπαινον, ἱκανὸν τεκμηριῶσαι τὴν περὶ τὰ θεῖα σπουδήν. ἐν γὰρ δὴ τῷ πρὸς μαγνέν-

τιον πολέμῳ, ἅπασαν συναλίσας τὴν στρατιὰν μεταλαχεῖν ἅπαντας τῶν θείων συνεβούλευσε μυστηρίων. ἀεὶ μὲν ἄδηλον εἶναι λέγων τοῦ βίου τὸ τέλος, οὐχ ἥκιστα δὲ ἐν πολέμῳ. μυρίων ἑκατέρωθεν ἀφιεμένων καὶ βελῶν καὶ πελτῶν καὶ δοράτων, καὶ μὲν δὴ καὶ ξιφῶν καὶ κοπίδων ἐπιφερομένων καὶ τῶν ἄλλων ὀργάνων, δι' ὧν ὁ βίαιος ἐπάγεται θάνατος. οὗ δὴ ἕνεκα, χρὴ ἕκαστον τὴν ἀξιόκτητον ἐκείνην ἔχειν στολήν, ἧς ὅτι μάλιστα ἐν ἐκείνῳ τῷ βίῳ δεόμεθα. εἰ δέ τις τήνδε λαβεῖν τὴν ἀμπεχόνην ἀναβάλλεται, νῦν ἐντεῦθεν ἀπάρας οἴκαδε ἀπίτω. ἀμυήτοις γὰρ συμπολεμεῖν οὐκ ἀνέχομαι.

## Κεφ. δʹ.

Περὶ τῆς ἐπανόδου τῶν ἐπισκόπων.

ΤΑῦτα ἰουλιανὸς σαφῶς ἐπιστάμενος, τὸ δυσσεβὲς τῆς ψυχῆς οὐκ ἐπίδηλον εἶχεν. εἰς εὔνοιαν δὲ ἅπαντας ἐφελκόμενος, καὶ τοὺς ὑπὸ κωνσταντίου τῶν ἐκκλησιῶν ἐξελαθέντας ἐπισκόπους καὶ τὰς ἐσχατιὰς τῆς οἰκουμένης οἰκοῦντας, εἰς τὰς οἰκείας ἐπανελθεῖν ἐκκλησίας προσέταξε. τούτου δὴ οὖν τοῦ νόμου τεθέντος, εἰς μὲν τὴν ἀντιόχειαν ἐπανῆλθεν ὁ θεῖος μελέτιος. εἰς δὲ τὴν ἀλεξάνδρειαν ὁ πολυύμνητος ἀθανάσιος. εὐσέβιος δὲ καὶ ἰλάριος ὁ ἐκ τῆς ἰταλίας, καὶ λουκίφερ ὁ σαρδὼ τὴν νῆσον ποιμαίνειν λαχών, ἐν τῇ θηβαίων τῇ πρὸς αἴγυπτον διῆγον. ἐκεῖ γὰρ αὐτοὺς ὁ κωνστάντιος ἐξωστράκισεν. οὗτοι σὺν τοῖς ἄλλοις ὁμόφροσι κατὰ ταὐτὸν γενόμενοι, χρῆναι τὰς ἐκκλησίας ἔλεγον εἰς μίαν συναγαγεῖν συμφωνίαν. οὐ γὰρ μόνον αὐτὰς οἱ τἀναντία φρονοῦντες ἐπολιόρκουν, ἀλλὰ καὶ αὐταὶ πρὸς ἑαυτὰς ἐστασίαζον. καὶ γὰρ ἐν ἀντιοχείᾳ, διχῇ τὸ ὑγιαῖνον σῶμα τῆς ἐκκλησίας διῄρητο. οἵ τε γὰρ ἐξ ἀρχῆς εὐσταθίου χάριν τοῦ πανευφήμου τῶν ἄλλων ἀποκριθέντες, καθ' ἑαυτοὺς συνηθροίζοντο. καὶ οἱ μετὰ μελετίου τοῦ θαυμασίου τῆς ἀρειανικῆς συμμορίας χωρισθέντες, ἐν τῇ καλουμένῃ παλαιᾷ τὰς λειτουργίας ἐπετέλουν τὰς θείας. καὶ ἦν μὲν τούτων κἀκείνων μία ἡ ὁμολογία τῆς πίστεως. ἑκάτερον γὰρ σύστημα, τῆς ἐκτεθείσης ἐν νικαίᾳ διδασκαλίας ὑπερεμάχει. μόνη δὲ αὐτοὺς ἔρις ἀπ' ἀλλήλων διίστη, καὶ ἡ περὶ τοὺς ἡγουμένους διάθεσις.

A tium, convocatis omnibus copiis, hortatus eſt milites, ut Divini Baptiſmi ſacramenta univerſi ſuſciperent: ſemper quidem incertum eſſe dicens exitum vitæ, ſed in bello maxime; ubi tot undiq; telorum, jaculorum, haſtarumque millia conjiciantur; gladii præterea ac ſecures & innumera alia inſtrumentorum genera præſentem mortem minentur. Quocirca unumquemque pretioſam illam ſtolam induere debere, quâ maxime in futura illa vita opus habemus. Quod ſi quis, inquit, hanc veſtem nunc differt accipere, hinc diB ſcedens revertatur domum. Non enim commilitones habere velim, qui non ſint ſacris initiati.

## Cap. IV.

*De reditu Epiſcoporum.*

HÆc cùm probe noſſet Julianus, impietatem animi ſui haudquaquam in apertum proferebat. Atq; ut omnium benevolentiam ſibi conciliaret, Epiſcopos qui à Conſtantio Eccleſiis ſuis pulſi, & in ultimas orbis Romani C provincias relegati fuerant, ad ſuas ſedes redire juſſit. Quâ lege promulgatâ, divinus Meletius Antiochiam, & celeberrimus Athanaſius Alexandriam reverſi ſunt. Hilarius vero & Euſebius ab Italia, & Lucifer Epiſcopus inſulæ Sardiniæ, in Thebaide Ægypti provincia degebant. Illuc enim Conſtantius eos deportaverat. Hi cum aliis quibuſdam ejuſdem confeſſionis ac fidei in unum congregati, Eccleſias ad priſtinam concordiam & unitatem revocandas eſſe dixerunt. Non enim ſolum D oppugnabantur ab iis qui contrariam fidei doctrinam profitebantur: ſed ipſæ quoq; inter ſe Eccleſiæ diſſidebant. Etenim Antiochiæ, ſanum Eccleſiæ corpus duas in partes diviſum erat. Nam & ii qui celeberrimi illius Euſtathii cauſâ ſeſe ab aliis jam pridem abjunxerant, ſeorſum collectas agebant. Et illi qui unà cum admirabili Meletio ab Ariana factione ſeipſos ſegregaverant, in Palæa quam vocant, divina myſteria celebrabant. Horum tamen ac priorum illorum una eademque erat fidei confeſſio. Utriq; enim pro doctrina fidei quæ Nicææ fuerat expoſita, propugnabant. Sola eos contentio & erga Præſules ſuos benevolentia, à ſe invicem divellebat. Ac

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ne alterius quidem morte ſedata eſt diſcordia. Nam cùm ante ordinationem Meletii mortuus eſſet Euſtathius, & pietatis cultores poſt exilium Meletii & ordinationem Euzoii, ſeſe ab impiorum conſortio ſubduxiſſent, & ſeparatos conventus haberent, adduci non potuerunt Euſtathiani, ut illis ſeſe adjungerent. Hujus igitur concordiæ reparandæ viam ac rationem Euſebius tunc & Lucifer requirebant. Et Euſebius quidem oravit Luciferum, ut Alexandriam peteret, & cum magno Athanaſio ea de re communicaret. Ipſe vero, redintegrandæ concordiæ curam ac laborem ſuſcepit.

οὐδὲ γὰρ θατέρου τελευτὴ διέλυσε τὴν διάστασιν. πρὸ γὰρ τῆς μελετίου χειροτονίας εὐσταθίου τετελευτηκότος, καὶ τῶν τῆς εὐσεβείας ἀντεχομένων μετὰ τὴν μελετίου μὲν ἐξορίαν, εὐζωΐου δὲ χειροτονίαν, τῆς τῶν δυσσεβούντων κοινωνίας ἀποκριθέντων, καὶ καθ' ἑαυτοὺς συναθροιζομένων, συναφθῆναι τούτοις οἱ ἀπ' εὐσταθίου τὴν ἐπωνυμίαν ἔχοντες οὐκ ἐπείσθησαν. τῆς δὲ τῆς συναφείας περὶ τὸν εὐσέβιον καὶ λουκίφερα πόρον ἐπεζήτουν εὑρεῖν. καὶ λουκίφερα μὲν ὁ εὐσέβιος τὴν ἀλεξάνδρειαν ἠξίου καταλαβεῖν, καὶ ἀθανασίῳ τῷ μεγάλῳ περὶ τούτου κοινώσασθαι, αὐτός δέ γε τὸν περὶ συμβάσεως ἤθελεν ἀναδέξασθαι πόνον.

---

## Cap. V.

*De ordinatione Paulini.*

VERUM Lucifer, Alexandriam quidem proficiſci noluit: Antiochiam vero ſe contulit. Ubi cùm multos ultro citroque ſermones utriſq; feciſſet de concordia, & Euſtathianos ſibi contradicentes videret, quorum dux erat Paulinus presbyter, illum ipſis, ſecus quam fieri oportuit, Epiſcopum ordinavit. Ea res diſſenſionem illam diuturniorem effecit. Quinq; enim & octoginta annos permanſit, usque ad Epiſcopatum Alexandri, viri omni laude digniſſimi. Qui cùm Antiochenſis Eccleſiæ gubernacula ſuſcepiſſet, adhibitis omnibus machinis, omnique opera ac ſtudio ad reparandam concordiam collato, diſtracta Eccleſiæ membra reliquo corpori adunavit. Tunc vero Lucifer, cùm diſſidium auxiſſet, Antiochiæ prolixo tempore commoratus eſt. Porro Euſebius cùm veniſſet Antiochiam, cernens malum ex prava curatione prope inſanabile effectum eſſe, in Occidentis partes navigavit. Lucifer vero in Sardiniam reverſus, Eccleſiaſticæ doctrinæ nova quædam dogmata adjecit. Quæ qui amplexi ſunt, ex ejus nomine cognomentum ſumpſere. Luciferiani enim diu appellati ſunt. Verum hoc quoque dogma extinctum, & oblivioni traditum eſt. Atque hæc quidem poſt reditum Epiſcoporum ab exilio contigére.

## Κεφ. έ.

Περὶ τῆς παυλίνου χειροτονίας.

Ἀλλ' ὁ λουκίφερ, εἰς μὲν τὴν ἀλεξάνδρειαν οὐκ ἀφίκετο. τὴν ἀντιόχου δὲ πόλιν κατέλαβε. πολλοὺς δὲ περὶ συμβάσεως λόγους καὶ τούτοις κἀκείνοις προσενεγκών, εἶτα ἰδὼν ἀντιλέγοντας τοὺς τῆς εὐσταθίου συμμορίας, ἡγεῖτο δὲ ταύτης παυλῖνος πρεσβύτερος ὤν, ἐχειροτόνησεν αὐτοῖς, οὐκ εὖ γε ποιῶν, τὸν παυλῖνον ἐπίσκοπον. τοῦτο τὴν διάστασιν ἐκείνην μακροτέραν εἰργάσατο. πέντε γὰρ καὶ ὀγδοήκοντα διέμεινεν ἔτη, μέχρι τῆς ἀλεξάνδρου τοῦ πάσης εὐφημίας ἀξίου προεδρίας. ὃς τῆς ἀντιοχέων ἐκκλησίας ἐγχειρισθεὶς τὰ πηδάλια, πάντα πόρον κινήσας, καὶ πᾶσαν ὑπὲρ τῆς ὁμονοίας εἰσενέγκας σπουδήν τε καὶ προθυμίαν, τὸ κεχωρισμένον μέλος τῷ λοιπῷ τῆς ἐκκλησίας συνήρμοσε σώματι. τότε δὲ τὴν διάστασιν ὁ λουκίφερ αὐξήσας, πλεῖστον ἐν ἀντιοχείᾳ διέτριψε χρόνον. ὁ δέ γε εὐσέβιος εἰς τὴν ἀντιόχειαν ἀφικόμενος, καὶ γνοὺς ἐκ τῆς οὐκ ἀγαθῆς ἰατρείας δυσίατον τὸ πάθος γεγενημένον, εἰς τὴν ἑσπέραν ἀπέπλευσεν. ὁ δὲ λουκίφερ εἰς τὴν σαρδὼ παραγενόμενος, ἕτερα τινὰ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς προστέθεικε δόγμασιν. οἱ δὲ ταῦτα καταδεξάμενοι, ἐκ τῆς τούτου προσηγορίας καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἀνειλήφασι. λουκιφεριανοὶ γὰρ ἐπὶ πλεῖστον ὠνομάζοντο χρόνον. ἀπεσβέσθη δὲ καὶ τοῦτο τὸ δόγμα, καὶ παρεδόθη τῇ λήθῃ. ταῦτα μὲν οὖν μετὰ τὴν ἐπάνοδον τῶν ἐπισκόπων ἐγένετο.

A

## Κεφ. ϛʹ.

Ὅτι οὐ φιλανθρωπίᾳ χρώμενος, ἀλλὰ φθόνῳ βαλλόμενος, προφανῶς τοὺς εὐσεβεῖς οὐκ ἀνῄρει.

Ἰουλιανοῦ δὲ τὴν οἰκείαν ἀσέβειαν ἐκκαλύψαντος, αἱ πόλεις στάσεων ἐνεπλήσθησαν. ἀναθαρρήσαντες γὰρ οἱ τῇ τῶν εἰδώλων πλάνῃ δεδουλωμένοι, ἀνέῳξαν μὲν τοὺς τῶν εἰδώλων σηκούς· τὰς δὲ μυσαρὰς ἐκείνας καὶ λήθης ἀξίας τελετὰς ἐπετέλουν. καὶ ἧττον μὲν τὸ ἐπιβώμιον πῦρ· τὴν δὲ γῆν τῷ αἵματι τῶν θυμάτων μιαίνοντες, ἐμόλυνον κνίσῃ καὶ καπνῷ τὸν ἀέρα. B ὑπὸ δὲ τῶν θεραπευομένων βακχευόμενοι δαιμόνων, λυττῶντες καὶ κορυβαντιῶντες τὰς ἀγυιὰς περιέθεον· βωμολοχίαις τε καὶ κωμῳδίαις κατὰ τῶν ἁγίων ἐχρῶντο, καὶ λοιδορίας τε καὶ πομπείας οὐδὲν εἶδος ἀπῆν. οἱ δὲ τῆς εὐσεβείας θιασῶται, φέρειν τὰς τούτων μὴ δυνάμενοι βλασφημίας, ἀντελοιδοροῦντο καὶ τὴν ὑπ' ἐκείνων πρεσβευομένην διήλεγχον πλάνην. χαλεπαίνοντες δὲ οἱ τῆς ἀσεβείας ἐργάται, καὶ θρασύτητος ἐφόδιον ἔχοντες τὴν ἀπὸ τοῦ κρατοῦντος αὐτοῖς προσγινομένην παρρησίαν, πληγὰς αὐτοῖς ἀνηκεστάτους ἐπέφερον. ὁ γὰρ C παμμίαρος βασιλεύς, δέον προμηθεῖσθαι τῆς τῶν ἀρχομένων εἰρήνης, αὐτὸς τοὺς δήμους κατ' ἀλλήλων ἐξέμηνε. περιεώρα γὰρ τὰ παρὰ τῶν θρασυτέρων κατὰ τῶν ἐπιεικεστέρων τολμώμενα· καὶ τὰς πολιτικὰς δὲ καὶ στρατιωτικὰς ἀρχὰς, τοῖς ὠμοτάτοις καὶ δυσσεβεστάτοις ἐπίστευεν. οἱ προφανῶς μὲν θύειν τοὺς τῆς εὐσεβείας ἐραστὰς οὐκ ἠνάγκαζον. πᾶν δὲ εἶδος αὐτοῖς ἐπετίθεσαν ἀτιμίας. ἀφείλετο γὰρ καὶ τὰ γέρα, τὰ παρὰ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου τοῖς ἱερωμένοις ἀπονενεμημένα.

## Cap. VI.

*Quomodo Iulianus Chriſtianos aperte occidere noluit, non clementiâ erga illos, ſed invidiâ motus.*

CÆTERUM cùm Iulianus impietatem ſuam detexiſſet, civitates ſeditionibus repletæ ſunt. Nam qui ſimulachrorum cultui addicti erant, ſtatim reſumptâ fiduciâ, Deorum templa reſerare, & impura illa & perpetuâ oblivione delenda myſteria peragere cœperunt. Et ignem quidem in aris accendebant: humum vero hoſtiarum ſanguine polluentes, fumo ac nidore cœlum inquinabant. Quin etiam à dæmonibus quos colebant agitati, Corybantum more furentes per plateas curſitabant; ſcurrilibus jocis & dicteriis ſanctos homines inceſſentes, nullumque genus convicii ac probri, quo eos traducerent, omittentes. Pietatis autem cultores, cùm iſtorum maledicentiam ferre non poſſent, ipſi viciſſim convicia regerebant, & errorem quem illi ſequebantur, redarguebant. Quam rem ægre ferentes impietatis opifices, & licentiam ſibi ab Imperatore conceſſam audaciæ ſuæ ſubſidium nacti, graviſſima eis verbera intulerunt. Namque Imperator ſceleſtiſſimus, qui ſubditorum paci conſulere debuerat, ipſe potius populos in ſe mutuo incitabat. Diſſimulabat enim ſcelera quæ homines audaciſſimi adverſus modeſtiſſimos perpetrabant. Civiles quoq; ac militares magiſtratus crudeliſſimo cuique & impiiſſimo mandabat. Hi ſtudioſos veræ pietatis, palam quidem ſacrificare minime cogebant: ſed omni infamiæ genere eos atterebant. Ablata ſunt etiam munera ac privilegia, quæ Conſtantinus Magnus clericis attri- D buerat.

## Κεφ. ζʹ.

Ὁπόσα καὶ ποῖα κατὰ τῶν χριστιανῶν ἐτόλμησαν Ἕλληνες, παρ' αὐτοῦ λαβόντες ἐξουσίαν.

Ὁποῖα δὲ οἱ τῇ τῶν εἰδώλων ἀπάτῃ προσδεδεμένοι καὶ ἐκεῖνον ἐτόλμησαν τὸν καιρόν, πάμπολλα μέν ἐστι καὶ συγγραφῆς ἰδίας δεόμενα. ἐγὼ δὲ ὀλίγα ἐκ πολλῶν διηγήσομαι. ἐν Ἀσκάλωνι μὲν γὰρ καὶ ἐν Γάζῃ, πόλεσι δὲ αὗται τῆς Παλαιστίνης, ἀνδρῶν ἱερωσύνης ἠξιωμένων καὶ γυναικῶν διὰ βίου τὴν παρθενίαν ἐπηγγελμέ-

## Cap. VII.

*Quot & quanta Pagani adverſus Chriſtianos auſi ſint, à Iuliano licentiam nacti.*

EA porro quæ homines ſimulachrorum errore obſtricti, per id tempus perpetrarunt, ſunt quidem numero plurima, & peculiare opus deſiderant: pauca tamen ex multis narrabo. Etenim Aſcalone & Gazæ, quæ urbes ſunt Palæſtinæ, virorum ſacerdotii honore præditorum, & mulierum quæ perpetuam virginitatem profeſſæ fuerant,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A ventres diſſecuerunt; & hordeo poſtea completos, porcis vorandos præbuerunt. Sebaſtæ vero, quæ ipſa urbs eſt ejuſdem provinciæ, Joannis Baptiſtæ arcam aperuerunt, & oſſibus igne conſumptis, cineres hac & illac diſperſerunt. Scelus autem in Phœnice ab illis admiſſum, quis absque lachrymis narrare poſſit? Heliopoli quæ eſt ad Libanum, quidam erat diaconus, Cyrillus nomine. Is Conſtantini temporibus, Divini amoris æſtu inflammatus, multa ſimulachra quæ illic religioſe colebantur contriverat. Cujus facinoris memores nefarii homines, non ſolùm eum interfecerunt; ſed ventre ejus diſſecto, B jecur quoque illius deguſtarunt. Sed tamen juſtitiæ oculum univerſa contuentem latere minime potuerunt: immo pœnas dederunt dignas tanto facinore. Quotquot enim hujus piaculi participes fuerant, primùm quidem ſpoliati ſunt dentibus, qui univerſi ſimul ipſis exciderunt: poſtea vero linguas quoque amiſere, quæ putredine conſumptæ, ipſæ quoque diffluxerunt. Poſtremo oculis etiam orbati ſunt, & quanta vis eſſet religionis, calamitatibus ſuis prædicarunt. Porro Emeſæ, quæ urbs eſt contermina, Eccleſiam C quæ recens ædificata fuerat, Baccho Gunidi conſecrarunt, ſimulachro ejus ridiculo & androgyno in ea collocato. Doroſtoli præterea, quæ urbs eſt Thraciæ non ignobilis, Æmilianus invictus Chriſti athleta, à Capitolino totius Thraciæ Præſide in rogum conjectus eſt. Marci vero Arethuſiorum Epiſcopi tragica calamitas, Æſchyli ac Sophoclis grandiloquentiam deſiderat, ut pro dignitate cruciatus illius exponi poſſint. Nam cùm ille Conſtantii temporibus, deſtructo idolorum templo, Eccleſiam ædificaſſet, Arethuſii intelle- D cto Juliani concilio atq; propoſito, odium quo adverſus Marcum flagrabant, in apertum protulerunt. At ille, primùm quidem, juxta præceptum Evangelii, fugere conatus eſt. Poſtea vero, cùm didiciſſet quoſdam ex ſuis vice ipſius comprehenſos eſſe, reverſus ſemetipſum cruentis civibus tradidit. Illi vero comprehenſum hominẽ, nec ut ſenem miſerati ſunt, nec ut virtutis ultorem reveriti; ſed virum & vitæ ſanctitate & doctrina excellentem, primũ quidem nudatum verberibus cædunt, totũ ejus corp⁹ flagris lacerantes. Poſt in fœtidas cloacas conjiciũt, atq; inde extra-

νων ἀναῤῥήξαντες τὰς γαστέρας, εἶτα κριθῶν ἐμπλήσαντες, προὔθηκαν χοίροις βοράν. ἐν Σεβάστῃ δὲ, ἣ καὶ αὕτη εἰς τὸ προειρημένον ἔθνος τελεῖ, Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ τὴν θήκην ἀνέῳξαν, πυρί τε παρέδοσαν τὰ ὀστᾶ, καὶ τὴν κόνιν ἐσκέδασαν. τὸ δὲ ἐν Φοινίκῃ τολμηθὲν μύσος, πῶς ἄν τις ἀδακρυτὶ διηγήσαιτο; ἐν Ἡλιουπόλει γὰρ τῇ πρὸς τῷ Λιβάνῳ, Κύριλλός τις διάκονος ἦν. οὗτος ἐν τῇ Κωνσταντίνου βασιλείᾳ ζήλῳ πυρπολούμενος θείῳ, πολλὰ τῶν ἐκεῖ προσκυνουμένων εἰδώλων συνέτριψε. ταύτης μεμνημένοι τῆς πράξεως οἱ δυσώνυμοι, οὐ μόνον αὐτὸν ἀνεῖλον, ἀλλὰ καὶ τὴν γαστέρα τεμόντες, τοῦ ἥπατος ἀπεγεύσαντο. τὸν μέντοι πάντα ἐφορῶντα ὀφθαλμὸν οὐ διέλαθον, ἀλλ' ἔδοσαν ἀξίας τοῦ τολμήματος δίκας. ὅσοι γὰρ δὴ ἐκείνου τοῦ μύσους μετέλαχον, ἐστερήθησαν μὲν τῶν ὀδόντων πάντων κατὰ ταυτὸν ἐκπεπτωκότων, ἐστερήθησαν δὲ γλωττῶν. διέῤῥυσαν γὰρ καὶ αὗται σηπεδόνι περιπεσοῦσαι· ἀφῃρέθησαν δὲ καὶ τὸ βλέπειν, καὶ διὰ τῶν παθημάτων ἐκήρυττον τῆς εὐσεβείας τὴν δύναμιν. ἐν Ἐμέσῃ δὲ τῇ ὁμόρῳ πόλει, Διονύσῳ τῷ Γύννιδι τὴν νεόδμητον ἀφιέρωσαν ἐκκλησίαν, τὸ καταγέλαστον καὶ ἀνδρόγυνον ἐν αὐτῇ ἱδρύσαντες ἄγαλμα. ἐν Δοροστόλῳ· πόλις δὲ αὕτη τῆς Θρᾴκης ἐπίσημος· Αἰμιλιανὸς ὁ νικηφόρος ἀγωνιστὴς, ὑπὸ Καπετωλίνου τοῦ τῆς Θρᾴκης ἁπάσης ἄρχοντος παρεδόθη πυρᾷ. τὸ δέ γε Μάρκου τοῦ Ἀρεθουσίων ἐπισκόπου δρᾶμα, τῆς Αἰσχύλου καὶ Σοφοκλέους μεγαληγορίας δεῖται, ἵν' ἀξίως τὰ ἐκείνου τραγῳδήσωσι πάθη· ἐπειδὴ γὰρ οὗτος ἐν τοῖς Κωνσταντίου καιροῖς εἰδωλικόν τινα καταλύσας σηκὸν, ἐκκλησίαν ἐδείματο, τὸν Ἰουλιανοῦ μεμαθηκότες Ἀρεθούσιοι σκοπὸν, ἐγύμνωσαν τὴν δυσμένειαν. ὁ δὲ, πρῶτον μὲν ἀποδρᾶναι κατὰ τὸν εὐαγγελικὸν ἐπειράθη νόμον. ἐπειδὴ δὲ ἔγνω τῶν ὑπ' αὐτὸν ἀντ' αὐτοῦ συνειλῆφθαι τινὰς, ἐπανῆκέ τε καὶ ἑαυτὸν τοῖς μιαιφόνοις ἐξέδωκεν. οἱ δὲ λαβόντες, οὔτε ᾤκτειραν ὡς πρεσβύτην, οὔτε ᾐδέσθησαν ὡς ἀρετῆς φροντιστήν. ἀλλὰ καὶ βίῳ καὶ λόγῳ τὸν ἄνδρα κοσμούμενον, πρῶτον μὲν ᾐκίσαντο, τὸ σῶμα γυμνώσαντες, καὶ τοῖς μέλεσιν ἅπασιν ἐπιθέντες τὰς μάστιγας. εἶτα εἰς ὑπονόμους δυσώδεις ἐμβαλόντες, κἀκεῖθεν ἀναγα-

γόντες, τῷ πλήθει τῶν μειρακίων παρέδοσαν, A ἀφειδῶς αὐτὸν καταλκεντεῖν ταῖς γραφίσι κελεύσαντες, μετὰ δὲ ταῦτα εἰς γύργαθον ἐμβαλόντες. καὶ γάρῳ καὶ μέλιτι χρίσαντες, ὑπαίθριον ἠώρησαν ἐν θέρους ἀκμῇ, σφῆκας ὁμοῦ καὶ μελίττας εἰς θοίνην προσκαλούμενοι. ταῦτα δὲ ἔδρων, δυοῖν θάτερον ἀναγκάζοντες, ἢ τὸν σηκὸν τὸν καταλυθέντα δομήσασθαι, ἢ τὴν τῆς οἰκοδομίας ἐκτίσαι δαπάνην. ὁ δὲ, τῶν μὲν χαλεπῶν ἐκείνων ἠνείχετο παθημάτων, δρᾶσαι δὲ τῶν προτεινομένων οὐδὲν ἐπηγγέλλετο. ἐκεῖνοι δὲ διὰ πενίαν αὐτὸν μὴ παρέχειν ὑπειληφότες τὰ χρήματα, τὰ μὲν ἡμίση τῶν προσταχθέντων ἠφίεσαν, τὰ ἄλλα δὲ ἐκτίνειν ἐκέλευον. ὁ δὲ ἐξηρτημένος, καὶ ὑπό τε τῶν γραφίδων κεντούμενος, ὑπό τε τῶν σφηκῶν καὶ B τῶν μελιττῶν ἐσθιόμενος, οὐ μόνον οὐκ ἐδήλου τὰς ἀλγηδόνας· ἀλλὰ καὶ ἐπετώθαζε τοῖς ἀνοσίοις, καὶ ἔλεγεν αὐτοὺς μὲν εἶναι χαμαιζήλους καὶ ἐπιγείους, ἑαυτὸν δὲ ὑψηλὸν καὶ μετέωρον. τέλος δὲ, βραχύ τι μόριον χρημάτων ἐξήτησαν. ὁ δὲ, ἴσον εἰς ἀσέβειαν ἔφη, τὸ ὀβολὸν γοῦν ἕνα δοῦναι, τῷ πάντα δοῦναι. οὕτως ἡττηθέντες ἀπέλυσαν, ὑπεραγασθέντες τὴν καρτερίαν, καὶ διὰ τῶν ἐναντίων εἰς τἀναντία μεταβληθέντες. C διὰ γὰρ τῆς ἐκείνου γλώττης μετέμαθον τὴν εὐσέβειαν.

ctum, adoleſcentum multitudini tradunt, hortantes ut ſtylis ſuis eum configerent. Poſt hæc reticulo incluſum, & garo ac melle inunctum, æſtu ardentiſſimo ſublimem ſuſpenderunt ſub dio, veſpas & apes ad eum ſugendum invitantes. Atque hæc ab illis fiebant, ut duorum alterum præſtare eum cogerent, templum ſcilicet deſtructum inſtaurare, aut ſumptus ad inſtaurandum ſuppeditare. Verum ille, graviſſimos quidem cruciatus conſtanter tulit, nihil tamen eorum quæ ipſi proponebantur facturum ſe promiſit. Tunc vero Arethuſii, cùm exiſtimarent illum ob egeſtatem pecunias non offerre; dimidia parte ejus ſummæ quam petierant remiſſa, reliquum ſolvere illum juſſerunt. At ille ſuſpenſus, & partim ſtylis compunctus, partim à veſpis & apibus depaſtus, non modo ſignificationem doloris nullam dabat, ſed impios etiam deridebat: & illos quidem humiles atque in terram depreſſos eſſe ajebat; ſe vero ſublimem atque excelſum. Ad extremum Arethuſii, exiguam admodum pecuniam ab eo flagitarunt. At ille, vel unum obolum dare, ejuſdem impietatis eſſe reſpondit ac ſummam integram præſtare. Hoc modo ſuperati eum dimiſerunt, patientiam ejus magnopere mirantes, & per contraria in contrarium verſi. Nam ex ejus ore Chriſtianam religionem poſtea didicerunt.

## Κεφ. η'.

Τίνα κατὰ χριστιανῶν ἐνομοθέτησεν.

Καὶ ἕτερα δὲ μυρία πανταχοῦ γῆς καὶ θαλάττης, κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ὑπὸ τῶν δυσσεβῶν κατὰ τῶν εὐσεβῶν ἐτολμήθη. καὶ γὰρ προφανῶς λοιπὸν ὁ θεομισὴς κατὰ τῆς εὐσεβείας ἐνομοθέτει. Καὶ πρῶτον μὲν ἀπηγόρευσε τῶν D γαλιλαίων τοὺς παῖδας, οὕτω γὰρ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν τοὺς θιασώτας ὠνόμαζε, ποιητικῶν καὶ *ῥητορικῶν καὶ φιλοσόφων μεταλαγχάνειν λόγων. τοῖς οἰκείοις γάρ, φησι, πτεροῖς κατὰ τὴν παροιμίαν βαλλόμεθα. ἐκ γὰρ τῶν ἡμετέρων συγγραμμάτων καθοπλιζόμενοι, τὸν καθ' ἡμῶν ἀναδέχονται πόλεμον. μετὰ τοῦτον, ἕτερον τέθεικε νόμον, τοὺς γαλιλαίους κελεύων τῆς στρατείας ἐξελαύνεσθαι.

## Cap. VIII.

*Quas adverſus Chriſtianos leges tulerit Julianus.*

Alia præterea innumera per idem tempus, ab impiis hominibus adverſus pietatis cultores, terra marique perpetrata ſunt. Jam tum enim Deo infeſtus Tyrannus, palam adverſus pietatem leges ferre cœperat. Ac primo quidem vetuit, ne Galilæorum filii: ſic enim Chriſtianos vocabat: Poëticæ & Rhetoricæ ac Philoſophiæ ſtudiis erudirentur. Noſtris enim, ajebat, pennis ut eſt in vetere proverbio, configimur. *Quippe noſtrorum ſcriptorum armis inſtructi, bellum contra nos gerunt. Poſt hæc aliam legem tulit, quâ Galilæos jubebat militiâ expelli.

A

## Cap. IX.

*De relegatione & fuga magni Athanaſii.*

Eodem tempore Athanaſius, quinquertio quidam in cunctis pro veritate certaminibus invictus, aliud rurſus diſcrimen ſubiit. Nam dæmones cùm efficaciam linguæ & precationum Athanaſii ferre non poſſent, miniſtros ſuos ad maledicta in eum congerenda incitarunt. Ac multa quidem in eum dixerunt, poſcentes ab impietatis patrono, ut Athanaſium urbe expelleret: Inter cætera vero hoc adjecerunt; Si Athanaſius remanſerit, nullum Gentilem eſſe remanſurum: illum enim cunctos ad ſuas partes brevi traducturum. B His ſupplicationibus admiſſis, Julianus Athanaſium non modo pelli juſſit, verum etiam morte mulctari. Ea re conterritis Chriſtianæ religionis ſectatoribus prædixiſſe fertur, motum illum brevi ceſſaturum. Nubem enim eſſe dixit, quæ celerrime diſſolveretur. Subduxit ſe tamen, cùm eos qui contra ipſum miſſi fuerant, adveniſſe jam comperiſſet, nactuſque in ripa fluminis navigium, ſubvectus eſt in Thebaidem. Is vero cui cædes Athanaſii mandata fuerat, auditâ ejus fugâ, quantocyus C eum perſequi cœpit. Quem præveniens quidam ex familiaribus Athanaſii, cùm feſtinare illum nuntiaſſet, nonnulli ex comitibus orabant, ut in ſolitudinem deflecteret. Ipſe vero gubernatori præcepit, ut navigium rectà Alexandriam dirigeret. Sic igitur cùm contra perſecutorem ipſum navigarent, occurrit is qui mandatum cædis acceperat; & quantum inde abeſſet Athanaſius, ſciſcitatur. Ille haud procul abeſſe eum reſpondit: eoque dimiſſo Alexandriam profectus, reliquo tempore Imperii Juliani, ibi delituit. D

## Κεφ. θ'.

Περὶ τῆς ἐξορίας τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου καὶ φυγῆς.

Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἀθανάσιος πάλιν ὁ πένταθλος τῆς ἀληθείας ἀγωνιστής, ἕτερον ὑπέμεινε κίνδυνον. οὐκ ἐνεγκόντες γὰρ οἱ δαίμονες τῆς Ἀθανασίου γλώττης καὶ προσευχῆς τὴν ἰσχύν, τοὺς οἰκείους ὑπουργοὺς εἰς τὰς κατ' ἐκείνου λοιδορίας καθώπλισαν. καὶ πολλὰς μὲν καὶ ἄλλας ἀφῆκαν φωνάς, ἀντιβολοῦντες τὸν προστάτην τῆς ἀσεβείας ἐξελάσαι τὸν Ἀθανάσιον. προσέθηκαν δὲ καὶ ταύτην· εἰ Ἀθανάσιος μείνοι, οὐδεὶς Ἑλλήνων μενεῖ· ἅπαντας γὰρ εἰς τὸν οἰκεῖον μεταστήσει χορόν. ταύτας Ἰουλιανὸς τὰς ἱκετείας δεξάμενος, οὐκ ἐξελαθῆναι μόνον προσέταξεν, ἀλλὰ καὶ ἀναιρεθῆναι τὸν Ἀθανάσιον. τῶν δὲ θιασωτῶν ὀῤῥωδούντων, προειρηκέναι λέγεται τὴν ταχεῖαν τοῦ θορύβου κατάλυσιν. νέφος γὰρ αὐτὸν προσηγόρευσε διαλυόμενον ὅτι τάχιστα. ὑπεχώρησε δὲ ὅμως, ἐληλυθέναι τοὺς ἀπεσταλμένους μεμαθηκώς· καὶ πορθμεῖον εὑρὼν παρὰ τὴν ὄχθην τοῦ ποταμοῦ, ἐπὶ τὴν Θηβαίων χώραν ἀνήγετο. ὁ δὲ ἀνελεῖν αὐτὸν προστεταγμένος, πυθόμενος τὴν φυγήν, κατὰ κράτος ἐδίωκεν. ἑτέρου δέ τινος τῶν γνωρίμων προειληφότος τε καὶ σφόδρα ἐλαύνειν αὐτὸν εἰρηκότος, τινὲς μὲν τῶν συνόντων ἐπὶ τὴν ἔρημον ἐκκλίνειν ἱκέτευον. αὐτὸς δέ, τῷ κυβερνήτῃ ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἰθῦναι τὸ πορθμεῖον ἐκέλευεν. οὕτω δὴ αὐτῶν κατ' ἀντικρὺ τοῦ διώκοντος φερομένων, ἧκεν ὁ τοῦ θανάτου τὰς ἐντολὰς δεδεγμένος, καὶ πόσον ἀφέστηκεν ὁ Ἀθανάσιος, ἤρετο. ὁ δὲ πελάζειν τοῦτον εἰπών, ἐκεῖνον μὲν ἀπέπεμψεν. αὐτὸς δὲ τὴν Ἀλεξάνδρειαν κατέλαβε, καὶ τὸ λειπόμενον τῆς Ἰουλιανοῦ βιοτῆς αὐτόθι διέλαθεν.

## Cap. X.

*De Apolline Daphnæo, & de ſancto Babyla.*

Julianus vero cùm bellum Perſis inferre vellet, ad cuncta quæ in orbe Romano erant, oracula fidiſſimos ex ſubditis ſuis miſit. Ipſe Apollini Pythio qui apud Daphnem colebatur, ſupplicavit, ut futura ſibi oſtenderet. Reſpondit Apollo, cadavera mortuorum in proximo collocata obſtare vaticiniis: ea prius transferenda eſſe alium in locum; ſe deinde reſponſa

## Κεφ. ι'.

Τὰ κατὰ τὸν Ἀπόλλωνα τὸν ἐν Δάφνῃ, καὶ τὸν ἅγιον Βαβύλαν.

Ἰουλιανὸς δὲ Πέρσαις ἐπιστρατεῦσαι βουλόμενος, εἰς ἅπαντα μὲν τὰ κατὰ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν χρηστήρια τοὺς πιστοτάτους τῶν ὑπηκόων ἐξέπεμψεν. αὐτὸς δέ, τὸν Πύθιον τὸν Δαφναῖον ἱκέτευε, δηλῶσαι οἱ τὰ ἐσόμενα. ὁ δέ, τοὺς γείτονας ὄντας νεκροὺς ἔφη ἐμπόδιον γίνεσθαι τῇ μαντείᾳ, καὶ χρῆναι τούτους πρότερον εἰς ἕτερον μετατεθῆναι χωρίον, εἶθ' οὕτως ἀπαγ-

γείλαι τὴν πρόρρησιν· οὐ γὰρ ἂν εἴποιμί τι, μὴ τοῦ τεμένους ἐκκαθαρθέντος. Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν αὐτόθι κατέκειτο τοῦ καλλινίκου μάρτυρος Βαβύλα καὶ τῶν συναθλησάντων αὐτῷ μειρακίων τὰ λείψανα. καὶ δῆλος ἦν ὁ ψευδόμαντις, ὑπὸ τῆς ἐκείνου χάριτος τῆς συνήθους ψευδολογίας εἰργόμενος. τοῦτο δὴ καὶ Ἰουλιανὸς συνεῖς. ἐκ γὰρ τῆς παλαιᾶς εὐσεβείας ἐγνώκει τῶν μαρτύρων τὴν δύναμιν. ἄλλο μὲν ἐκεῖθεν οὐδὲν νεκρὸν μετεκόμισε σῶμα. μόνον δὲ τῶν νικηφόρων μαρτύρων τὰ λείψανα, τοῖς τοῦ χριστοῦ θιασώταις μετενεγκεῖν παρηγγύησεν. οἱ δὲ ἀσμένως τὸ ἄλσος καταλαβόντες, καὶ ἐπὶ ζεύγους τεθεικότες τὴν λάρνακα, πανδημεὶ ταύτης ἡγοῦντο, χορεύοντες καὶ τὴν δαυϊτικὴν ᾄδοντες μελῳδίαν, καὶ καθ' ἕκαστον κῶλον ἐπιφθεγγόμενοι· αἰσχυνθήτωσαν πάντες οἱ προσκυνοῦντες τοῖς γλυπτοῖς. ἧτταν γὰρ τοῦ δαίμονος ὑπελάμβανον, τοῦ μάρτυρος τὴν μετάθεσιν.

A daturum. Nihil enim ſe dicturum eſſe, templo minime repurgato. Erant enim tunc temporis in eo loco depoſitæ, invictiſſimi martyris Babylæ, & adoleſcentum, qui cum eo occiſi fuerant, reliquiæ. Satiſque apparebat, falſum vatem martyris illius virtute, à conſueta oraculorum vanitate prohiberi. Quod cùm ipſe quoque Julianus probe noſſet: ex priſtina enim religione quam profeſſus fuerat, perſpectam habebat martyrum potentiam: aliud quidem cadaver nullum inde tranſtulit: ſolas vero invictiſſimorum martyrum reliquias, à Chriſtianæ religionis

B cultoribus exportari juſſit. Hi alacri animo ad lucum venientes, arcam carpento quod à bigis trahebatur, impoſuerunt: eamque catervatim præcedentes, cum tripudio in urbem duxere, Davidicos hymnos canentes, & ſingulis verſibus hanc clauſulam addentes: Confundantur omnes qui adorant ſculptilia. Martyris enim tranſlationem, devictionem eſſe dæmonis exiſtimabant.

## Κεφ. ια'.

Περὶ Θεοδώρου τοῦ ὁμολογητοῦ.

Ἰουλιανὸς δὲ τὴν ἐντεῦθεν αὐτῷ προσγενομένην αἰσχύνην οὐκ ἐνεγκὼν, τῇ ὑστεραίᾳ τοὺς τῆς χορείας ἐκείνης ἡγεμόνας συλληφθῆναι προσέταξε. Σαλούστιος δὲ ὕπαρχος ὢν τηνικαῦτα, καίτοι τῇ δυσσεβείᾳ δουλεύων, πεῖσαι τὸν τύραννον ἐπειράθη, δόξης ἐφιεμένοις τοῖς χριστιανοῖς μὴ παρασχεῖν τὸ ποθούμενον. ἰδὼν δὲ ὅμως τὸν βασιλέα ἐγκρατῆ γενέσθαι τοῦ θυμοῦ μὴ δυνάμενον, νέον τινὰ ζήλῳ θείῳ κοσμούμενον βαδίζοντα κατὰ τὴν ἀγορὰν ἁρπάσας, καὶ δημοσίᾳ τοῦτον ἐπὶ ξύλου κρεμάσας, ἱμάσι μὲν τὰ νῶτα κατέξανεν, ὄνυξι δὲ διώρυξε τὰς πλευράς· καὶ τοῦτο ποιῶν διετέλεσεν, ἕωθεν ἀρξάμενος, μέχρι ληγούσης ἡμέρας. εἶτα αὐτῷ τὰ ἐκ σιδήρου δεσμὰ περιθεὶς, φυλαχθῆναι προσέταξε. ταῦτα ἕωθεν τὸν Ἰουλιανὸν διδάξας, καὶ τοῦ νέου τὴν καρτερίαν ἀπαγγείλας, ἑαυτῶν μὲν ἧτταν εἶναι, τῶν δὲ χριστιανῶν εὔκλειαν ἔλεγε τὰ γινόμενα· οὕτω πεισθεὶς ὁ θεομισὴς, ταῦτα παθεῖν ἑτέρους οὐκ εἴασε. καὶ μέντοι καὶ τὸν Θεόδωρον ἐκέλευσε τῆς εἱρκτῆς ἀφεθῆναι. τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ νέῳ ἐκείνῳ καὶ γενναίῳ τῆς ἀληθείας ἀγωνιστῇ.

## Cap. XI.

*De Theodoro Confeſſore.*

C JULIANUS vero ignominiam ex ea re ſibi illatam non ferens, poſtero die duces illius pompæ comprehendi jubet. Tunc Saluſtius qui per id tempus Præfectus erat prætorii; quamvis ſimulachrorum cultui mancipatus, tyranno perſuadere conatus eſt, ne Chriſtianos, qui martyrii gloriam ambibant, compotes voti ſui redderet. Sed cùm videret Imperatorem iram ſuam comprimere non poſſe, adoleſcentem quendam Divino zelo præditum qui per forum incedebat, corripi juſſit. Cumq; eum coram omni multitudine equuleo impoſuiſſet, tergum ejus loris lacerari,

D & latera ungulis fodi præcepit. Atque hoc à prima luce uſque ad veſperam facere perſeveravit. Poſt hæc ferreis vinculis conſtrictum cuſtodiæ tradidit. Poſtridie mane cùm rem ad Julianum retuliſſet, & adoleſcentis conſtantiam narraſſet, ipſis quidem cladem atq; ignominiam, Chriſtianis vero gloriam hæc afferre adjecit. His permotus hoſtis ille Dei, alios ſimiliter cruciari vetuit. Quin etiam Theodorum ex carcere dimitti juſſit, hoc enim nomine adoleſcens ille & ſtrenuus veritatis athleta vocabatur. Eun-

A poſtea nonnulli interrogarunt, utrum doloris aliquid ſenſiſſet, dum tam acerba & crudelia tormenta pateretur. Quibus ille reſpondit, initio quidem ſe nonnihil doloris perſenſiſſe: poſtea vero apparuiſſe ſibi quendam, qui molli ac frigido linteo ſudorem vultus aſſidue abſtergeret, & bono animo eſſe juberet. Atque idcirco cùm ceſſaſſent carnifices, non gaviſum ſe eſſe dixit, ſed potius doluiſſe. Eodem enim tempore abſceſſiſſe etiam illum, qui ipſi ſolatium præbebat. Porro falſiloquus dæmon, martyris quidem gloriam auxit; ſuum vero patefecit mendacium. Etenim fulmen cœlitus miſſum, univerſum fanum combuſſit, ipſumq; B Apollinis Pythii ſimulachrum in pulverem minutiſſimum redegit. Erat enim ex ligno, ſed auro exterius obductum. Quod cùm Julianus Juliani Imperatoris Avunculus, qui tum Comes erat Orientis, noctu accepiſſet, contento curſu Daphnen perrexit, opitulari ſtudens Deo, qui ab ipſis colebatur. Sed ubi vidit Deum ſuum in favillam redactum, ædituos tormentis ſubjecit, incendium illud à quopiam Chriſtiano excitatum fuiſſe ſuſpicans. At illi quamvis torquerentur, adduci tamẽ non C potuerunt, ut falſum quidpiam dicerent. Ignem enim non ſubtus exortum eſſe, ſed ſupernè cœpiſſe ajebant. Adventantes etiam è vicinis agris ruſtici teſtabantur, fulmen cœlitus irruens à ſe conſpectum eſſe.

## Cap. XII.

*De ſacris vaſis fiſco vindicatis: & de annona adempta.*

VERUM impii, quamvis hæc ita eſſe compertum haberent, nihilominus contra hujus univerſi moderato- D rem Deum inſurrexerunt. Nam & ſacra vaſa in publicum ærarium inferri Tyrannus præcepit: & majoris Eccleſiæ quam Conſtantinus ædificaverat, foribus obſeratis, aditum eis interclusit qui illic congregari ſolebant. Eam autem Eccleſiam obtinebant eo tempore Ariani. Porrò unà cum Juliano Orientis Comite in Eccleſiam ingreſſi ſunt, Felix Comes ſacrarum largitionum, & Elpidius privatarum Principis opum ac poſſeſſionum curam gerens, quem Romani Comitem privatarum vocare ſolent. Ajunt autem Felicem & Elpidium, cùm Chriſtiani eſſent,

A τοῦτον ἤροντό τινες, εἰ τῆς ὀδύνης ἐπῄσθετο τὰς πικρὰς ἐκείνας καὶ ὠμοτάτας ὑπομείνας βασάνους. ὁ δὲ ἔφη, τὴν μὲν ἀρχὴν ὀλίγης ἀλγηδόνος αἰσθέσθαι. εἶτα οἱ ἐπιφανῆναι τινὰ, ὀθόνῃ μαλακῇ τε καὶ ψυχρᾷ τοῦ προσώπου συνεχῶς ἐκματτόμενον τὸν ἱδρῶτα, καὶ παρεγγυῶντα θαῤῥεῖν· διά τοι τοῦτο καὶ τῶν δημίων παυσαμένων, οὐχ ἡσθῆναι, ἀλλὰ ἀνιαθῆναι ἔφη· συναποστῆναι γὰρ ἔφη καὶ τὸν τὴν ψυχαγωγίαν προσφέροντα. ὁ δὲ ψευδόμαντις δαίμων, τοῦ μὲν μάρτυρος τὸ κλέος ἐπηύξησε, τὸ δὲ οἰκεῖον ἐγύμνωσε ψεῦδος. σκηπτὸς γὰρ οὐρανόθεν κα- B ταπεμφθεὶς, τὸν σηκὸν ἐνέπρησεν ἅπαντα, καὶ αὐτὸ τὸ τοῦ πυθίου ἄγαλμα κόνιν λεπτοτάτην ἀπέφηνε. ξύλινον γὰρ ἦν, ἔξωθεν ἀλλ᾽ ἠλειμμένον χρυσῷ. τοῦτο ἰουλιανὸς ὁ ἰουλιανοῦ θεῖος νύκτωρ μαθὼν, τῆς ἑῴας δὲ ὕπαρχος ἦν, καὶ τάχος ἐλαύνων τὴν δάφνην κατέλαβεν, ἐπικουρῆσαι σπουδάζων τῷ παρ᾽ αὐτῶν προσκυνουμένῳ θεῷ. ἰδὼν δὲ τὸν καλούμενον θεὸν, κόνιν γεγενημένον, τοὺς νεωκόρους ᾐκίζετο, παρὰ χριστιανοῦ τινὸς τὸν ἐμπρησμὸν γεγενῆσθαι τοπάζων. οἱ δὲ, καὶ αἰκιζόμενοι φάναι τι ψευδὲς οὐκ ἠνέ- C σχοντο. τὸν γὰρ ἐμπρησμὸν ἔλεγον οὐ κάτωθεν, ἀλλ᾽ ἄνωθεν λαβεῖν τὴν ἀρχήν. καὶ τῶν πλησιοχώρων δὲ ἀγροίκων τινὲς ἀφικόμενοι, ἔφασαν οὐρανόθεν τὸν πρηστῆρα φερόμενον τεθεᾶσθαι.

## Κεφ. ιβʹ.

Περὶ τῆς δημεύσεως τῶν ἱερῶν κειμηλίων, καὶ τῆς τῶν σιτηρεσίων ἀφαιρέσεως.

Ἀλλὰ καὶ ταῦτα οὕτωσὶ γεγενῆσθαι μεμαθηκότες οἱ δυσσεβεῖς, κατὰ τοῦ θεοῦ τῶν ὅλων D ὡπλίζοντο· καὶ τά τε ἱερὰ σκεύη τοῖς βασιλικοῖς ταμείοις ὁ τύραννος παραδοθῆναι προσέταξε· καὶ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ἣν κωνσταντῖνος ἐδείματο, καθηλώσας τὰς θύρας, ἄβατον τοῖς εἰς αὐτὴν ἀθροιζομένοις ἀπέφηνεν. οἱ δὲ τῆς ἀρείου συμμορίας ταύτην τηνικαῦτα κατεῖχον. ἰουλιανῷ δέ γε τῷ τῆς ἑῴας ὑπάρχῳ συνεισῆλθον εἰς τὸν θεῖον νεὼν, φῆλιξ μὲν ταμίας ὢν τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν· ἐλπίδιος δὲ τῶν ἰδίων τοῦ βασιλέως χρημάτων τε καὶ κτημάτων τὴν ἡγεμονίαν πεπιστευμένος. κόμητα δὲ πριβάτων τὸν τοιοῦτον προσαγορεύειν εἰώθασι ῥωμαῖοι. καὶ τὸν φήλικα δὲ καὶ τὸν ἐλπίδιον φασὶ χριστιανοὺς

ὄντας ἀποστῆναι τῆς εὐσεβείας, χαριζομένους τῷ δυσσεβεῖ βασιλεῖ. ὁ δὲ Ἰουλιανὸς, οὖρον μὲν κατὰ τῆς ἱερᾶς τραπέζης ἐξέκρινε. τὸν δὲ Εὐζώϊον πειραθέντα κωλῦσαι, κατὰ τῆς κόρρης ἐπάταξε. φάναι δὲ, λέγεται ὡς ἔρημα τὰ τῶν χριστιανῶν τῆς θείας ὑπάρχει κηδεμονίας. ὁ δὲ Φήλιξ τῶν ἱερῶν σκευῶν τὴν πολυτέλειαν θεασάμενος. Κωνσταντῖνος γὰρ καὶ Κωνστάντιος φιλοτίμως ταῦτα κατεσκεύασαν. ἰδοὺ, ἔφη, ἐν ποίοις σκεύεσιν ὑπηρετεῖται ὁ Μαρίας υἱός.

A eſſent, in gratiam impii Principis à vera pietate deſciviſſe. Et Julianus quidem, ſacram menſam perminxiſſe dicitur. Cumque Euzoius id facinus prohibere vellet, colaphum ei inflixit. Adjecit etiam, Chriſtianorum res Divinâ providentiâ deſtitutas eſſe. Felix vero ſacrorum vaſorum magnificentiam conſpicatus: Conſtantinus enim & Conſtantius ambitioſe fabricari ea juſſerant: Ecce, inquit, quibus vaſis Mariæ Filio miniſtratur.

## Κεφ. ιγ'.

Τὰ κατὰ Ἰουλιανὸν τὸν θεῖον τοῦ βασιλέως, καὶ τοὺς ἄλλους ἀσεβεῖς.

Ἀλλὰ τῶν δυσσεβῶν τούτων καὶ μανικῶν τολμημάτων οὐκ εἰς μακρὰν ἔτισαν δίκας. Ἰουλιανὸς μὲν γὰρ παραυτίκα νόσῳ χαλεπῇ περιπεσὼν, ὑπὸ σηπεδόνος διεφθάρη τὰ ἔγκατα· καὶ τὴν κόπρον οὐκέτι διὰ τῶν ἀποκριτικῶν μορίων παρέπεμπεν, ἀλλὰ τὸ μυσαρὸν στόμα τὸ τῆς βλασφημίας γενόμενον ὄργανον, ἀποκρίσεως κόπρου ἐγένετο μόριον. φασὶ δὲ αὐτοῦ τὴν γυναῖκα πίστει λαμπρυνομένην, ταῦτα φάναι πρὸς τὸν ὁμόζυγον· ὑμνεῖν ὦ ἄνερ τὸν σωτῆρα Χριστὸν προσήκει, ὅτι σοι διὰ τῆς παιδείας, τὴν οἰκείαν ὑπέδειξε δύναμιν· οὐδὲ γὰρ ἂν ἔγνως τίς ὁ παρὰ σοῦ πολεμούμενος, εἰ τῇ συνήθει μακροθυμίᾳ χρησάμενος, ταύτας σοι τὰς θεηλάτους πληγὰς οὐκ ἐπήγαγεν. ἐκ τούτων δὲ τῶν λόγων καὶ τῶν ἐπικειμένων παθῶν, συνεὶς τῆς νόσου τὴν αἰτίαν ὁ δείλαιος, ἀποδοῦναι τὴν ἐκκλησίαν τὸν βασιλέα ἱκέτευσε τοῖς ταύτης ἐστερημένοις. ἀλλ᾽ οὔτε ἐκεῖνον ἔπεισε, καὶ αὐτὸς τοῦ βίου τὸ τέλος ἐδέξατο. ὁ δὲ Φήλιξ ἐξαπίνης θεήλατον καὶ αὐτὸς δεξάμενος μάστιγα, αἷμα πανημέριόν τε καὶ παννύχιον ἐκ τοῦ στόματος ἔφερε, τῶν ἀγγείων τοῦ σώματος πανταχόθεν εἰς τοῦτο συρρεόντων τὸ μόριον· οὕτω δὲ παντὸς δαπανηθέντος τοῦ αἵματος, ἀπέσβη, καὶ αὐτὸς, καὶ τῷ αἰωνίῳ παρεπέμφθη θανάτῳ. οὗτοι μὲν οὖν τῆς δυσσεβείας ταύτας ἔτισαν δίκας.

B

## Cap. XIII.

*De vindicta Dei in Julianum Imperatoris avunculum, & alios impios.*

Verum iſti, horum impiorum atq; inſanorum facinorum illico pœnas dederunt. Nam Julianus confeſtim graviſſimo morbo correptus eſt, ita ut inteſtina ejus putredine conſumerentur: nec per ſolitos meatus ſtercus egereret, ſed impurum os quod blaſphemiæ inſtrumentum fuerat, excrementis alvi meatum præberet. Ejus autem conjux, fide ac religione inſignis femina, maritum his verbis allocuta eſſe dicitur: Chriſtum Servatorem laudare debes, mi vir, qui hujusmodi caſtiga-C tione ſuam tibi potentiam declaraverit. Neſcires enim quis ſit contra quem pugnabas, ſi ſolitâ uſus patientiâ, has tibi plagas divinitus infligere noluiſſet. Ex his verbis & ex dolorum quibus premebatur magnitudine, cùm cauſam morbi ſui miſer intellexiſſet, Imperatorem rogavit, ut Eccleſiam iis quibus adempta fuerat, reſtitueret. Sed neque Imperatori perſuaſit, & ipſe protinus ex hac luce ſublatus eſt. Felix vero, ipſe quoque divino flagello repente percuſſus, ſanguinem diu noctuque per os emiſit, omnibus undique venis in eam corporis partem confluentibus. D Sic univerſo ſanguine effuſo, ipſe quoque extinctus eſt & morti æternæ traditus. Atque hi quidem impietatis ſuæ ejusmodi pœnas dederunt.

## Κεφ. ιδ'.

Περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἱερέως.

Νέος δέ τις υἱὸς ἱερέως ἐν δυσσεβείᾳ τραφεὶς, κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν εἰς τὸν τῶν εὐσεβούντων μετέστη χορόν. γυνὴ γάρ τις ἐπίσημος ἐν

## Cap. XIV.

*De filio Sacerdotis.*

Per idem tempus adoleſcens quidã filius Flaminis, in falſa religione educatus, Chriſtianorũ corpori ſeſe adjunxit. Mulier quædam inſigni pietate,

& diaconatus dignitate prædita, matri A hujus familiaris erat. Hæc illum unà cum matre venientem: erat enim adhuc adoleſcentulus, benivole amplectebatur, & ad pietatem cohortabatur. Mortua interim matre, adoleſcens nihiloſecius inviſebat mulierem, & conſuetâ ejus inſtitutione fruebatur. Cumque ejus conſilia firmiter amplexus eſſet, rogavit magiſtram, quo tandem modo paternam ſuperſtitionem effugere, & veritatis quam illa prædicabat, compos fieri poſſet. Cui illa, patrem fugiendum eſſe reſpondit, eiq; B præponendum creatorem tam ipſius, quam patris: migrandum præterea in aliam urbem, in qua latere poſſit, & impii Principis manus evadere. Ipſa vero id ſibi curæ fore pollicebatur. Tum adoleſcens: Veniam igitur ad te deinceps, inquit, & animam meam tibi committam. Paucis poſt diebus Julianus publicum epulum celebraturus, Daphnen venit. Unâ cum illo venit etiam adoleſcentis pater, quippe qui & flamen eſſet, & Imperatorem aſſectari ſolitus. Erat autem cum patre tum iſte, de quo loquimur, adoleſcens, tum ejus frater. Ambo quippe erant æditui, Imperatoris cibos aqua luſtrali C aſpergere ſoliti. Septem diebus apud Daphnen feſtum agi mos eſt. Primo igitur die, cùm iſte juxta Imperatoris adſtans ſtibadium, cibos ſolenniter adſperſiſſet & ſcelere complevisset, confeſtim Antiochiam pertexit. Et ad eximiam profectus mulierem: Ego quidē, inquit, adſum, nec fidem datam fefelli. Tu vero ſaluti & animæ & corporis mei conſule, & præſta quod promiſiſti. Tum illa protinus conſurgens, adoleſcentem deducit ad virum Dei Meletium. Ille juvenem aliquandiu manere juſſit in ſuperiore domus cœnaculo. At pater filium ſuum quærens, Daphnē D circumire cœpit. Reverſusque in urbem vicos omnes & compita perambulabat, oculos quoquoverſus conjiciens ejus inveſtigandi causâ. Poſtquam vero ad eum locum venit in quo domicilium erat divini Meletii, ſublatis oculis videt illum per cancellos proſpicientem. Statimque ingreſſus, corripuit eum atque abduxit: & domum reductum, primum quidem multis verberibus cecidit. Deinde candentibus veruculis manus ejus ac pedes & dorſū inuſſit. Poſtremo cùm eum in cubiculo incluſiſſet, clauſtris exterius additis

εὐλαβείᾳ, καὶ τοῦ τῆς διακονίας ἠξιωμένη χαρίσματος, συνήθης ἦν τῆς τούτου μητρός. αὕτη τοῦτον μετὰ τῆς μητρὸς ἀφικνούμενον, ἔτι γὰρ μειρακύλλιον ἦν, ἠσπάζετό τε καὶ προὔτρεπεν εἰς εὐσέβειαν. καὶ τῆς μητρὸς δὲ τελευτησάσης ἀφικνεῖτο πρὸς ταύτην ὁ νέος, καὶ τῆς συνήθους διδασκαλίας ἀπήλαυε. παγίως δὲ τὰς συμβουλὰς εἰσδεξάμενος, ἤρετο τὴν διδάσκαλον, τίς ἂν γένοιτο πόρος δι' οὗ δυνατὸν καὶ τὴν τοῦ πατρὸς δεισιδαιμονίαν φυγεῖν, καὶ τῆς παρ' αὐτῆς κηρυττομένης ἀληθείας μεταλαχεῖν. ἡ δὲ λέγει χρῆναι τὸν πατέρα φυγεῖν, καὶ προτιμῆσαι τὸν αὐτοῦ τε κἀκείνου δημιουργόν, καὶ πόλιν ἑτέραν καταλαβεῖν ἐν ᾗ λαθεῖν δυνατὸν καὶ διαδρᾶναι τοῦ δυσσεβοῦς βασιλέως τὰς χεῖρας. ὑπισχνεῖτο δὲ τούτου προνοήσασθαι αὐτή. ἀτάρ, ἔφη ὁ νέος, ἥξω λοιπόν, καὶ τὴν ἐμαυτοῦ σοι παραδώσω ψυχήν. ὀλίγων δὲ διελθουσῶν ἡμερῶν, Ἰουλιανὸς μὲν εἰς τὴν Δάφνην δημοθοινίαν ἐπιτελέσων ἀνῆλθε. συνανῆλθε δὲ καὶ ὁ τούτου πατήρ, ἱερεύς τε ὢν καὶ εἰωθὼς συνέπεσθαι τῷ βασιλεῖ. τῷ δὲ πατρὶ συνηκολούθει, καὶ ὁ τούτου γε ἀδελφός. νεωκόρω γὰρ ἤστην, τὰ βασιλέως ἐδέσματα περιρραίνοντες. ἑπτὰ δὲ ἡμέρας ἐν τῇ Δάφνῃ πανηγυρίζειν εἰώθασιν. ἐν ἡμέρᾳ τῇ πρώτῃ παραστὰς οὗτος τῇ βασιλέως στιβάδι, καὶ τὰ ὄψα κατὰ τὸ ἔθος διαρράνας, καὶ τοῦ μύσους ἐμπλήσας, δρόμῳ χρησάμενος, τὴν Ἀντιόχου κατέλαβε, καὶ πρὸς τὴν θαυμασίαν ἐκείνην ἀφικόμενος ἄνθρωπον, ἐγὼ μὲν ἥκω σοι, ἔφη, μὴ ψευσάμενος τὴν ὑπόσχεσιν. σὺ δὲ σωτηρίας ἑκατέρας ἐπιμελήθητι, καὶ τὴν ἐπαγγελίαν ἐκπλήρωσον. παραυτίκα δὴ οὖν ἐκείνη διαναστᾶσα, πρὸς τὸν τοῦ θεοῦ ἄνθρωπον Μελέτιον τὸν νέον ἀπήγαγεν. ὁ δὲ τέως αὐτὸν ἄνω διάγειν ἐν τῷ καταγωγίῳ προσέταξεν. ὁ δὲ πατὴρ τὸν παῖδα ἐπιζητῶν, τήν τε Δάφνην περιενόστει καὶ εἰς τὸ ἄστυ ἀφικόμενος, περιῄει τὰς ἀγυιὰς καὶ τοὺς στενωποὺς, πάντοσε περιάγων τὼ ὀφθαλμώ, καὶ τοῦτον ἀνιχνεῦσαι ποθῶν. ἐπειδὴ δὲ καὶ ἐκεῖνο τὸ χωρίον ἐγένετο ἔνθα τὸ καταγώγιον ὁ θεῖος εἶχε Μελέτιος, ἀναβλέψας εἶδεν ἐκεῖνον ἀπὸ τοῦ δρυφάκτου διακύπτοντα· καὶ δραμὼν, εἵλκυσέ τε καὶ κατήγαγε· καὶ εἰς τὴν οἰκίαν ἀπαγαγὼν, πρῶτον μὲν αὐτῷ μάστιγας παμπόλλους ἐπήγαγεν· εἶτα ὀβελίσκους πυρακτώσας, καὶ ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς ποσὶ καὶ τοῖς νώτοις ἐπέθηκεν. ἔπειτα καθείρξας ἐν τῷ θαλάμῳ καὶ κλεῖθρα ἔξωθεν ἐπιθεὶς, εἰς τὴν

Δάφνην

Δάφνην ἀνῆλθε. ταῦτα ἐγὼ τοῦ ἀνδρὸς πρεσβύτου ἤδη γεγονότος, διηγουμένου ἀκήκοα. προσετίθει δὲ καὶ ταῦτα, ὡς εὐθὺς γενόμενος καὶ θείας χάριτος ἐμπλησθεὶς, συνέτριψε μὲν ἅπαντα τὰ τοῦ πατρὸς εἴδωλα. ἐκωμῴδει δὲ αὐτῶν τὴν ἀσθένειαν. ὕστερον δὲ εἰς νοῦν λαβὼν ὅπερ ἔδρασεν, ἔδεισέ τε τὴν τοῦ πατρὸς παρουσίαν, καὶ τὸν δεσπότην χριστὸν ἠντιβόλησεν ὀνῆσαι, καὶ συντρίψαι τὰ κλεῖθρα καὶ τὰς θύρας ἀναπετάσαι. σοῦ γὰρ δὴ ἕνεκα, ἔφη, ταῦτα πέπονθά τε καὶ δέδρακα. ταῦτά μου, ἔφη, λέγοντος, ἐξέπεσε μὲν τὰ κλεῖθρα, ἀνεῴχθησαν δὲ αἱ θύραι. ἐγὼ δὲ πάλιν πρὸς τὴν διδάσκαλον ἔδραμον. ἡ δὲ σχῆμά μοι γυναικὸς περιθεῖσα, καὶ σὺν αὐτῇ γε εἰς τὴν καμάραν καθίσασα, τῷ θείῳ με πάλιν μελετίῳ προσήγαγεν. ὁ δὲ τῷ τῶν ἱεροσολύμων με παρέδωκεν ἐπισκόπῳ· κύριλλος δὲ τηνικαῦτα ἦν. καὶ οὕτω νύκτωρ εἰς τὴν παλαιστίνην ὡρμήσαμεν. μετὰ δὲ τὴν ἰουλιανοῦ τελευτὴν, καὶ τὸν πατέρα οὗτος πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐποδήγησε. καὶ τοῦτο γὰρ ἡμᾶς μετὰ τῶν ἄλλων ἐδίδαξε. τοῦτον μὲν δὴ τὸν τρόπον οὗτοι πρὸς θεογνωσίαν ποδηγηθέντες, τῆς σωτηρίας μετέλαχον.

A Daphnen rediit. Hæc ego illum jam ſenem narrantem audivi. Qui hæc etiam adjiciebat, ſe divino numine afflatum, & cœleſti repletum gratia, patris ſimulachra omnia contriviſſe, & infirmitatem eorum deriſiſſe. Poſtea vero cùm facinus ſuum ipſe conſideraret, patris reditum expaviſſe; & oraſſe Chriſtum Dominum, ut opem ſibi ferre vellet, & contritis clauſtris fores aperiret. Tuâ enim causâ, ajebat, hæc pertuli, hæc feci. Hæc cùm dicerem, inquit, ſubito ceciderunt clauſtra, & fores apertæ ſunt. Tum ego rurſus ad magiſtram cucurri: Illa vero, cùm me B muliebri veſte induiſſet & in baſterna collocaſſet, rurſus ad divinum Meletium me adduxit. Ille Hieroſolymorum me tradidit Epiſcopo, qui tunc Cyrillus vocabatur. Atque ita noctu in Palæſtinam profecti ſumus. Cæterum poſt obitum Imperatoris Juliani, iſte patrem quoq; ſuum ad veram religionem perduxit. Nam & hoc inter alia nobis narravit. Hoc modo iſti ad Dei cognitionem adducti, ſalutem conſecuti ſunt.

## Κεφ. ιε'.

Περὶ ἰουβεντίνου καὶ μαξίμου τῶν ῥωμαίων.

Ἰουλιανὸς δὲ παρρησιαίτερον, μᾶλλον δὲ ἀναιδέστερον, κατὰ τῆς εὐσεβείας ὡπλίζετο, τὸ μὲν τῆς ἐπιεικείας περικείμενος προσωπεῖον, πάγας δὲ κατασκευάζων καὶ θήρατρα, πρὸς τὸν τῆς ἀσεβείας ὄλεθρον τοὺς ἐξαπατωμένους ἀγρεύοντα. πρῶτον μὲν γὰρ τὰς ἐν τῷ ἄστει καὶ τὰς ἐν δάφνῃ πηγὰς ταῖς μυσαραῖς θυσίαις ἐμόλυνεν, ἵν' ἕκαστος ἀπολαύων τοῦ νάματος μεταλαγχάνῃ τοῦ μύσους. ἔπειτα δὲ καὶ τὰ κατὰ τὴν ἀγορὰν προκείμενα, τοῦ μιάσματος ἐνεπίμπλα· περιρραίνοντο γὰρ καὶ ἄρτοι καὶ κρέα, καὶ ὀπῶραι καὶ λάχανα, καὶ ὅσα ἄλλα ἐδώδιμα. ταῦτα ὁρῶντες, οἱ τῆς τοῦ σεσωκότος προσηγορίας τετυχηκότες, ἔστενον μὲν καὶ ὠλοφύροντο βδελυττόμενοι τὰ γινόμενα· μετελάμβανον δὲ ὅμως, ἀποστολικῷ πειθόμενοι νόμῳ. πᾶν γάρ, φησι, τὸ ἐν μακέλλῳ πωλούμενον ἐσθίετε, μηδὲν ἀνακρίνοντες διὰ τὴν συνείδησιν. δύο δέ τινες ἐν στρατείᾳ διαπρέποντες· ἀσπιδηφόροι γὰρ ἦσαν καὶ βασιλέως πεζέτεροι· ἔν τινι συμποσίῳ θερμότερον τῶν γινομένων τὸ μύσος ἐθρήνησαν, καὶ τοῖς θαυμασίοις τῶν ἐν βαβυλῶνι διαπρεψάντων

## Cap. XV.

C *De Juventino & Maximo Romanis.*

Julianus vero liberius, ſeu potius majore cum impudentia, pietatem oppugnabat: ſpeciem quidem clementiæ præferens, ſed revera laqueos tendens & retia, quæ deceptos homines in impietatis exitium traherent. Nam primum quidem fontes, tum qui in urbe, tum qui in ſuburbano Daphnenſi erant, abominandis ſacrificiis inquinavit; ut quicunque aquam guſtaſſent, communione ſceleris inficerentur. Deinde cuncta quæ in foro venalia erant, ſimiliter contaminavit. Panes enim & carnes; olera item ac poma; cuncta deD nique cibaria luſtrali aquâ adſpergebantur. Quæ cùm viderent Chriſtiani, gemebant ipſi quidem ac lamentabantur, talia abominantes. Edebant tamen obtemperantes legi Apoſtolicæ ita dicenti: Omne quod in macello venundatur comedite; nihil interrogantes propter conſcientiam. Forte duo quidam honoratioris militiæ gradu præditi: erant enim ſcutarii & ſtipatores Imperatoris: quodam in convivio abominanda hæc ſcelera aliquanto vehementius deploraverant, & puerorum qui olim Babylone inclaruerunt verba admi-

ratione digna uſurpaverant. Tradidiſti A enim, ajebant, nos regi iniquo apoſtatæ ſuper omnes gentes orbis terrarum. Hæc quidam ex convivis Imperatori indicavit. Ille cùm optimos viros ſtatim ad ſe adduci juſſiſſet, interrogavit quid ab ipſis dictum eſſet. Illi ex interrogatione Principis occaſione liberius loquendi arreptâ, egregio quodam zelo incitati hæc dixerunt. Nos in vera pietate educati, ô Imperator, & præſtantiſſimis legibus obtemperantes, quas ſcilicet Conſtantinus ejusque filii tulerunt, lugemus nunc, abominatione cuncta abs te repleri cernentes, & ſceleſtis ſacrificiis cibos potumque contaminari. B Hæc nos & domi deflevimus, & nunc apud te lamentamur. Hoc enim unum in tuo Imperio moleſte ferimus. His auditis mitiſſimus ille & ſapientiſſimus: ſic enim à ſui ſimilibus appellabatur: clementiæ larvâ depoſitâ, impietatis vultum detexit. Et gravibus illos atque acerbis tormentis excruciatos, hac vitâ privavit: imo, ut verius dicam, infelicitate illius temporis liberavit, & victoriæ coronas eis conciliavit. Cauſam vero ſupplicii prætexuit, non pietatem pro qua interfecti ſunt, ſed linguæ petulantiam. Ideo enim punitos eſſe dixit, quod Imperatorem contumeliâ affeciſſent. C Atque hæc ita divulgari præcepit, cùm nomen atque honorem martyrii veritatis athletis invideret. Horum alter Iuventinus, alter vero Maximinus vocabatur. Quos Antiochenſium civitas tanquam veritatis propugnatores honore proſequens, in ſplendido monumento depoſuit, & ad hunc usque diem annuâ feſtivitate veneratur.

A μειρακίων ἐκέχρηντο ῥήμασι. παρέδωκας γὰρ ἡμᾶς, ἔλεγον, βασιλεῖ παρανόμῳ ἀποστάτῃ παρὰ πάντα τὰ ἔθνη τὰ ὄντα ἐπὶ τῆς γῆς. ταῦτά τις τῶν ὁμοτραπέζων ἐκείνων μεμήνυκεν. ὁ δὲ παραυτίκα γε ἀγαγὼν τοὺς ἀρίστους ἄνδρας ἐκείνους, ἐπυνθάνετο τίνα εἴη τὰ εἰρημένα. οἱ δὲ παρρησίας ἀφορμὴν εἰληφότες τὴν τοῦ βασιλέως ἐρώτησιν, τὸν ἀξιέπαινον παραθήξαντες ζῆλον, εἶπον τοιάδε. ἐν εὐσεβείᾳ τραφέντες, ὦ βασιλεῦ, καὶ νόμοις ἀξιεπαίνοις δεδουλευκότες, κωνσταντίνου γὰρ καὶ τῶν ἐκείνου παίδων ἦσαν οἱ νόμοι, ὀλοφυρόμεθα νῦν μύσους ἅπαντα B πεπληρωμένα θεώμενοι, καὶ ταῖς ἐναγέσι θυσίαις τὰ βρώματα καὶ τὰ ποτὰ μολυνόμενα. ταῦτα καὶ οἴκοι τεθρηνήκαμεν, καὶ σοῦ παρόντος ἀποδυρόμεθα. τοῦτο γὰρ δὴ μόνον τῆς σῆς δυσχεραίνομεν βασιλείας. τούτων ἀκούσας τῶν λόγων ὁ πρᾳότατος καὶ φιλοσοφώτατος παρὰ τῶν ἐκείνῳ προσομοίων οὕτως ὀνομαζόμενος, τὸ μὲν τῆς ἐπιεικείας ἀπεδύσατο προσωπεῖον· τὸ δὲ τῆς δυσσεβείας ἐγύμνωσε πρόσωπον. καὶ πικρὰς αὐτοῖς καὶ χαλεπὰς αἰκίας ἐπιτεθῆναι κελεύσας, ἐστέρησε μὲν τῆς παρούσης ζωῆς· μᾶλλον δὲ ἠλευθέρωσεν ἐκείνου τοῦ δυστήνου καιροῦ, καὶ C τοὺς νικηφόρους στεφάνους προὐξένησεν. αἰτίαν δὲ τῇ τιμωρίᾳ συνήρμοσεν, οὐ τὴν εὐσέβειαν ὑπὲρ ἧς ἀνῃρέθησαν, ἀλλὰ τὴν παρρησίαν. ὡς βασιλέα γὰρ ὑβρικότας, ἔφησε τιμωρήσασθαι. ταῦτα δὲ θρυλλεῖσθαι προσέταξε, φθονῶν τοῖς τῆς ἀληθείας ἀθληταῖς τῆς τῶν μαρτύρων προσηγορίας τε καὶ τιμῆς. τούτων ὁ μὲν ἰουβεντῖνος, ὁ δὲ μαξιμῖνος προσηγορεύετο. τούτους ἡ ἀντιόχου πόλις ὡς ἀγωνιστὰς εὐσεβείας τιμήσασα, πολυτελεῖ παραδέδωκε θήκῃ· καὶ μέχρι δὲ τήμερον ἐτησίῳ δημοθοινίᾳ γεραίρονται.

---

D

## CAP. XVI.

*De Valentiniano, qui poſtea imperavit.*

ALII præterea honoribus ac dignitate conſpicui, cùm ſimili uſi eſſent libertate, ſimiles quoque coronas adepti ſunt. Nam & Valentinianus, is qui paulo poſtea imperavit, tunc Tribunus Lanciarios ad palatii cuſtodiam conſtitutos regens, zelũ quem pro pietate habebat, neutiquam diſſimulavit. Forte amens ille in templum genii publici exultans intrabat. Utrinque ad januas adſtabant æditui, qui luſtralis aquæ adſperſione ingreſſuros purgarent,

## Κεφ. ιϛʹ.

Περὶ Βαλεντινιανοῦ τοῦ ὕστερον βασιλεύσαντος.

ΚΑὶ ἄλλοι δὲ τῶν ἐν τέλει καὶ ἀξιώματι παραπλησίᾳ χρησάμενοι παρρησίᾳ, τῶν ἴσων στεφάνων ἀπήλαυσαν. Καὶ γὰρ οὐαλεντινιανὸς ἐκεῖνος ὁ μικρὸν ὕστερον βασιλεύσας, χιλίαρχος δὲ ὢν τηνικαῦτα τῶν περὶ τὰ βασίλεια τεταγμένων λογχοφόρων ἡγούμενος, ὃν εἶχεν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας οὐκ ἀπέκρυψε ζῆλον. ὁ μὲν γὰρ ἐμβρόντητος ἐκεῖνος εἰς τὸ τῆς τύχης τέμενος εἰσῄει χορεύων. ἑκατέρωθεν τῶν θυρῶν εἱστήκεσαν νεωκόροι περιρραντηρίοις τοὺς εἰσιόντας

προκαθαίροντες ὡς ἐνόμιζον. ἐπειδὴ δὲ τοῦ βασιλέως ἡγούμενος τῇ χλανίδι ῥανίδα πελάσασαν εἶδεν Οὐαλεντινιανὸς ὁ βασιλείας ἑκατέρας τούτου χάριν τετυχηκώς, περιέπαισε τὸν νεωκόρον, μεμολύνθαι φήσας, οὐ κεκαθάρθαι. θεασάμενος δὲ τὸ γεγονὸς ὁ ἐξάγιστος, εἰς φρούριον αὐτὸν παρὰ τὴν ἔρημον κείμενον ἐξέπεμψεν, αὐτόθι διάγειν προστεταχώς. ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ἐνιαυτοῦ καὶ μηνῶν διεληλυθότων ὀλίγων, μισθὸν τῆς ὁμολογίας τὴν βασιλείαν ἐδέξατο. οὐ γὰρ μόνον ἐν ἐκείνῳ τῷ βίῳ τοὺς τῶν θείων ἐπιμελομένους ὁ δίκαιος γεραίρει κριτής. ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ παραυτίκα τῶν ἀγαθῶν πόνων ὀρέγει τὰς ἀντιδόσεις, ταῖς ἄρτι χορηγουμέναις δωρεαῖς τὰς ἐλπιζομένας πιστούμενος. ὁ δὲ τύραννος καὶ ἕτερον κατὰ τῆς εὐσεβείας ἐξεῦρε μηχάνημα. τοῖς γὰρ στρατιωτικοῖς καταλόγοις κατὰ τὸ παλαιὸν ἔθος διανέμων χρυσίον, ἐκαθέσθη μὲν αὐτὸς ἐπὶ θρόνου βασιλικοῦ. προὔθηκε δὲ παρὰ τὸ ἔθος βωμὸν ἀνθράκων πλήρη, καὶ λιβανωτὸν ἐπί τινος τραπέζης παρεπέθηκε· προσέταξε δὲ τῶν τὸ χρυσίον κομιζομένων ἕκαστον πρότερον ἐπιβαλεῖν τῷ βωμῷ τὸν λιβανωτόν· εἶτα τὸ χρυσίον παρὰ τῆς αὐτοῦ κομίσασθαι δεξιᾶς. τήνδε τὴν πάγην οἱ πλεῖστοι μὲν ἠγνόησαν παντελῶς· οἱ δὲ προμεμαθηκότες, σκηψάμενοι νόσον, τὴν χαλεπὴν ἐκείνην διέφυγον θήραν. ἄλλοι δὲ τῶν χρημάτων ὀρεγόμενοι, τῆς σφετέρας κατωλιγώρησαν σωτηρίας· ἕτεροι δὲ δειλίᾳ προὔδωκαν τὴν εὐσέβειαν.

ut quidem ipſi exiſtimabant. Tunc Valentinian⁹ qui ante Imperatorem incedebat, guttam aquæ chlamydi ſuæ adſperſam conſpicatus, ædituum pugno percuſſit, inquinatum ſe dicens, non autem purgatum: atque ob hanc cauſam utrumq; regnum meruit adipiſci. Quo conſpecto, ſceleratiſſimus Imperator eum in caſtellum quoddam ſitum in ſolitudine relegavit, præcipiens ut illic degeret. Verum hic quidem elapſo anno & menſibus paucis, pro confeſſionis ſuæ mercede Imperium accepit. Nam juſtiſſimus Judex, non in futura tantum vita remuneratur pietatis ſtudioſos: Sed interdum præmia bonorum operum repræſentat, collatis jam hic muneribus ſpem futurorum confirmans. Porro tyrannus aliud præterea adverſus pietatem excogitavit. Nam cùm ex veteri more aurum militaribus numeris divideret, ipſe quidem in regali ſolio reſidebat. Sed præter morem, aram cum foculo & thus ſuper menſa juxta arã apponi curavit. Juſſitq; ut ſinguli priusquam aurum acciperent, thus aræ imponerent, aurum deinde ex ipſius manu ſumerent. Atq; hanc fraudem plerique haud animadverterunt. Sed qui eam præſenſerant, morbo ſimulato diros illos laqueos effugerunt. Quidam tamen præ nimia auri cupiditate ſalutem ſuam neglexerunt. Nonnulli pavore atque ignavia pietatem prodiderunt.

## Κεφ. ιζ.

### Περὶ τῶν ἄλλων ὁμολογητῶν.

ΜΕτὰ μέντοι τὴν ὀλεθρίαν ἐκείνην τῶν χρημάτων διανομήν, ἔν τινι συσσιτίῳ τινὲς τῶν τὸ χρυσίον εἰληφότων κατὰ ταὐτὸν εἱστιῶντο. τούτων εἰς φιάλην δεξάμενος, οὐ πρότερον ἔπιε, πρὶν τὴν σωτήριον ἐπιθεῖναι σφραγῖδα· τινὸς δὲ τῶν συσσίτων ἐπιμεμψαμένου καὶ φήσαντος ἐναντίον εἶναι τοῦτο τῷ πρὸ βραχέος γεγενημένῳ, ἤρετο ἐκεῖνος τί τῶν ὑπ' αὐτοῦ πεπραγμένων κέκληκεν ἐναντίον· ὁ δὲ τοῦ βωμοῦ καὶ τοῦ λιβανωτοῦ καὶ τῆς ἀρνήσεως τῆς γεγενημένης ὑπέμνησε. ταῦτα γὰρ τῆς χριστιανικῆς ὁμολογίας ἀντίπαλα φησίν. Τούτων ἀκούσαντες τῶν ἑστιωμένων οἱ πλείους, ἀνωλολύξαντες ὠλοφύραντο· καὶ πολλὰς τῶν κεφαλῶν ἀποτίλαντες τρίχας, ἐξανέστησαν τοῦ συμποσίου καὶ διὰ τῆς ἀγορᾶς θέοντες, χριστιανοί τε

## Cap. XVII.

### *De aliis Confeſſoribus.*

POst funeſtam hanc pecuniæ diviſionem, quidam ex iis qui aurum acceperant, in convivio quodam ſimul diſcumbebant. Horum unus ſumpto in manus poculo, non prius bibit quam ſalutari ſigno poculum ſignaſſet. Cumque unus ex convivis eum objurgaſſet, dixiſſetque id contrarium eſſe ei quod paulo ante ab ipſo factum fuiſſet, quæſivit ille quid ab ipſo geſtum eſſet, quod is contrarium appellaret. Ille aram, thus & abnegationem fidei commemoravit. Hæc enim Chriſtianæ religioni contraria eſſe. Quibus auditis, complures ex convivis ejulare ac lamentari cœperunt: Avulſiſque ex capite capillis, ſtatim è convivio ſurrexerunt: & per forum diſcurrentes, Chriſtianos ſe eſſe & Imperatoris fraude cir-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cumventos clamarunt: nunc palinodiam canere, & pugnam in qua per imprudentiam victi fuiſſent, redintegrare. Hæc vociferando in palatium contendunt, Imperatoris fraudem accuſantes; ſeque in ignem conjici poſtulantes, ut per ignem polluti, alio igne purgarentur. Hæc & alia ejusmodi dicentes, ſcelerati illius animum efferarunt. Qui primo quidem capita eis præcidi juſſit. Cùm autem extra urbem ad ſupplicium ducerentur, ſequebatur eos populi multitudo, eorum animi fortitudinem & pro pietatis defenſione fiduciam admirans. Cumque ad locum perveniſſent, in quo noxii ſupplicio affici ſolebant, is qui ætate reliquos anteibat, rogavit carnificem, ut minimum natu ante omnes obtruncaret, ne forte is aliorum cædem adſpiciens, timidior redderetur. Cùm vero hic quidem genua humi defixiſſet, carnifex autem gladium jam ſtrinxiſſet, ſupervenit quidam indulgentiam Principis nuntians, & ſublato clamore è longinquo vetans ne occiderentur. Tunc adoleſcens liberatum ſe mortis ſupplicio ægre ferens: martyris, inquit, nomine dignus non fuit Romanus. Sic enim ipſe vocabatur. Verumenimvero cædem quidem ab illis depulit malignus Princeps, livore ſuccenſus, & martyri; gloriam ſtrenuis athletis invidens. Eos tamen in urbibus degere non permiſit, ſed in ultimos Imperii Romani fines relegavit.

A εἶναι ἐβόων καὶ βασιλικοῖς παρακεκροῦσθαι τεχνάσμασι, καὶ παλινῳδίαν ᾄδειν, καὶ τὴν ἐξ ἀγνοίας συμβᾶσαν ἧτταν ἀναπαλαίειν. μετὰ τούτων θέοντες τῶν βοῶν κατέλαβον τὰ βασίλεια, τῶν τοῦ τυράννου σοφισμάτων καταβοῶντες, καὶ πυρὶ παραδοθῆναι παρακαλοῦντες, ἵνα πυρὶ μιανθέντες διὰ πυρὸς ἑτέρου τὴν κάθαρσιν δέξωνται. ταῦτα καὶ ὅσα τούτοις παρόμοια παρ' ἐκείνων λεγόμενα, ἐξέμηνε τὸν τοῦ ἀλιτηρίου θυμόν· καὶ πρῶτον μὲν τὰς κεφαλὰς αὐτῶν ἀποτμηθῆναι προσέταξεν. ἀπαγομένων δὲ αὐτῶν ἔξω τοῦ ἄστεος, ἠκολούθει τὸ τῆς πόλεως πλῆ- B θος, ἀγάμενον αὐτοὺς τῆς εὐψυχίας, καὶ τὴν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας παῤῥησίαν θαυμάζοντες. ἐπειδὴ δὲ τὸ χωρίον ἐκεῖνο κατέλαβον ἔνθα τοὺς κακούργους κολάζειν εἰώθεσαν, ἐλιπάρησε τὸν δήμιον ὁ τῶν ἄλλων πρεσβύτερος, τοῦ παίδων αὐτῶν νεωτάτου πρῶτον τὴν κεφαλὴν ἐκτεμεῖν, ἵνα μὴ τῶν ἄλλων θεασάμενος τὴν σφαγὴν, τὴν δειλίαν εἰσδέξηται. ἐπειδὴ δὲ ὁ μὲν ἐπέθηκε τῷ δαπέδῳ τὰ γόνατα, ὁ δὲ τὸ ξίφος ἐγύμνωσεν, ἧκέ τις μηνύων τὴν ἄφεσιν, καὶ βοῇ κωλύων πόῤῥωθεν τὴν ἀναίρεσιν. τότε ὁ νεώτατος ὁ τὴν τῆς σφαγῆς δυσχεράνας ἀπαλλαγὴν, οὐκ C ἦν ἄρα, ἔφη, ῥωμανὸς ἄξιος μάρτυς κληθῆναι Χριστοῦ. τοῦτο γὰρ ἦν αὐτῷ ὄνομα. ἀλλὰ τὴν μὲν σφαγὴν ὁ κακότεχνος ἐκεῖνος ἐκώλυε, φθόνῳ βαλλόμενος, καὶ τῆς εὐκλείας βασκαίνων τοῖς ἀθληταῖς· οὐκ εἴασε δὲ ὅμως αὐτοὺς τὰς πόλεις οἰκεῖν, ἀλλ' εἰς τὰς ἐσχατιὰς τῆς ῥωμαίων ἡγεμονίας ἐξέπεμψε.

---

## Cap. XVIII.

### *De Artemio Duce.*

ARTEMIUM quoque, qui Dux militum fuerat per Ægyptū, eo quod temporibus Conſtantii cùm magiſtratum illum gereret, plurima Deorum ſimulachra confregerat, non ſolum bonis exuit, verum etiam capite truncavit. Hæc & hujusmodi alia commiſſa ſunt ab illo, quem Gentiles manſuetiſſimum & ab iracundia alieniſſimum prædicant. Ego vero etiam præſtantiſſimæ mulieris laudandum facinus hoc loco attexam. Nam & mulieres Divino præditæ zelo, ejus rabiem contempſerunt.

## Κεφ. ιη'.

### Περὶ Ἀρτεμίου τοῦ δουκός.

ΚΑὶ Ἀρτέμιον δὲ, στρατηγὸς δὲ οὗτος τῶν ἐν Αἰγύπτῳ στρατιωτῶν ἐγεγόνει· ἐπειδὴ πλεῖστα D τῶν εἰδώλων συνέτριψε τὴν ἀρχὴν ἐκείνην ἐν τοῖς Κωνσταντίου χρόνοις λαχὼν, οὐ μόνον τῶν ὄντων ἐγύμνωσεν, ἀλλὰ καὶ τῆς κεφαλῆς τὸ λοιπὸν ἐστέρησε σῶμα. ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα δέδρακεν ὁ πρᾳότατος καὶ ὀργῆς ἐγκρατέστατος παρὰ τῶν δυσσεβούντων ὀνομαζόμενος, ἐγὼ δὲ καὶ γυναικῶν ἀρίστης ἀξιέπαινον διήγημα προσθήσω τῇ συγγραφῇ. κατεφρόνησαν γὰρ τῆς τούτου λύττης καὶ γυναῖκες, τῷ θείῳ ζήλῳ καθωπλισμέναι.

A

## Κεφ. ιθ'.

*Περὶ Πουπλίας τῆς διακόνου καὶ τῆς κατὰ θεὸν παῤῥησίας.*

Πουπλία τις ἦν κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὀνομαστάτη, καὶ πολυθρύλλητος ἐκ τῶν τῆς ἀρετῆς κατορθωμάτων γεγενημένη. αὕτη καὶ τοῦ γάμου τὸν ζυγὸν πρὸς ὀλίγον δεξαμένη καιρὸν, καρπὸν ἀξιάγαστον τῷ θεῷ προσενήνοχεν. Ἰωάννης γὰρ ὁ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ πρεσβυτέρων ἐπὶ πλεῖστον ἡγησάμενος χρόνον, καὶ πολλάκις μὲν τῆς ἀποστολικῆς προεδρίας τὰς ψήφους δεξάμενος, ἀεὶ δὲ τήνδε τὴν ἡγεμονίαν φυγὼν, ἐξ ἐκείνης τῆς θαυμασίας ἀρούρας ἐβλάστησεν. αὕτη χορὸν ἔχουσα παρθένων τὴν διὰ βίου παρθενίαν ἐπηγγελμένων, ἀεὶ μὲν ὕμνει τὸν πεποιηκότα καὶ σεσωκότα θεόν. τοῦ δὲ βασιλέως παριόντος, γεγωνότερον κοινῇ ἔψαλλον, εὐκαταφρόνητον ἡγούμεναι καὶ καταγέλαστον τὸν ἀλάστορα. ᾖδον δὲ μάλιστα ἐκεῖνα τὰ ᾄσματα, ἃ τῶν εἰδώλων κωμῳδεῖ τὴν ἀσθένειαν· καὶ μετὰ τοῦ Δαβὶδ ἔλεγον· τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν ἀργύριον καὶ χρυσίον, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων. καὶ μετὰ τὴν τῆς ἀναισθησίας διήγησιν ἔλεγον· ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο οἱ ποιοῦντες αὐτὰ, καὶ πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτοῖς. τούτων ἀκούσας ἐκεῖνος καὶ λίαν ἀνιαθεὶς, σιγᾶν αὐταῖς προσέταξεν ἡνίκα τὸν τῆς παρόδου καιρόν. ἡ δὲ μικρὸν τῶν ἐκείνου νόμων φροντίσασα, πλείονος τὸν χορὸν προθυμίας ἐνέπλησε, καὶ πάλιν ἐκείνου διιόντος ψάλλειν ἐκέλευσεν· ἀναστήτω ὁ θεὸς, καὶ διασκορπισθήτωσαν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ. ὁ δὲ χαλεπήνας, τοῦ χοροῦ τὴν διδάσκαλον ἀχθῆναι προσέταξε. καὶ γῆρας ἰδὼν αἰδοῦς ἀξιώτατον, οὔτε τοῦ σώματος τὴν πολιὰν ᾤκτειρεν, οὔτε τὴν τῆς ψυχῆς τετίμηκεν ἀρετήν. ἀλλά τινι τῶν δορυφόρων ἐκέλευσεν, ἐπὶ κόρρης αὐτὴν ἑκατέρας παῖσαι, καὶ ταῖς χερσὶ φοινίξαι τὰς παρειάς. ἡ δὲ ὡς ἄκραν τιμὴν δεξαμένη τὴν ἀτιμίαν, ἀνελήλυθε μὲν εἰς τὸ δωμάτιον· συνήθως δὲ αὐτὸν ταῖς πνευματικαῖς ἔβαλλε μελῳδίαις, καθάπερ ὁ τῆς μελῳδίας ἐκείνης συγγραφεὺς καὶ διδάσκαλος τὸ πονηρὸν ἐκεῖνο κατέπαυε πνεῦμα τὸ τῷ Σαοὺλ ἐνοχλοῦν.

## Cap. XIV.

*De Publia diaconiſſa, & de religioſa ejuſdem libertate.*

Fuit his temporibus Publia quædam, ob virtutis præſtantiam & ob eximios actus notiſſima ac celeberrima. Hæc cùm aliquandiu matrimonii jugo fuiſſet adſtricta, fructum plane admirabilem obtulit Deo. Joannes enim, is qui presbyterorum Antiochiæ diutiſſime Princeps fuit, & qui ad regendam Apoſtolicam Sedem ſæpe quidem communibus ſuffragiis electus eſt, ſemper tamen eum honorem de-
B clinavit; ex ejus utero tanquam ex egregio prognatus eſt ſolo. Hæc igitur cùm cœtum virginum quæ perpetuam virginitatem profeſſæ erant ſecum haberet, creatorem ac ſervatorem Deum aſſidue laudabat. Cùm autem Imperator prætergrederetur, contentiori voce omnes in commune pſallebant, ſceleſtum illum contemptu ac ludibrio dignum eſſe exiſtimantes. Canebant porro eos præcipue Pſalmos, in quibus ſimulachrorum infirmitas deridetur, & unà cum Davide dicebant: Simulachra gentium argentum & aurum, opera
C manuum hominum. Expoſita deinde eorum ſtupiditate, addebant: Similes fiant illis qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Quæ cùm Julianus audiiſſet, ingenti dolore perculſus, ſilere eas deinceps juſſit dum ipſe præteriret. Sed Publia, Imperatoris juſſa parvipendens, chorum virginum majore fiducia implevit; & prætereunte illo rurſus canere juſſit: Exſurgat Deus, & diſſipentur inimici ejus. Quo facto graviter commotus, magiſtram chori ad ſe adduci præcepit. Viſaque anu venerabili, nec canos corporis miſeratus, nec animi virtutem honori proſe-
D cutus eſt; ſed uni è ſatellitibus ſuis imperavit, ut utramque ei malam cæderet, & manibus genas ejus cruentaret. Illa vero contumeliam hanc ſummi honoris loco ducens, in cubiculum regreſſa eſt: & tyrannum ſpiritalibus, ut ſolebat, canticis perſtringere poſthac non deſtitit: eodem plane modo quo canticorum illorum ſcriptor ac magiſter David, malum ſpiritum quo Saul agitabatur, reprimere conſueverat.

A

## CAP. XX

*De Judæis templum inſtaurare aggreſſis, & de plagis quæ divinitùs eis inflictæ ſunt.*

NAM & ipſe inhabitantes intra ſe habens peſſimos dæmonas, Coribantum more furere, & contra pietatem inſanire non deſinebat. Hujus rei causâ etiam Judæos armavit adverſus Chriſtianos. Ac primo quidem cùm eos in unum congregaſſet, percontatus eſt quid cauſæ eſſet, cur cùm lex ſacrificare jubeat, ipſi à ſacrificiis abſtinerent. Cumque illi dixiſſent, cultum ſuum unius loci ambitu circumſcriptum eſſe, ſtatim ille Deo inviſus præcepit, ut templum quod deſtructum fuerat, inſtaurarent: ſperans miſer, prædictionem Domini ſe falſi convicturum eſſe. Ejus tamen veritatem hoc facto magis declaravit. Nam cùm Judæi hos Imperatoris ſermones cupide excepiſſent, tribulibus ſuis per univerſum orbem diſperſis ea quæ imperata fuerant, ſignificarunt. Qui mox undique accurrentes, & pecunias & operam ſuam alacri animo ad hoc opus contulerunt. Plurima etiam ſuppeditavit is ipſe qui juſſerat, non liberalitate & magnificentia, ſed veritatis oppugnandæ ſtudio impulſus. Miſit præterea Præſidem, dignum ſane impiorum mandatorum miniſtrum. Ajunt porro eos, & ligones & rutra & corbes ex argento fabricaſſe. Ubi vero fodere & humum egerere cœpiſſent, innumerabilis hominum multitudo toto die operi incumbebat. Sed noctu rudera ex valle in quam conjecta fuerant, ſua ſponte transferebantur. Sed & reliquias veteris ædificii deſtruxerunt, nova omnia ſe conſtructuros ſperantes. Deniq; cùm gypſi & calcis multa modiorum millia congeſſiſſent, exorti repente venti vehementes ac turbines cum tempeſtatibus ac procellis, univerſam materiam hac illac diſſiparunt. Cumque adhuc in priſtino furore perſiſterent, nec Divinâ patientia ad meliorem frugem revocarentur: Primum quidem ingens exort[9] eſt terræmotus, & eos qui divinæ religionis ſacris nullatenus initiati erant, non mediocri timore perculit. Sed cùm illi non terrerentur, ignis ex fundamentis quæ fodiebantur erũpens, plurimos fodientiũ conſumpſit, reliquos fugere coegit. Noctu etiam cum in quadã

## Κεφ. κ΄.

τὰ κατὰ ἰουδαίους, καὶ τὴν τῆς οἰκοδομίας ἐπιχείρησιν, καὶ τὰς ἐπενεχθείσας αὐτοῖς θεηλάτους πληγάς.

ΚΑὶ γὰρ ἔνοικον ἔχων ἀλάστορας εἰσοικισάμενος δαίμονας, κορυβαντιῶν διετέλει κατὰ τῆς εὐσεβείας λυττῶν. διὰ γὰρ δὴ τοῦτο καὶ τοὺς ἰουδαίους καθώπλισε κατὰ τῶν εἰς χριστὸν πεπιστευκότων. καὶ πρῶτον μὲν αὐτοὺς συναλίσας, ἤρετο τί δήποτε τοῦ νόμου θύειν κελεύοντες, ταῖς θυσίαις οὐ χρῶνται. ἐπειδὴ δὲ ἔφασαν ἐνὶ τόπῳ τὴν B σφετέραν περιγεγράφθαι λατρείαν, παραυτίκα προσέταξεν ὁ θεομισὴς ἐκεῖνος ἀνεγεῖραι τὸν καταλυθέντα ναὸν, τὴν δεσποτικὴν ὑπολαμβάνων ὁ μάταιος πρόῤῥησιν διελέγχειν. ἔδειξε δὲ μᾶλλον τὴν ταύτης ἀλήθειαν. τούτων γὰρ ἐκεῖνοι τῶν λόγων ἀσπασίως ἀκούσαντες, ἅπασι τὰ προστεταγμένα τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην ὁμοφύλοις ἐδήλωσαν. οἱ δὲ πανταχόθεν συνέθεον, καὶ χρήματα καὶ προθυμίαν εἰς τὴν οἰκοδομίαν εἰσφέροντες. ἐχορήγησε δὲ πλεῖστα, καὶ ὁ τοῦτο προστεταχὼς, οὐ φιλοτιμίᾳ χρώμενος, ἀλλὰ τῇ ἀληθείᾳ μαχόμε- C νος. συναπέστειλε δὲ καὶ ἄρχοντα, τῶν δυσσεβῶν προσταγμάτων ἄξιον ὑπουργόν. φασὶ δὲ αὐτοὺς καὶ σκαπάνας ἐξ ὕλης ἀργυροῦ καὶ ἅμας καὶ κοφίνους κατασκευάσαι. ἐπειδὴ δὲ ὀρύττειν ἤρξαντο καὶ τὸν χοῦν ἐκφορεῖν, πανημέριον μὲν τοῦτο ἔδρων μυριάδες πολλαί· νύκτωρ δὲ ὁ χοῦς αὐτομάτως ἀπὸ τῆς φάραγγος μετέθετο. κατέλυσαν δὲ καὶ αὐτὰ τῆς οἰκοδομίας τὰ λείψανα, νεόδμητα πάντα κατασκευάσειν ἐλπίσαντες. ἐπειδὴ δὲ καὶ γύψου καὶ τιτάνου πολλὰς μεδίμνων συνήθροισαν μυριάδας, ἐξ- D απίνης ἄνεμοι βίαιοι πνεύσαντες καὶ στρόβιλοι καὶ καταιγίδες καὶ λαίλαπες, πάσας ἀθρόως ἐσκέδασαν. ἔτι δὲ μεμηνότων ἐκείνων, καὶ τῇ μακροθυμίᾳ τῇ θείᾳ μὴ σωφρονιζομένων, πρῶτον μὲν σεισμὸς ἐγένετο μέγιστος, καὶ τοὺς παντελῶς ἀμυήτους τῶν θείων ἱκανῶς καταπλῆξεν. ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἔδεισαν, πῦρ ἐκ τῶν ὀρυττομένων θεμελίων ἀναδραμὸν, πλείστους τῶν ὀρυττόντων ἐνέπρησε, τοὺς δὲ ἄλλους ἐσκέδασε. καὶ νύκτωρ δὲ παμπόλλων ἔν τινι πελαζούσῃ καθευδόντων στοᾷ, κατηνέχθη μὲν ἀθρόως σὺν τῷ ὀρόφῳ τὸ οἰκοδόμημα.

τοὺς δὲ καθεύδοντας συνέχωσεν ἅπαντας. κατὰ δὲ τὴν αὐτὴν νύκτα καὶ αὖ πάλιν τῇ ὑστεραίᾳ, ὤφθη ἐν τῷ οὐρανῷ τοῦ σωτηρίου σταυροῦ τὸ σχῆμα φωτοειδές· καὶ αὐτὰ δὲ τῶν ἰουδαίων τὰ ἱμάτια σταυρῶν ἐπεπλήρωτο, οὐκ ἔτι μέντοι φωτοειδῶν, ἀλλ' ἐκ μελαίνης καὶ ἐσκιασμένων χροιᾶς. ταῦτα οἱ ἀντίθεοι θεασάμενοι, καὶ τὰς θεηλάτους μάστιγας ὀρρωδήσαντες, ἀπέδρασάν τε καὶ τὰ οἰκεῖα κατέλαβον, θεὸν ὁμολογοῦντες τὸν ὑπὸ τῶν προγόνων τῷ ξύλῳ προσηλωθέντα. ταῦτα ἤκουσε μὲν ἰουλιανός, παρὰ πάντων γὰρ ᾔδετο. τῷ δὲ φαραὼ παραπλησίως τὴν καρδίαν ἐσκλήρυνεν.

A vicina porticu complures dormirent, collapſum ſimul cum tecto ædificium univerſos dormientes oppreſſit. Eadem vero & proxime inſequenti nocte, ſalutaris crucis lucidum in cœlo ſignũ apparuit. Ipſæ quoque Judæorum veſtes crucibus replebantur, non iis tamen lucidis, ſed atro colore ſuffuſis. Quæ cùm vidiſſent hoſtes Dei, & inflictas à Deo plagas extimeſcerent, diffugerunt & ad ſuas quisque ſedes reverſi ſunt: Deum eſſe confitentes eum quem majores ipſorum olim cruci ſuf-B fixerant. Et hæc quidem ad Juliani aures pervenêre. Omnium enim ſermonibus celebrabantur. Verum ille perinde ac Pharao, animum ſuum obduravit.

## Κεφ. κα'.

Περὶ τῆς κατὰ περσῶν στρατείας.

Ἐπειδὴ δὲ πέρσαι τὴν κωνσταντίου πυθόμενοι τελευτὴν ἐθάῤῥησαν, καὶ εἰς τοὺς ῥωμαίων ὅρους ἀφικόντο πόλεμον προαγγείλαντες, ἔδοξεν αὐτῷ συναγεῖραι τὴν στρατιάν, τὸν ταύτης οὐκ ἔχοντι πρόμαχον· πέμψας δὲ εἰς δελφοὺς καὶ δῆλον καὶ δωδώνην, καὶ τὰ ἄλλα χρηστήρια, εἰ χρὴ στρατεύειν ἐπηρώτα τοὺς μάντεις. οἱ δὲ καὶ στρατεύειν ἐκέλευον, καὶ ὑπισχνοῦντο τὴν νίκην. ἕνα δὲ τῶν χρησμῶν εἰς ἔλεγχον τοῦ ψεύδους ἐνθήσω τῇ συγγραφῇ. ἔστι δὲ οὗτος· νῦν πάντες ὡρμήθημεν θεοὶ νίκης τρόπαια κομίσασθαι, παρὰ θηρὶ ποταμῷ. τῶν δ' ἐγὼ ἡγεμονεύσω θοῦρος πολεμόκλονος ἄρης. τὸ μὲν οὖν τῶν ἐπῶν καταγέλαστον κωμῳδείτωσαν οἱ λόγιον θεὸν καὶ τῶν μουσῶν ἀρχηγέτην τὸν πύθιον ὀνομάζοντες. ἐγὼ δὲ αὐτοῦ τὸ ψεῦδος αἱρῶν, τὸν ἐξηπατημένον ὀδύρομαι. θῆρα δὲ ποταμὸν τὸν τίγριν ὠνόμασεν, ἐπειδήπερ ἐστὶν αὐτοῦ θηρίον ὁμώνυμον. οὗτος δὲ ἐκ τῶν ἀρμενίων ἀναβλυσάντων ὀρῶν, καὶ διὰ τῆς ἀσσυρίας ῥέων, εἰς τὸν περσικὸν εἰσβάλλει κόλπον. ὑπὸ τούτων ὁ δείλαιος βουκοληθεὶς τῶν χρησμῶν, καὶ τὴν νίκην ὀνειροπολεῖ, καὶ μετὰ τὴν περσικὴν μάχην τὸν πρὸς τοὺς γαλιλαίους ἐφαντάζετο πόλεμον. τοὺς δὲ χριστιανοὺς γαλιλαίους ὠνόμαζεν, ἀτιμίαν αὐτοῖς ἐκ τῆς προσηγορίας περιάψειν ἡγούμενος. ἔδει δὲ αὐτὸν σκοπῆσαι λόγοις ἐντεθραμμένον, ὡς ἥκιστα δόξῃ λυμαίνεται προσηγορίας ἐναλλαγή· οὐδὲ γὰρ εἰ σωκράτης ὀνομάσθη

## CAP. XXI.

*De expeditione Juliani adverſus Perſas.*

PORRO cùm Perſæ audita Conſtantii morte audaciores facti, in Romanorum fines irruptionem feciſſent, bellumque eis indixiſſent, Julianus exercitum cogere decrevit, licet propugnatore ejus deſtitueretur Deo. Miſſis igitur legatis Delphos & in Delum ac Dodonam, & ad alia oracula, interro-C gavit vates, utrùm expeditionem ſuſcipi oporteret. Illi vero & expeditionem ſuſcipere eum juſſerunt, & victoriam polliciti ſunt. Unum autem ex illis oraculis huic operi intexam, ut eorum mendacium revincatur. Id eſt hujuſmodi. Univerſi nunc Dii parati ſumus, victoriæ trophæa ferre juxta Ferũ amnem. Horum ego Dux ero, violentus ac bellipotens Mars. Et ii quidem qui facundum Deum & Muſarum præſulem Apollinem Pythium nominant, horum verſuum ineptias rideant ſi placet. Ego vero deprehenſo ejus mendacio, doleo vicem illius qui deceptus D eſt. Porro Ferum amnem vocavit Tigrim, propterea quod is feræ cognominis eſt. Ortus autem ex Armeniæ montibus, & per Aſſyriam fluens, in Perſicum evolvitur ſinum. His oraculis circumventus miſer, & victoriam ſibi ſpondebat, & confecto Perſico bello perſecutionem Galilæorum meditabatur. Quippe Chriſtianos, Galilæos vocare conſueverat: Hoc vocabulo ignominiam illis ſe allaturum exiſtimans. Sed animadvertere debuerat homo Philoſophiæ ſtudiis eruditus, mutatione nominis haudquaquam lædi exiſtimationem. Nam neque

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Socrates, etiamſi appellatus eſſet Critias: neque Pythagoras, licet Phalaris dictus eſſet, ulla labe adſperſi fuiſſent ob nominum commutationem. Sed neque Nireus, quamvis Therſites vocatus eſſet, ideo formæ quam à natura acceperat, jacturam ullam feciſſet. Sed nihil horum animo reputans is qui iſta didicerat, impoſito nobis neutiquam convenienter vocabulo, læſurum ſe nos credidit. Et oraculorum mendaciis fidem habens, minabatur ſe ſimulachrum impudicæ deæ in Chriſtianorum Eccleſiis collocaturum.

A κελίας, καὶ φάλαρις ὁ Πυθαγόρας προσηγορεύθη, λώβης ἂν μετέσχον τινὸς ἐκ τῆς τῶν ὀνομάτων μεταβολῆς. οὐδέ γε εἰ ὁ Νιρεὺς Θερσίτης ἐπεκλήθη, ἀπώλεσεν ἂν ὃ παρὰ τῆς φύσεως ἐδέξατο κάλλος. ἀλλὰ τούτων οὐδὲν ὁ ταῦτα πεπαιδευμένος εἰς νοῦν λαβὼν, ἐκ τῆς οὐδαμόθεν ἡμῖν ἁρμοζούσης προσηγορίας πημαίνειν ἡμᾶς ὑπέλαβε· καὶ τῇ τῶν χρησμῶν ψευδολογίᾳ πιστεύσας, ἠπείλει ταῖς ἐκκλησίαις ἐνιδρύσαι τῆς δαίμονος τῆς ἀκολάστου τὸ εἴδωλον.

## Cap. XXII.

*De libertate ac fiducia Decurionis Beroœenſis.*

CUm talibus minis profectus, ab uno viro devictus eſt Berœæ. Hic vir tum ob alia illuſtris erat & conſpicuus. Primum enim locum inter curiales obtinebat: Tum zelus fidei eum multo illuſtriorem reddidit. Nam cùm filium ſuum ad impietatem Gentilium quæ tunc temporis prævalebat, defeciſſe cerneret, eum domo ſua expulit, palamque abdicavit. Ille in vicina urbi ſtatione Imperatorem adiens, & cultum ſuum, & patris abdicationem ei expoſuit. Qui mox adoleſcentem bono animo eſſe jubet, patrem ei ſe reconciliaturum pollicitus. Cumque Berœam veniſſet, Decuriones & Honoratos ad convivium vocavit. Inter hos erat etiam adoleſcentis pater: quē unà cum filio in eodem ſecum ſtibadio juſſit accumbere. Et ſub medium jam prandium ad patrem converſus. Æquū mihi non videtur, inquit, vim facere ſententiæ quæ in diverſum feratur, & quæ alio revocari nolit. Proinde noli filium tuum cogere, qui cultum tuum ſequi recuſat. Nam nec ego te cogo, ut cultum mecum ſequaris, quamvis facile poſſim te ad hoc compellere. Tum ille Divina fide animatus: De iſto, inquit, ſcelerato Deoque inviſo loqueris, Imperator, qui mendacium prætulit veritati. Ad hæc Imperator perſonam induens manſuetudinis: Deſine, inquit, conviciari vir bone. Converſoque ad juvenem vultu: Ego, inquit, tui curam geram, quando patri tuo perſuadere non potui ut id faceret. Hoc ego factum non ſine cauſa commemoravi; ſed ut oſtenderem non ſolum admirabilis hujus viri egregiam

## Κεφ. κβʹ.

B Περὶ τῆς τοῦ πολιτευομένου Βεροιαίου παῤῥησίας.

ΜΕτὰ τούτων δὲ ἀπάρας τῶν ἀπειλῶν, ὑφ' ἑνὸς ἀνδρὸς ἐν Βεῤῥίᾳ κατηγωνίσθη. ἐστὶ μὲν ὁ ἀνὴρ, καὶ ἄλλως μὲν περιφανὴς ἐτύγχανεν ὤν. τῶν γὰρ αὐτόθι πολιτευομένων ἡγεῖτο. περιφανέστερον δὲ αὐτὸν ὁ ζῆλος ἀπέδειξε. τὸν γὰρ υἱὸν θεασάμενος εἰς τὴν τότε κρατοῦσαν ἀσέβειαν ἐξοκείλαντα, ἐξήλασε τῆς οἰκίας καὶ προφανῶς ἀπεκήρυξεν. ὁ δὲ, ἐν τῷ πελάζοντι τῇ πόλει σταθμῷ τῷ βασιλεῖ προσελθὼν, τήν τε οἰκείαν γνώμην καὶ τὴν τοῦ πατρὸς ἐδήλωσεν ἀπο-
C κήρυξιν. ὁ δὲ ἡσυχίαν ἄγειν τῷ νέῳ προσέταξε, καταλλάξειν ὑποσχόμενος τὸν πατέρα. ἐπειδὴ δὲ ἀφίκετο εἰς τὴν Βέῤῥιαν, τοὺς ἐν τέλει καὶ ἀξιώμασι συνεκάλεσεν εἰς ἑστίασιν. ἐν τούτοις ἦν καὶ ὁ τούτου πατήρ. τοῦτον δὲ μετὰ τοῦ παιδὸς εἰς τὴν αὐτοῦ στιβάδα κατακλιθῆναι προσέταξε· τοῦ δὲ ἀρίστου μεσοῦντος ἔφη πρὸς τὸν πατέρα· οὐ δίκαιον εἶναί μοι δοκεῖ βιάζεσθαι γνώμην ἑτέρως ἐκκλινομένην, καὶ μετάγειν μὴ βουλομένην εἰς ἕτερα. μὴ δὴ οὖν βιάσῃ τὸν παῖδα τοῖς σοῖς δόγμασιν ἀκολουθεῖν οὐ βουλόμενον. οὐδὲ γὰρ ἐγώ σε,
D ἔφη, βιάζομαι τοῖς ἐμοῖς ἕπεσθαι, καίτοι μάλα ῥᾳδίως ἀναγκάσαι δυνάμενος. ὁ δὲ τῇ περὶ τὰ θεῖα πίστει τὸν λογισμὸν παραθήξας, περὶ τούτου, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, τοῦ ἀλάστορος λέγεις τοῦ θεομισοῦς, καὶ τὸ ψεῦδος τῆς ἀληθείας προελομένου; ὁ δὲ πάλιν τὸ τῆς πρᾳότητος περιθεὶς προσωπεῖον, παῦσαι, ἔφη, ἄνθρωπε λοιδορούμενος. καὶ πρὸς τὸν νέον ἀποκλίνας τὸ πρόσωπον, ἐγώ σου, ἔφη, φροντιῶ, ἐπειδὴ σοῦ τὸν πατέρα δρᾶσαι τοῦτο οὐκ ἔπεισα. τοῦδε μέντοι τοῦ διηγήματος οὐ μάτην ἐμνήσθην, ἀλλὰ δεῖξαι βουλόμενος, οὐ μόνον τοῦ θαυμασίου ἀνδρὸς τὴν ἀξιάγαστον παῤῥησίαν

παρρησίαν, ἀλλ' ὅτι καὶ πλεῖστοι τῆς ἐκείνου κατεφρόνησαν δυναστείας.

## Κεφ. κγ'.

Περὶ τῆς τοῦ παιδαγωγοῦ προρρήσεως.

ΚΑὶ γὰρ ἐν ἀντιοχείᾳ ἀνήρ τις πάλιν ἄριστος, παιδαγωγεῖν μειράκια πεπιστευμένος, συνήθης μὲν ἦν ὡς πλειόνων λόγων ἢ κατὰ παιδαγωγὸν μεταλαχών, τῷ τηνικαῦτα τῶν διδασκάλων ἡγουμένῳ· λιβάνιος δὲ ἦν, ὁ ἐν σοφισταῖς πολυθρύλλητος. δυσσεβὴς δὲ ὢν οὗτος καὶ τὴν νίκην προσμένων, καὶ τὰς ἰουλιανοῦ φανταζόμενος ἀπειλάς, ἤρετο τὸν παιδαγωγὸν κωμῳδῶν τὰ ἡμέτερα, τί ποιεῖ, λέγων, ὁ τοῦ τέκτονος υἱός. ὁ δὲ τῆς θείας ἀποπλησθεὶς χάριτος, προείρηκε τὸ μετ' ὀλίγον ἐσόμενον. γλωσσόκομον γάρ, ἔφη, σοφιστά, ὁ τοῦ παντὸς κατασκευάζει δημιουργός, ὃν σὺ κωμῳδῶν, τέκτονος υἱὸν προσηγόρευσας. ὀλίγων δὲ διελθουσῶν ἡμερῶν ὁ τοῦ ἀλάστορος ἐκείνου θάνατος ἐμηνύθη· καὶ ἐν γλωσσοκόμῳ κείμενος ἐκομίσθη· καὶ τῶν ἀπειλῶν ὁ κόμπος μάταιος ἀπεφάνθη, καὶ ὁ θεὸς ἐδοξάσθη.

## Κεφ. κδ'.

Περὶ τῆς τοῦ ἁγίου ἰουλιανοῦ τοῦ μονάζοντος προφητείας.

ΚΑὶ ὁ τῶν ἀσωμάτων δὲ τὸν βίον ἐν σώματι μιμησάμενος, ἰουλιανὸν λέγω, τὸν σάββαν ἐπίκλην τῇ σύρων φωνῇ προσαγορευόμενον, οὗ τὴν πολιτείαν ἐν τῇ φιλοθέῳ συνεγράψαμεν ἱστορίᾳ, σπουδαιότερον τῷ θεῷ τῶν ὅλων τὴν ἱκετείαν προσέφερε, τὰς τοῦ δυσσεβοῦς ἐκείνου μεμαθηκὼς ἀπειλάς. καθ' ἐκείνην δὲ τὴν ἡμέραν καθ' ἣν ἐκεῖνος ἐδέξατο τὴν σφαγήν, ἔτι ταύτην προσευχόμενος ἔγνω, καίτοι πλειόνων ἢ εἴκοσι σταθμῶν ἐκ τοῦ φροντιστηρίου μέχρι τοῦ στρατοπέδου ἀριθμουμένων. φασὶ δὲ αὐτὸν ποτνιώμενον καὶ τὸν φιλάνθρωπον ἀντιβολοῦντα δεσπότην, ἐπισχεῖν μὲν ἐξαπίνης τὴν τῶν δακρύων φοράν· διαχυθῆναι δὲ καὶ θυμηδίας πλησθῆναι, καὶ γανωθῆναι τὸ πρόσωπον, καὶ τοῦτο μηνῦσαι τὴν τῆς ψυχῆς ἡδονήν. ταύτην οἱ συνηθέστεροι τὴν μεταβολὴν αὐτοῦ θεασάμενοι, μηνῦσαι σφίσιν ἱκέτευσαν τῆς εὐφροσύνης τὴν ἀφορμήν. ὁ δὲ τὸν σῦν ἔφη τὸν ἄγριον τὸν τοῦ ἀμπελῶνος τοῦ θείου πολέμιον, δίκας εἰσπεπρᾶχθαι τῶν εἰς τοῦτον ἀδικημάτων, καὶ κεῖσθαι νεκρόν, τῆς ἐπιβουλῆς πεπαυμένον. ταῦτα

A libertatem, ſed alios quoque plurimos vim ac tyrannidem illius contempſiſſe.

## Cap. XXIII.

*De prædictione pædagogi.*

NAm & Antiochiæ vir quidam optimus, adoleſcentium quorundam pædagogus, cùm eſſet eruditior quàm vulgus pædagogorũ ſolet, familiaris erat celeberrimi illius Sophiſtæ Libanii, qui tunc temporis inter Profeſſores principem locum obtinebat. Hic cùm eſſet impius, & victoriam pro- B pediem expectaret, minaſque Juliani animo revolveret, religionem noſtram deridens, quæſivit ex pædagogo, quidnam ageret fabri filius. Ille Divinâ repletus gratiâ, id quod brevi futurum erat, prædixit. Loculum enim, inquit, fabricatur hujus univerſi conditor, quem tu fabri filium per ludibrium appellas. Nec multis poſt diebus, nuntius de morte illius allatus eſt, & ipſe in loculo jacens advectus: ac minarum quidem inanis apparuit jactantia: Deus autem glorificatus eſt.

C

## Cap. XXIV.

*De prædictione ſancti Juliani Monachi.*

SEd & is qui Angelorum corporis expertium vitam in corpore imitatus eſt Julianus, qui Syrorum lingua Sabba appellabatur, cujus vitam & converſationem in hiſtoria Philotheo conſcripſimus, cùm minas impii illius accepiſſet, Deum omnium moderatorem intentius orare cœpit. Eo autem die quo ille lethalē plagam accepit, oranti cædes illius revelata eſt, quamvis monaſterium ejus viginti & amplius manſionum intervallo diſtaret à caſtris Roma- D norum. Ajunt enim, cùm lamentaretur & clementi Deo enixius ſupplicaret, repente illum fluentes lachrymas compreſſiſſe, & gaudio atq; hilaritate repletum eſſe, vultuq; ſereno apparuiſſe: eaque re lætitiam animi ſui declaraſſe. Quam mutationem cùm quidam ex ejus familiaribus conſpexiſſent, rogarunt ut cauſam hilaritatis ipſis aperiret. Ille ſilveſtrem aprum, vaſtatorem vineæ DOMINI, pœnas tandem exſolviſſe dixit damnorum, quæ intuliſſet vineæ, & mortuum jacere, nec amplius inſidiaturum eſſe. His auditis, cuncti præ gaudio exultarunt,

T

&gratulatorium hymnum Deo cecinerunt. Poſtea vero ex iis qui mortem ejus nuntiarunt, compertum eſt, eadem die ac hora quam beatus ſenex cognoverat atque prædixerat, ſceleratum illum extinctum fuiſſe.

## Cap. XXV.

*De Juliani Imperatoris cæde in Perſide.*

PORRO hujus tyranni imprudentiam mors ejus apertiſſime declaravit. Nam cùm fluvium, qui Romanorum Imperium à Perſarum regno ſeparat B trajeciſſet, & copias transportaſſet, ſtatim naves incendit, milites non perſuaſione, ſed neceſſitate compellens ad bellum gerendum. Ac præſtantiſſimi quidem Duces, militum ſuorum animos fiducia & alacritate replere ſolent: ac ſi quando triſtiores eos viderint, recreant illos & ſpe meliorum confirmãt. Hic verò, ſpem proſperi eventus ſtatim ab initio præcidit, ponte per quem redeundum erat incenſo. Ad hæc cum neceſſarium militibus commeatum undique conquiri & comportari oporteret, prudentiſſimus iſte Imperator C neque ex Romanorum ditione eum advehi juſſit, neque ex hoſtilis agri deprædatione paravit. Relictis enim locis cultis, per deſerta iter fecit. Ibi milites cibi ac potus penuriâ oppreſſi, & ſine itineris ductoribus in ſolitudine errantes, ſapientiſſimi Imperatoris ſtultitiam agnoverunt. Cumque lamentarentur atque ingemiſcerent, repente ſaucium cadere vident eum qui adverſus Creatorem ſuum fuerat debacchatus: neque auxiliatum ei fuiſſe bellipotentem Martem ſicuti promiſerat: & Apollinem Loxiam falſa vaticinatum: D nec fulminatorem Jovem in percuſſorem illius fulmen contorſiſſe: minarum denique jactantiam proſtratam atque everſam eſſe. Porro quiſnam vulnus illud juſtiſſimum ei inflixerit, hactenus quidem incompertum eſt. Sunt qui ex Angelorum ordine quendam, hujus cædis miniſtrum fuiſſe dicant. Alii quendam ex Barbaris per deſertum vagantibus, quos vulgo Iſmaelitas vocant. Alii percuſſum dicunt à milite, qui famis ac ſolitudinis moleſtias ferre non poſſet. Sed ſive homo, ſive Angelus gladio eum percuſſit, certum eſt quicunque tandem id fecerit, eum Divinæ voluntatis adminiſtrum fuiſſe.

A μεμαθηκότες ἐχόρευον ἅπαντες, καὶ τῷ θεῷ τὸν χαριστήριον προσέφερον ὕμνον. ἔγνωσαν δὲ καὶ παρὰ τῶν τὴν ἐκείνου τελευτὴν μεμηνυκότων, αὐτὴν εἶναι καὶ τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν, καθ' ἣν ἀνῃρῆσθαι τὸν ἀλιτήριον ὁ θεῖος ἐκεῖνος πρεσβύτης ἔγνω τε καὶ προείρηκε.

## Κεφ. κε'.

*Περὶ τῆς ἐν Περσίδι γεγενημένης σφαγῆς Ἰουλιανοῦ τοῦ βασιλέως.*

ΤΗν ἐκείνου δὲ ἀβουλίαν σαφέστερον ὁ θάνατος ἔδειξε. διαβὰς γὰρ τὸν ὁρίζοντα ποταμὸν B ἀπὸ τῆς Περσῶν τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν, καὶ τὴν στρατιὰν διαβιβάσας, ἐνέπρησε παραυτίκα τὰ σκάφη, πολεμεῖν ἀναγκάζων, οὐ πείθων τοὺς στρατιώτας. οἱ δὲ ἄριστοι στρατηγοὶ ἀναπιμπλάναι προθυμίας τοὺς ἀρχομένους εἰώθασι. κἂν ἀθυμοῦντας ἴδωσι, ψυχαγωγοῦσι καὶ ταῖς ἐλπίσιν ἐπαίρουσιν. οὗτος δὲ τὴν ἀγαθὴν εὐθὺς ἀπέκοψεν ἐλπίδα, τῆς ἐπανόδου τὴν διαβάθραν ἐμπρήσας. πρὸς δὲ τούτοις, δέον πάντοθεν πορίζειν τε καὶ κομίζειν τοῖς στρατιώταις C τὴν ἀναγκαίαν τροφήν, ὁ δὲ σοφὸς οὗτος, οὔτε ἐκ τῆς οἰκείας ταύτην προσέταξε φέρεσθαι, οὔτε τὴν πολεμίαν ληϊζόμενος παρέσχε τὴν ἀφθονίαν. καταλιπὼν γὰρ τὴν οἰκουμένην, διῄει τὴν ἔρημον. ἐνταῦθα δὴ καὶ ποτοῦ καὶ τροφῆς οἱ στρατιῶται σπανίζοντες, καὶ τῆς πορείας ἡγεμόνας οὐκ ἔχοντες, ἀλλ' ἐν ἐρήμῳ χώρᾳ πλανώμενοι, τὴν τοῦ σοφωτάτου βασιλέως ἔγνωσαν ἀβουλίαν. ὀλοφυρόμενοι δὲ καὶ στένοντες, εὗρον ἐξαπίνης κείμενον τραυματίαν τὸν κατὰ τοῦ πεποιηκότος λυττήσαντα· καὶ τὸν Ἄρεα τὸν πολεμόκλονον, ἐπίκουρον οὐ γενόμενον κατὰ D τὴν ὑπόσχεσιν· καὶ τὸν Λοξίαν, τὸν τὰ ψευδῆ μαντευσάμενον· καὶ τὸν τερπικέραυνον κατὰ τοῦ κτείναντος τοῖς κεραυνοῖς οὐ χρησάμενον· καὶ τὸν κόμπον τῶν ἀπειλῶν ἐρριμμένον εἰς ἔδαφος. τὸν μέντοι τὴν δικαίαν ἐκείνην ἐπενεγκόντα πληγὴν, οὐδεὶς ἔγνω μέχρι καὶ τήμερον. ἄλλοι μὲν τινὰ τῶν ἀοράτων ταύτην ἐπενηνοχέναι φασίν· οἱ δὲ τῶν νομάδων ἕνα τῶν Ἰσμαηλιτῶν καλουμένων· ἄλλοι δέ τινα στρατιώτην, διὰ τὸν λιμὸν καὶ τὴν ἔρημον δυσχεράναντα. ἀλλ' εἴτε ἄνθρωπος, εἴτε ἄγγελος ὦσε τὸ ξίφος, δῆλον ὅτι ὡς τοῦτο δέδρακε, τοῦ θείου νεύματος ὑπουργὸς ἐγεγόνει.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ἐκεῖνον δέ γε φασὶ δεξάμενον τὴν πληγήν, εὐ- A θὺς πλῆσαι τὴν χεῖρα τοῦ αἵματος, καὶ τοῦτο ῥίψαι εἰς τὸν ἀέρα, καὶ φάναι, νενίκηκας γαλιλαῖε· καὶ κατὰ ταὐτὸ τήν τε νίκην ὁμολογῆσαι, καὶ τὴν βλασφημίαν τολμῆσαι· οὕτως ἐμβρόντητος ἦν.

Ajunt autem illum vulnere accepto, ſtatim hauſtum manu ſua ſanguinem in cœlum jeciſſe, hæc dicentem, viciſti Galilæe: & uno eodemque tempore, tum victoriam confeſſum eſſe, tum blaſphemiam vomuiſſe. Adeo vecors fuit ac demens.

---

## Κεφ. κϛʹ.

*Περὶ τῆς ἐν κάρραις μετὰ τὴν ἀναίρεσιν αὐτοῦ φωραθείσης γοητείας.*

ΜΕτὰ δὲ τὴν σφαγήν, αἱ τῆς ἐκείνου γοητείας ἐφωράθησαν μαγγανεῖαι. Κάρραι γὰρ πόλις ἐστίν, ἔτι καὶ νῦν ἔχουσα τῆς ἀσεβείας B τὰ λείψανα. διὰ ταύτης ὁ μάταιος τὴν πορείαν ποιούμενος, τὴν γὰρ ἔδεσσαν ὡς εὐσεβείᾳ κοσμουμένην εὐώνυμον καταλέλοιπεν, εἰς τὸν παρὰ τῶν δυσσεβῶν τιμώμενον σηκὸν εἰσελθών, καί τινα ἐν τούτῳ σὺν τοῖς κοινωνοῦσι τοῦ μύσους ἐπιτελέσας, κλεῖθρα καὶ σήμαντρα ταῖς θύραις ἐπέθηκε, καί τινας ταύταις προσεδρεύειν προσέταξε στρατιώτας, μηδένα εἴσω τῶν θυρῶν γενέσθαι μέχρι τῆς ἐπανόδου κελεύσας. ἐπεὶ δὲ ὁ θάνατος ἀπηγγέλθη, καὶ εὐσεβὴς βασιλεία τὴν δυσσεβῆ διεδέξατο, εἴσω γενόμενοι τοῦ σηκοῦ, C εὗρον τὴν ἀξιάγαστον τοῦ βασιλέως ἀνδρείαν τε καὶ σοφίαν, καὶ πρὸς τούτοις εὐσέβειαν. εἶδον γὰρ γύναιον ἐκ τῶν τριχῶν ἠωρημένον, ἐκτεταμένας ἔχον τὰς χεῖρας ἧς ἀνακείρας ὁ ἀλιτήριος τὴν γαστέρα, τὴν νίκην δήπουθεν τὴν κατὰ περσῶν διὰ τοῦ ἥπατος ἔγνω. τοῦτο μὲν οὖν ἐν κάρραις ἐφωράθη τὸ μύσος.

## Cap. XXVI.

*De magicis maleficiis poſt ejus obitum repertis apud Carras.*

CÆTERUM poſt ejus cædem, magicæ ipſius artes ac machinationes detectæ ſunt. Carræ enim civitas impietatis ejus reliquias adhuc ſervat. Per hanc urbem ſtolidus ille iter faciens: Edeſſam enim, utpote Chriſtiana pietate inſignem, ad lævam reliquerat: cùm in fanum quoddam, quod ab impiis colebatur, ingreſſus eſſet, ibique arcana quædam cum ſceleris ſui conſortibus peregiſſet, clauſtra & ſignacula januis appoſuit; & additâ certorum militum cuſtodiâ, vetuit ne quis ante reditum ſuum illuc introiret. Sed poſtquam mors ejus nuntiata eſt, & religioſus Princeps impio ſucceſſit, fanum introgreſſi, admirabilem Imperatoris fortitudinem & ſapientiam atque pietatem deprehenderunt. Viderunt enim mulierem capillis ſuſpenſam, manuſque extenſas habentem. Cujus diſſecto ventre, ſceleratus ille victoriam Perſicam jecoris inſpectione didicerat. Et Carris quidem, hujuſmodi deprehenſum eſt maleficium.

---

## Κεφ. κζʹ.

*Περὶ τῶν ἐν τοῖς βασιλείοις ἀντιοχείας εὑρεθεισῶν κεφαλῶν.*

ἘΝ ἀντιοχείᾳ δέ, πολλὰς μὲν κιβωτοὺς ἐν τοῖς βασιλείοις κεφαλῶν ἀνθρώπων πε- D πληρωμένας εὑρεθῆναί φασι, πολλὰ δὲ φρέατα σομάτων ἀνάπλεα νεκρῶν. τοιαῦτα γὰρ τῶν δυσωνύμων θεῶν τὰ μαθήματα.

## Cap. XXVII.

*De capitibus humanis, quæ Antiochiæ in palatio inventa ſunt.*

ANTIOCHIÆ vero, plurimas arcas in palatio repertas eſſe ferunt, plenas capitibus humanis; multos item puteos cadaveribus refertos. Ejuſmodi enim eſt diſciplina abominandorum deorum.

---

## Κεφ. κηʹ.

*Περὶ τῆς ἐν ἀντιοχείᾳ πανδήμου γεγενημένης χορείας.*

ἩΔὲ ἀντιόχου πόλις τὴν ἐκείνου μεμαθηκυῖα σφαγήν, δημοθοινίας ἐπετέλει καὶ πανηγύρεις· καὶ οὐ μόνον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐχόρευον καὶ τοῖς μαρτύρων σηκοῖς, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς θεάτροις

## Cap. XXVIII.

*De publica lætitia ac feſtivitate Antiochenorum ob Juliani cædem.*

CIVITAS porro Antiochenorum, comperta illius cæde, conviviis ac feſtivitatibus vacare cœpit. Nec in Eccleſiis ſolum ac martyriis cuncti tripudiabant; ſed in ipſis etiam theatris

victoriam crucis prædicabant, & illius A oracula deridebant. Ego vero admirabilem quandam Antiochenorum vocem hoc loco apponam, ut ejus apud poſteros cuſtodiatur memoria. Omnes ſiquidem ſimul juncti clamabant: Ubinam ſunt vaticinia tua, Maxime ſtulte? Vicit Deus & Chriſtus ejus. Erat enim iis temporibus Maximus quidam, profeſſione Philoſophus, ſed magicis artibus deditus, & qui futura ſe prædicere gloriaretur. Qualiter vero Antiocheni ab eximio Apoſtolorum pari, Petro ac Paulo, Divinæ fidei documentis inſtructi, & univerſorum Dominum ac ſervatorem fervidè amantes, ſceleſtiſ- B ſimum Julianum ſemper deteſtati ſint, Julianus ipſe optime noverat. Atque idcirco librum contra eos ſcripſit, quem *μισοπώγωνα* appellavit. Ego vero in hac publica lætitia quæ tyranni exitum conſecuta eſt, librum hunc concludam. Nefas enim eſſe duco, religioſum Principatum cum impia dominatione connectere.

*Explicat Liber tertius.*

A τοῦ σταυροῦ τὴν νίκην ἐκήρυττον, καὶ τοῖς ἐκείνου μαντεύμασιν ἐπετώθαζον. ἐγὼ δὲ καὶ τὴν ἀξιάγαστον τῶν Ἀντιοχέων θήσω φωνὴν, ἵνα καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς ἐσομένοις ἡ ταύτης φυλάττηται μνήμη. κοινῇ γὰρ πάντες ἐβόων, ποῦ σου τὰ μαντεῖα Μάξιμε μωρέ; ἐνίκησεν ὁ θεὸς καὶ ὁ χριστὸς αὐτοῦ. Μάξιμος γάρ τις ἦν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, φιλοσοφίας μὲν πρόσχημα περικείμενος· γοητείᾳ δὲ χρώμενος, καὶ προλέγειν τὰ μέλλοντα σεμνυνόμενος. ὅτι δὲ Ἀντιοχεῖς παρὰ τῆς μεγίστης ξυνωρίδος Πέτρου καὶ Παύλου τὰ θεῖα δεξάμενοι δόγματα, καὶ B θερμῶς τὸν τῶν ὅλων δεσπότην καὶ σωτῆρα ποθοῦντες, βδελυττόμενοι ἀεὶ τὸν ἄξιον λήθης Ἰουλιανὸν διετέλεσαν, καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος ἔφη σαφῶς. διά τοι τοῦτο, καὶ λόγον συνέγραψε κατ' αὐτῶν, καὶ μισοπώγωνα τοῦτον ὠνόμασεν. ἐγὼ δὲ τὴν ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ τυράννου χορείαν, τέλος ἐπιθήσω τῇ συγγραφῇ. οὐ γὰρ ὅσιον ὑπέλαβον, εὐσεβεῖ συνάψαι βασιλείᾳ τὴν δυσσεβῆ δυναστείαν.

Τρίτου λόγου τέλος.

# ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ λόγος Δ'.


α'. Περὶ τῆς ἰωβιανοῦ βασιλείας καὶ εὐσεβείας.

β'. Περὶ τῆς ἐπανόδου τοῦ ἁγίου ἀθανασίου.

γ'. Ἐπιστολὴ συνοδικὴ πρὸς τὸν βασιλέα ἰωβιανὸν γραφεῖσα περὶ τῆς πίστεως παρὰ τοῦ ἁγίου ἀθανασίου.

δ'. Περὶ τῶν ἀποδοθέντων σιτηρεσίων ταῖς ἐκκλησίαις.

ε'. Περὶ τῆς τοῦ βασιλέως τελευτῆς.

ς'. Περὶ τῆς τοῦ οὐαλεντινιανοῦ βασιλείας, καὶ ὅπως οὐάλεντα τὸν ἀδελφὸν κοινωνὸν ἐποιήσατο.

ζ'. Περὶ τῆς ἀμβροσίου τοῦ ἐπισκόπου μεδιολάνων χειροτονίας.

η'. Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως οὐαλεντινιανοῦ καὶ οὐάλεντος, περὶ τοῦ ὁμοουσίου γραφεῖσα πρὸς τὴν ἀσιανὴν διοίκησιν.

θ'. Συνοδικὸν τῆς ἐν τῷ ἰλλυρικῷ συναχθείσης συνόδου, περὶ τῆς πίστεως.

ι'. Περὶ τῆς τῶν αὐδιανῶν αἱρέσεως.

ια'. Περὶ τῆς τῶν μεσσαλιανῶν αἱρέσεως.

ιβ'. Τίνα τρόπον ὁ βάλης ἐξέκλινεν εἰς τὴν αἵρεσιν.

ιγ'. Ὅπως τοὺς ἀρετῇ διαλάμποντας τῶν ἐπισκόπων, ἐξώρισε.

ιδ'. Περὶ εὐσεβίου καὶ ἐπισκόπου σαμοσάτων καὶ ἀντιόχου τοῦ πρεσβυτέρου καὶ εὐολκίου τοῦ (διακόνου.

ιε'. Περὶ τοῦ σαμοσατέων εὐσεβεστάτου ζήλου.

ις'. Περὶ τοῦ ἁγίου βαρσοῦ τοῦ ἐπισκόπου, ἐδέσσης, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἐξορισθέντων κληρικῶν.

ιζ'. Περὶ τοῦ ἐν ἐδέσσῃ γενομένου διωγμοῦ.

ιη'. Περὶ εὐλογίου καὶ πρωτογένους τῶν ἐδεσσηνῶν πρεσβυτέρων.

ιθ'. Περὶ τοῦ ἁγίου βασιλείου τοῦ καισαρείας ἐπισκόπου, καὶ τῶν κατ' αὐτοῦ γεγενημένων ὑπὸ οὐάλεντος, καὶ μοδέστου ὑπάρχου.

κ'. Περὶ τῆς τοῦ ἁγίου ἀθανασίου τελευτῆς καὶ τῆς πέτρου χειροτονίας.

κα'. Περὶ τῆς ἐκβολῆς πέτρου, καὶ εἰσαγωγῆς λουκίου τοῦ ἀρειανοῦ.

κβ'. Ἐκ τῆς ἐπιστολῆς πέτρου ἀλεξανδρείας διήγησις, περὶ τῶν ἐν ἀλεξανδρείᾳ συμβάντων ὑπὸ λουκίου.

κγ'. Περὶ μαυΐας τῆς ἀρχηγοῦ τῶν σαρακηνῶν, καὶ τῆς μωϋσέως τοῦ μονάζοντος χειροτονίας.

κδ'. Περὶ τῶν ἐν κωνσταντινουπόλει τολμηθέντων.

κε'. Ὅπως φλαβιανὸς καὶ διόδωρος τὴν ἐν ἀντιοχείᾳ τῶν ὀρθοδόξων συνεκρότουν ἐκκλησίαν.

κς'. Τὰ κατὰ τὸν ἅγιον ἀφραάτην τὸν μονάζοντα.

κζ'. Τὰ κατὰ τὸν ἅγιον ἀντώνιον τὸν μέγαν.

κη'. Τίνες ἄλλοι μονάζοντες κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν διέπρεψαν.

κθ'. Περὶ διδύμου τοῦ ἀλεξανδρέως καὶ ἐφραὶμ τοῦ σύρου.

λ'. Τίνες ἐν τῇ ποντικῇ καὶ ἀσιανῇ διέπρεπον ἐπίσκοποι κατὰ τοῦτον τὸν καιρόν.

λα'. Περὶ τῶν παρὰ οὐάλεντος τῷ μεγάλῳ οὐαλεντινιανῷ περὶ τοῦ πολέμου γραφέντων, καὶ τῶν παρ' ἐκείνου πίστεως ἀντιγραφέντων.

λβ'. Περὶ τῆς τερεντίου κόμητος εὐσεβείας.

λγ'. Περὶ τῆς τραϊανοῦ τοῦ στρατηλάτου παῤῥησίας.

λδ'. Περὶ ἰσαακίου τοῦ ἐν κωνσταντινουπόλει μονάζοντος.

λε'. Περὶ τῆς βετρανίωνος τοῦ σκυθίου ἐπισκόπου παῤῥησίας.

λς'. Περὶ τῆς κατὰ γότθων οὐάλεντος στρατείας, καὶ ὅπως ἔτισε τῆς ἀσεβείας δίκας.

λζ'. Πόθεν οἱ γότθοι τῆς ἀρειανικῆς μετέλαχον πλάνης.

## *IN LIBRO PRIMO ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ hæc continentur.*

Cap. I. De Imperio & pietate Joviani.
II. De reditu beati Athanaſii.
III. Epiſtola Synodica de fide ad Jovianum Imp. ſcripta à ſancto Athanaſio.
IV. De annona Eccleſiis reſtituta.
V. De morte Imperatoris Joviani.
VI. De Imperio Valentiniani, & quomodo Valentem fratrem ſibi Collegam adſcivit.
VII. De Ambroſii Mediolanenſis Epiſcopi ordinatione.
VIII. Epiſtola Imp. Valentiniani & Valentis, ad Aſianam Diœceſin ſcripta de Conſubſtantiali.
IX. Epiſtola Synodica Concilii Illyriciani de fide.
X. De hæreſi Audianorum.
XI. De Meſſalianorum hæreſi.
XII. Quomodo Valens in hæreſin delapſus ſit.
XIII. Quomodo Epiſcopos eximia virtute præditos relegaverit.
XIV. De Euſebio Epiſcopo Samoſatenſi.
XV. De religioſo Samoſatenſium zelo : & de Antiocho presbytero & Evolcio Diacono.
XVI. De ſancto Barſæ Epiſcopo Edeſſeno, & de Clericis qui unà cum illo relegati ſunt.
XVII. De perſecutione quæ facta eſt Edeſſæ.
XVIII. De Eulogio & Protogene presbyteris Edeſſenis.
XIX. De ſancto Baſilio Cæſarienſi Epiſcopo, & de iis quæ adverſus illum geſſit Valens ac Modeſtus Præfectus.
XX. De obitu ſancti Athanaſii & de ordinatione Petri.
XXI. Quomodo expulſus ſit Petrus, & in ejus locum intruſus fuerit Lucius Arianus.
XXII. Ex Epiſtola Petri Alexandrini Epiſcopi: de his quæ Alexandriæ geſta ſunt auctore Lucio.
XXIII. De Mabia Saracenorum Regina, & de Moſis Monachi ordinatione.
XXIV. De his quæ Conſtantinopoli perpetrata ſunt.
XXV. Quomodo Flavianus & Diodorus Orthodoxos Antiochiæ collegerint.
XXVI. De ſancto Aphraate Monacho.
XXVII. De ſancto Juliano & de Antonio Magno.
XXVIII. Quinam alii Monachi per ea tempora claruerint.
XXIX. De Didymo Alexandrino & Ephræm Syro.
XXX. De Epiſcopis qui per Ponticam & Aſianam Diœceſin ea tempeſtate floruerunt.
XXXI. De his quæ Valens ad magnum Valentinianum ſcripſit de bello: & de reſponſo Valentiniani.
XXXII. De Terentii Comitis pietate.
XXXIII. De Trajani Magiſtri militum libera voce.
XXXIV. De Iſaaco Monacho Conſtantinopolitano.
XXXV. De Vetranionis Epiſcopi Scythiæ in loquendo libertate.
XXXVI. De expeditione Valentis adverſus Gotthos, & quales impietatis pœnas dederit.
XXXVII. Quomodo Gotthi in Arianam hæreſin delapſi ſint.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΘΕΟΔΩΡΙΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

## Λόγος Δʹ.

### Κεφ. αʹ.

*Περὶ τῆς Ἰοβιανοῦ βασιλείας καὶ εὐσεβείας.*

Μετὰ δὲ τὴν Ἰουλιανοῦ σφαγὴν, συνελθόντες σὺν τοῖς ὑπάρχοις οἱ στρατηγοὶ, ἐβουλεύσαντο τίνα χρὴ τὴν βασιλείαν παραλαβεῖν, καὶ τήν τε στρατιὰν ἐν τῇ πολεμίᾳ διασῶσαι, τά τε Ῥωμαίων ἀναῤῥῶσαι πράγματα, ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς ὄντα, τὸ δὴ λεγόμενον, διὰ τὴν τοῦ κατοιχομένου θρασύτητα. τούτων δὲ περὶ τούτων βουλευομένων, ἡ στρατιὰ συναθροισθεῖσα κατὰ ταὐτὸν, Ἰοβιανὸν ἐξήτησε βασιλέα, οὔτε στρατηγὸν ὄντα, οὔτε τῶν μετ᾽ ἐκείνους· ἐπίσημον δὲ ἄνδρα καὶ περιφανῆ, καὶ πολλῶν ἕνεκα γνώριμον. Σῶμα τε γὰρ μέγιστον εἶχε, καὶ ψυχὴν μεγαλόφρονα· καὶ ἀριστεύειν ἐν πολέμοις εἰώθει, καὶ ἐν τοῖς ἀγῶσι τοῖς μείζοσι. παῤῥησίᾳ γὰρ κατὰ τῆς ἀσεβείας χρησάμενος, τοῦ τυράννου τὴν δυναστείαν οὐκ ἔδεισεν, ἀλλὰ καὶ τὴν προθυμίαν, τοῖς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μάρτυσι συνετέτακτο. τότε δὴ οἱ στρατηγοὶ, τῆς στρατιᾶς τὴν συμφωνίαν θείαν ψῆφον ὑπολαβόντες, ἤγαγον εἰς μέσον τὸν πάντα ἄριστον ἄνδρα ἐκεῖνον. καὶ βῆμα σχεδιάσαντες ὑψηλὸν, ἔστησαν ἐπὶ τούτου. εἶτα πάντων αὐτῷ τὰ βασιλικὰ προσενηνοχότων προσρήματα, καὶ αὔγουστον προσαγορευσάντων καὶ καίσαρα, τῇ συνήθει παῤῥησίᾳ χρησάμενος ὁ ἀξιάγαστος ἐκεῖνος ἀνὴρ, καὶ μήτε τοὺς ἄρχοντας δείσας, μήτε τῶν στρατιωτῶν τὴν ἐπὶ τὰ χείρω μεταβολήν. οὐ δύναμαι, ἔφη, χριστιανὸς ὢν τῶν τοιούτων ἄρχειν, οὐδὲ τῆς Ἰουλιανοῦ στρατιᾶς βασιλεύειν, πονηρὰ παιδευθείσης μαθήματα. οἱ γὰρ τοιοῦτοι, τῆς θείας προνοίας γεγυμνωμένοι, εὐάλωτοι καὶ ἐπίχαρτοι τοῖς πολεμίοις γίνονται. τούτων ἀκούσαντες τῶν λόγων οἱ στρατιῶται, κοινὴν ἀφῆκαν φωνήν. μὴ ἐνδοιάσῃς ὦ βασιλεῦ, μηδὲ τὴν ἡμετέραν ὡς πονη-

# THEODORITI EPISCOPI CYRI ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

## LIBER QUARTUS.

### Caput Primum.

*De Imperio & pietate Joviani.*

Interfecto Juliano, Duces cum Præfectis ſimul congregati conſilium inierunt, quiſnam idoneus ad hoc eſſet, ut Imperium capeſſeret, & ut exercitum quidem adhuc in hoſtili ſolo caſtra habentem ſervaret; rempublicam autem Romanorum erigeret, quæ tunc ob temeritatem Principis recens mortui in extremum diſcrimen adducta erat. Qui dum de hac re deliberant, exercitus in unum collectus Jovianum ſibi Imperatorem poſtulavit, qui nec Dux militum erat, nec Tribunus: egregius vir tamen & conſpicuus, & ob plurimas dotes inſignis. Nam & corpore procero, & animo excelſo erat præditus. Ad hæc in bello ſtrenue ſe gerere conſueverat, & in certaminibus quæ graviora ſunt bellicis. Libertate enim ac fiducia uſus adverſus impietatem, tyranni violentiam haudquaquam extimuerat: ſed quantum ad animi alacritatem, inter martyres Chriſti relatus fuerat. Tunc Duces conſenſionem exercitus, Dei ſuffragium eſſe arbitrati, egregium illum virum produxerunt in medium: erectoque ex tempore tribunali ſublimem eum collocarunt. Poſt hæc cùm univerſi Imperiales titulos ei tribuiſſent, & Auguſtum ac Cæſarem eum appellaſſent, conſuetâ utens libertate admirandus ille vir, & nec proceres veritus, nec militum animos ad mutationem in pejus proclives: Ego, inquit, cùm Chriſtianus ſim talibus viris imperare non poſſum, nec Juliani exercitum regere, nefariæ doctrinæ præceptis imbutum. Ejuſmodi enim homines Divinâ gratiâ deſtituti, facile ab hoſtibus capiuntur, & ludibrio iiſdem eſſe ſolent. His auditis, omnes uno conſenſu milites hæc dixerunt: Ne dubites, Imperator, neve Imperium noſtrum velut improbum refugias. Im-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A peraberis enim Chriſtianis hominibus & qui in pia diſciplina ſunt educati. Nam qui inter nos ætate ſunt provectiores, ipſum Conſtantinum Doctorem habuerunt. Qui autem illos proxime ſequuntur, à Conſtantio inſtituti ſunt. Hujus vero nuper mortui breve imperii tempus fuit, nec ſatis idoneum ad labem in deceptorum hominum mentibus altius defigendam.

ρὰν φύσης ἡγεμονίαν. χριστιανῶν γὰρ βασιλεῖς ἐστε, καὶ μαθήμασιν εὐσεβέσι συντεθραμμένων. οἱ μὲν γὰρ ἐν ἡμῖν γεραίτεροι, καὶ τῆς κωνσταντίνου διδασκαλίας ἀπήλαυσαν· οἱ δὲ μετ' ἐκείνους, τῶν κωνσταντίου μετέλαχον παιδευμάτων. τούτου δὲ τοῦ τεθνεῶτος, ὀλίγος τῆς ἡγεμονίας ὁ χρόνος, καὶ οὐχ ἱκανὸς οὐδὲ τοῖς ἐξηπατημένοις ἐνιδρύσαι τὴν λώβην.

## Cap. II.

*De reditu beati Athanaſii.*

B His verbis delectatus Imperator, deinceps tractare cœpit de ſalute reipublicæ, & quo modo exercitum incolumem ex hoſtili ſolo poſſet reducere. Nec vero longa deliberatione ei opus fuit: ſed ex pietatis ſeminibus uberes ſtatim fructus percepit. Extemplo enim Deus providentiam ſuam oſtendit, & præſentem ſolvit difficultatem. Rex enim Perſarum de Imperio Joviani certior factus, legatos ad eum miſit, acturos de pace. Cibaria deinde miſit militibus, & forum rerum venalium in ſolitudine eis parari juſſit. Triginta C igitur annorum pactus inducias Jovianus, ſalvum atque incolumem ex hoſtico reduxit exercitum. Porro ſimul atque fines Imperii ſui ingreſſus eſt, primam omnium legem tulit, quâ & Epiſcopos ab exilio reverti jubebat, & Eccleſias iis reſtitui mandabat, qui Nicænam fidem inviolatam ſervâſſent. Scripſit etiam litteras ad Athanaſium, egregium illum Nicænæ fidei defenſorem, petens, ut accuratam de Divinis rebus inſtitutionem ad ſe perſcriberet. Hic igitur congregatis Epiſcopis qui doctrinâ excellere videbantur, reſcripſit Joviano, ſuadens ut fidem Nicææ olim expoſitam, tanquam Apoſtolicæ doctrinæ conſentientem ſervaret. Cujus D quidem epiſtolæ exemplum, lectorum utilitati proſpiciens, hic apponam.

## Κεφ. β'.

*Περὶ τῆς ἐπανόδου τοῦ ἁγίου ἀθανασίου.*

ἘΠὶ τούτοις ἡσθεὶς ὁ βασιλεὺς τοῖς λόγοις, ἐβουλεύετο λοιπὸν περὶ τῶν κοινῶν σωτηρίας, καὶ ὅπως ἐκ τῆς πολεμίας ἀπήμαντον ἀπαγάγοι τὴν στρατιάν. οὐκ ἐδεήθη δὲ βουλευμάτων πολλῶν, ἀλλὰ τῶν τῆς εὐσεβείας σπερμάτων ἐτρύγησε τοὺς καρπούς. παραυτίκα γὰρ τὴν οἰκείαν ἔδειξε προμήθειαν ὁ τῶν ὅλων θεὸς, καὶ τὴν φαινομένην ἔλυσεν ἀπορίαν. τὴν γὰρ τούτου βασιλείαν ὁ περσῶν μεμαθηκὼς βασιλεὺς, πρέσβεις ἀπέστειλεν ὑπὲρ εἰρήνης πρεσβευσομένους. εἶτα τροφὰς τοῖς στρατιώταις ἐξέπεμψε, καὶ ἀγορὰν αὐτοῖς ἐν τῇ ἐρήμῳ γενέσθαι προσέταξε. τριακοντούτεις δὴ οὖν σπονδὰς ποιησάμενος, ἐρρωμένην τὴν στρατιὰν τῆς πολεμίας ἐξέβαλε. παραυτίκα δὲ τῆς ὑπ' αὐτοῦ βασιλευομένης γῆς ἐπιβὰς, πρῶτον ἔγραψε νόμον καὶ τοὺς ἐπισκόπους ἐπανελθεῖν ἐκ τῆς ἐξορίας διαγορεύοντα, καὶ τὰς ἐκκλησίας ἀποδοθῆναι παρεγγυῶντα τοῖς τὴν ἐν νικαίᾳ πίστιν διατετηρηκόσιν ἀκήρατον. ἐπέστειλε δὲ καὶ πρὸς ἀθανάσιον ἐκεῖνον, τὸν τούτων πρόμαχον τῶν δογμάτων, γραφῆναι αὐτῷ παρακαλῶν τὴν ἀκριβῆ περὶ τῶν θείων διδασκαλίαν. ὁ δὲ, τοὺς ἐλλογιμωτέρους τῶν ἐπισκόπων ἀγείρας, ἀντέγραψε τὴν ἐν νικαίᾳ ἐκτεθεῖσαν πίστιν φυλάττειν παρακαλῶν, ὡς τοῖς ἀποστολικοῖς συμβαίνουσαν δόγμασιν. ἐνθήσω δὲ καὶ τὴν ἐπιστολὴν, τῆς τῶν ἐντευξομένων προμηθούμενος ὠφελείας.

## Cap. III.

*Epiſtola Synodica de fide ad Jovianum Imper. ſcripta à ſancto Athanaſio.*

RELIGIOSISSIMO & clementiſſimo, victori Auguſto Joviano, Athanaſius & reliqui Epiſcopi, qui venerunt ex perſona omnium Epiſcoporum

## Κεφ. γ'.

*Ἐπιστολὴ συνοδικὴ πρὸς τὸν βασιλέα ἰωβιανὸν γραφεῖσα περὶ τῆς πίστεως παρὰ τοῦ ἁγίου ἀθανασίου.*

ΤΩ εὐλαβεστάτῳ καὶ φιλανθρωποτάτῳ νικητῇ αὐγούστῳ ἰωβιανῷ, ἀθανάσιος καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι, οἱ ἐλθόντες ἐκ προσώπου πάν-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

τῶν τῶν ἀπὸ τῆς αἰγύπτου καὶ θηβαΐδος καὶ λιβύων ἐπισκόπων. πρέπουσα θεοφιλεῖ βασιλεῖ φιλομαθὴς προαίρεσις καὶ πόθος τῶν οὐρανίων. οὕτως γὰρ ἀληθῶς καὶ τὴν καρδίαν ἔχεις ἐν χειρὶ θεοῦ, καὶ τὴν βασιλείαν μετ᾽ εἰρήνης πολλαῖς ἐτῶν περιόδοις ἐπιτελέσεις. θελησάσης τοίνυν τῆς σῆς εὐσεβείας μαθεῖν παρ᾽ ἡμῶν τὴν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας πίστιν, εὐχαριστήσαντες ἐπὶ τούτῳ τῷ κυρίῳ, ἐβουλευσάμεθα πάντων μᾶλλον, τὴν παρὰ τῶν πατέρων ὁμολογηθεῖσαν ἐν νικαίᾳ πίστιν ὑπομνῆσαι τὴν σὴν θεοσέβειαν. ταύτην γὰρ ἀθετήσαντες τινὲς, ἡμῖν μὲν ποικίλως ἐπεβούλευσαν. ὅτι μὴ ἐπειθόμεθα τῇ ἀρειανῇ αἱρέσει· αἴτιοι δὲ γεγόνασιν αἱρέσεως καὶ σχισμάτων τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ. ἡ μὲν ἀληθὴς καὶ εὐσεβὴς εἰς τὸν κύριον ἡμῶν ἰησοῦν χριστὸν πίστις, φανερὰ πᾶσι καθέστηκε, καὶ ἐκ τῶν θείων γραφῶν γινωσκομένη τε καὶ ἀναγινωσκομένη. ἐν ταύτῃ γὰρ καὶ οἱ ἅγιοι τελειωθέντες ἐμαρτύρησαν, καὶ νῦν ἀναλύσαντες εἰσὶν ἐν κυρίῳ. ἔμενε δὲ ἀεὶ ἡ πίστις διαπαντὸς ἀβλαβὴς, εἰ μὴ πονηρία τινῶν αἱρετικῶν παραποιῆσαι ταύτην ἐτόλμησεν· ἄρειος γάρ τις καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, διαφθεῖραι ταύτην καὶ ἀσέβειαν κατ᾽ αὐτῆς ἐπεισάγειν ἐπεχείρησαν, φάσκοντες ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ κτίσμα καὶ ποίημα, καὶ τρεπτὸν εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ. πολλούς τε ἐν τούτοις ἠπάτησαν· ὥστε καὶ τοὺς δοκοῦντας εἶναί τι, συναπαχθῆναι αὐτῶν τῇ δυσφημίᾳ. καὶ φθάσαντες μὲν οἱ ἅγιοι πατέρες ἡμῶν, συνελθόντες ὡς προείπομεν ἐν τῇ κατὰ νίκαιαν συνόδῳ, τὴν μὲν ἀρειανὴν αἵρεσιν ἀνεθεμάτισαν· τὴν δὲ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας πίστιν ὡμολόγησαν ἐγγράφως· ὥστε ταύτης πανταχοῦ κηρυττομένης, ἀποσβεσθῆναι τὴν ἀναφθεῖσαν αἵρεσιν παρὰ τῶν αἱρετικῶν. ἦν μὲν οὖν αὕτη πανταχοῦ κατὰ πᾶσαν ἐκκλησίαν γινωσκομένη τε καὶ κηρυττομένη· ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τὴν ἀρειανὴν αἵρεσιν ἀνανεῶσαι βουλόμενοι, τινὲς μὲν αὐτὴν τὴν ἐν νικαίᾳ παρὰ τῶν πατέρων ὁμολογηθεῖσαν πίστιν τετολμήκασιν ἀθετῆσαι· τινὲς δὲ σχηματίζονται ὁμολογεῖν αὐτὴν, ταῖς δὲ ἀληθείαις ἀρνοῦνται, παρερμηνεύοντες τὸ ὁμοούσιον, καὶ οὗτοι βλασφημοῦντες τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐν τῷ φάσκειν αὐτοὺς, κτίσμα εἶναι καὶ ποίημα διὰ τοῦ υἱοῦ γεγονός· ἀναγκαίως θεωρήσαντες τὴν ἐκ τῆς τοιαύτης βλασφημίας βλάβην γινομένην κατὰ τῶν λαῶν, ἐπιδοῦναι τῇ σῇ εὐσεβείᾳ τὴν ἐν νικαίᾳ

A Ægypti, Thebaidos, ac Libyarum.
Digna eſt religioſo Principe cupiditas
diſcendi, & deſiderium rerum cœle-
ſtium. Ita enim & cor tuum habes in
manu Dei, & Imperium multis anno-
rum curriculis pacate gubernaturus es.
Quando igitur pietas tua fidem Eccle-
ſiæ catholicæ ex nobis diſcere voluit, a-
ctis eam ob rem Deo gratiis, præ reli-
quis omnibus eam fidem quæ Nicææ o-
lim à patribus promulgata eſt, religio-
ni tuæ ſuggerendam eſſe decrevimus.
Hanc enim quidam cùm repudiaſſent,
nobis quidem variis modis inſidiati
ſunt, propterea quod Arianæ hæreſi
B haudquaquam aſſentiremus: in Eccle-
ſiam autem catholicam, hæreſin &
ſchiſmata invexerunt. Ac vera quidem
& pia fides in Servatorem noſtrum Je-
ſum Chriſtum omnibus manifeſta eſt,
quæ ex Divinis ſcripturis & cognoſci-
tur & legitur. In iſta enim fide Sancti
martyrio conſummati ſunt, & nunc in
Domino requieſcunt. Manſiſſet autem
perpetuò illæſa, niſi hæreticorum quo-
rundam improbitas eam corrumpere
auſa eſſet. Arius enim & ſectatores illi-
us eam labefactare, & impietatem in
ejus locum introducere ſtuduerunt, aſ-
ſerentes Filium Dei de non exſtantibus.
C & creaturam ac facturam, & mutabi-
lem eſſe: multoſque his ſermonibus ſe-
duxerunt; ita ut ii quoque qui auctori-
tatis aliquid habere videbantur, abre-
pti fuerint illorum blaſphemiâ. Ac ſan-
ctiſſimi quidem patres noſtri, jamdu-
dum in ſynodo apud Nicæam, ſicut an-
tea diximus, congregati, Arianam hæ-
reſin condemnarunt, & Eccleſiæ ca-
tholicæ fidem ſcripto confeſſi ſunt: a-
deo ut per ejus fidei prædicationē ex-
tincta ſit hæreſis quæ ab hæreticis fue-
rat excitata. Atque hæc quidem fides
paſſim in ſingulis Eccleſiis & cognita
D & publicata eſt. Sed quoniam non-
nulli Arianam hæreſin renovare cupi-
entes, fidem Nicææ à patribus editam
repudiare auſi ſunt, quidam verò ſimu-
lant quidem eam ſe fidem profiteri; re-
vera autem eam negant, vocem con-
ſubſtantialis perperam interpretantes,
iidemque in Spiritum Sanctus blaſphe-
mantes, dum eum dicunt creatum eſſe
& factum per Filium: nos damnum
conſiderantes quod ex ejuſmodi blaſ-
phemia invehitur in populum Dei, fi-
dem Nicææ expoſitam pietati tuæ of-
ferre neceſſarium duximus; ut cogno-
ſcat religio tua, quantâ cum diligentiâ

congreſſui anteponeret: eamque inſtituit, ut pro maritali conſortio fraternum amorem amplecteretur. Hoc modo ad temperantiæ culmen pervenit. Cujus etiam Germanas virtutes in ſe habuit, quæ junctim cum illa choros ducerent. Hanc ob cauſam communi omnium ſuffragio ſacerdotium conſecutus eſt. Et tamen converſationis ſplendorem eximium haudquaquam reveritus eſt hoſtis veritatis. Sed hunc quidem in Arabiam relegavit: magnum autem Meletium in Armeniam; Euſebium vero in Thraciam deportari juſſit, virum Apoſtolicis ſudoribus exercitatum. Hic namque cùm multas Eccleſias paſtoribus viduatas eſſe comperiſſet, militarem habitum ſumens, & tiarâ capiti impoſitâ, Syriam, Phœnicen ac Palæſtinam peragravit, presbyteros ordinans ac Diaconos, aliosque Eccleſiæ Ordines ſupplens. Ac ſi quando Epiſcopos eandem cùm ipſo doctrinam fidei profitentes reperiiſſet, eos Antiſtites Eccleſiis indigentibus præficiebat.

## CAP. XIV.

*De Euſebio Epiſcopo Samoſatenſi.*

QUANTAM porro magnitudinem animi ac prudentiam oſtenderit, tunc cùm Imperatoris litteras accepit quibus proficiſci in Thraciam jubebatur, neceſſarium eſſe exiſtimo ut diſcant ii qui ignorant. Venerat forte ſub veſperam miniſter Imperialis præcepti. Euſebius vero eum monuit ut ſileret, cauſamque adventus ſui celaret. Nam ſi plebs, inquit, divino zelo prædita iſtud reſciverit, te quidem ſubmerget: à me vero mortis tuæ exigetur pœna. Hæc cùm dixiſſet, & veſpertinum miſſarum officium ex more celebraſſet, ſub ipſa ſomni primordia uno famulo conſiſus, ſolus egreſſus eſt ſenex pedibus incedens. Sequebatur eum famulus, cervical duntaxat & codicem ferens. Cúmque ad ripam fluminis perveniſſet (Euphrates enim ipſa urbis alluit mœnia) navigium conſcendit, & remigibus præcepit, ut Zeugma verſus contenderent. Orta luce ipſe quidem Zeugma ingreſſus eſt. Samoſatenſium autem civitas lamentis ac luctu interim plena erat. Nam cùm famulus ille neceſſariis Euſebii ea quæ juſſa fuerant indicaſſet, & quos ille ſecum proficiſci, quoſnam codices ſibi

(A) τῆς κοινωνίας προτιμῆσαι τὴν νύμφην, καὶ φιλοστοργίαν ἀδελφικὴν ἀντὶ γαμικῆς συναφείας ἔχειν, αὐτὴν ἐξεπαίδευσεν. οὕτω μὲν δὴ τὴν σωφροσύνην κατώρθωσεν. εἶχε δὲ τὰς ταύτης ἀδελφὰς ἀρετὰς ἐν ἑαυτῷ, σὺν αὐτῇ χορευούσας. οὗ δὴ εἵνεκα ψήφῳ κοινῇ τὴν προεδρίαν ἐδέξατο. ἀλλ᾽ ὅμως οὐδὲ αἱ τῆς πολιτείας ἀκτῖνες κατῄδεσαν τὸν τῆς ἀληθείας πολέμιον. ἀλλὰ τοῦτον μὲν εἰς τὴν Ἀραβίαν ἐξέπεμψεν, εἰς δὲ τὴν Ἀρμενίαν τὸν θεῖον Μελέτιον, εἰς δὲ τὴν Θρᾴκην Εὐσέβιον τοῖς ἀποστολικοῖς ἱδρῶσι περιρρεόμενον. οὗτος γὰρ πολλὰς τῶν ἐκκλησιῶν ἐρήμους εἶναι ποιμένων μαθών, στρατιωτικὸν ἀμπεχόμενος σχῆμα, καὶ τιάρα καλύπτων (B) τὴν κεφαλήν, τὴν Συρίαν περιῄει, καὶ τὴν Φοινίκην καὶ τὴν Παλαιστίνην, πρεσβυτέρους χειροτονῶν καὶ διακόνους, καὶ τὰ ἄλλα τάγματα τῆς ἐκκλησίας ἀναπληρῶν· εἰ δέ ποτε καὶ ἐπισκόπων ὁμογνωμόνων ἐπέτυχε, καὶ προέδρους ταῖς δεομέναις ἐκκλησίαις προὐβάλλετο.

## Κεφ. ιδ΄.

Περὶ Εὐσεβίου τοῦ ἐπισκόπου Σαμοσάτων.

ΟΠόσην δὲ ἀνδρείαν καὶ σοφίαν ἐπεδείξατο, (C) βασιλικὸν δεξάμενος νόμον, ὃς ἐκέλευσεν αὐτὸν τὴν Θρᾴκην καταλαβεῖν, ἀναγκαῖον οἶμαι τοὺς ἀγνοοῦντας μαθεῖν. Ἀφίκετο μὲν γὰρ ὁ τοῦτον κομίζων τὸν νόμον περὶ δείλην ὀψίαν. ὁ δὲ αὐτὸν καὶ σιγῆσαι παρηγγύησε, καὶ κρύψαι τῆς ἀφίξεως τὴν αἰτίαν. εἰ γὰρ μάθοι, ἔφη, τὸ πλῆθος ζήλῳ θείῳ συντεθραμμένον, σὲ μὲν καταποντιοῦσιν· ἐγὼ δὲ τὰς ὑπὲρ τῆς σῆς τελευτῆς εἰσπραχθήσομαι δίκας. ταῦτα εἰπών, καὶ τὴν ἑσπερινὴν λειτουργίαν συνήθως ἐπιτελέσας, περὶ αὐτὰς τοῦ ὕπνου τὰς εἰσβολάς, ἐνθαρρήσας τῶν οἰκείων, μόνος ἐξεληλύθει ὁ πρεσ- (D) βύτης βαδίζων. εἵπετο δὲ ὁ θεράπων, προσκεφάλαιον μόνον καὶ βιβλίον κομίζων. καταλαβὼν δὲ τοῦ ποταμοῦ τὴν ὄχθην, παρ᾽ αὐτοὺς γὰρ τοῦ ἄστεος τοὺς περιβόλους ὁ Εὐφράτης ἔχει τὸν ῥοῦν, ἐπέβη τε πορθμείῳ. καὶ τοῖς ἐρέταις ἐλαύνειν ἐπὶ τὸ Ζεῦγμα παρηγγύησε. ἡμέρας δὲ γενομένης, ὁ μὲν τὸ Ζεῦγμα κατέλαβεν· τὰ δὲ Σαμόσατα ὀδυρμῶν ἦν καὶ θρήνων μεστά. τοῦ γὰρ οἰκέτου ἐκείνου τοῖς γνωρίμοις τὰ προστεταγμένα μηνύσαντος, καὶ τίνας μὲν αὐτῷ συνεκδημῆσαι προσήκει, ποίας δὲ βίβλους κομί-

σαι, ὠλοφύροντο μὲν ἅπαντες τοῦ ποιμένος τὴν στέρησιν· πλήρης δὲ ὁ τοῦ ποταμοῦ πόρος τῶν πλεόντων ἐγένετο. ἐπειδὴ δὲ ἀφίκοντο καὶ τὸν ποθούμενον εἶδον ποιμένα, ὀδυρόμενοι μὲν καὶ στένοντες τὰς πηγὰς, δακρύων προχέοντες, πείθειν ἐπειρῶντο μένειν, καὶ μὴ προέσθαι τοῖς λύκοις τὰ θρέμματα. ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἔπεισαν, ἤκουσαν δὲ αὐτοῦ τὸν ἀποστολικὸν ἀναγινώσκοντος νόμον, ὃς διαγορεύει σαφῶς ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις ὑποτάσσεσθαι, οἱ μὲν αὐτῷ χρυσίον προσήνεγκαν, οἱ δὲ ἀργύριον, οἱ δὲ ἐσθῆτα, ἕτεροι δὲ οἰκέτας, ὡς εἰς ξένην καὶ πόῤῥω κειμένην ἀπαίροντος γῆν. ὁ δὲ σμικρά τινα παρὰ τῶν γνωριμωτέρων λαβὼν, καὶ διδασκαλίαις ἅπαντας καὶ προσευχαῖς καθοπλίσας, καὶ τῶν ἀποστολικῶν ὑπερμαχεῖν δογμάτων παρεγγυήσας, ἐπὶ τὸν Ἴστρον ἀπῄει. οἱ δὲ τὸ σφέτερον ἄστυ καταλαβόντες, καὶ ἀλλήλους παραθήξαντες, προσέμενον τῶν λύκων τὰς προσβολάς.

A afferri vellet; omnes paſtoris ſui abſentiā lamentari cœperunt: & fluminis alveus completus eſt navigantium turbâ. Cumque Zeugma perveniſſent, & deſideratum paſtorem cernerent, ejulantes, mœrenteſque, & in lachrymas effuſi, perſuadere ei conabantur ut remaneret, nec gregem ſuum lupis exponeret. Sed cùm flecti non poſſet, legemque Apoſtolicam iis recitaret, quæ diſerte præcepit obediendum eſſe magiſtratibus ac poteſtatibus, alii aurum & argentum; alii veſtem; alii famulos obtulerunt, ut in exteram ac procul diſſitam regionem abeunti. At ille, B paucis quibuſdam rebus ab iis qui magis ipſi familiares erant, acceptis: cùm univerſos prædicationibus ſuis atque orationibus communiiſſet, hortatuſq; eſſet ut pro Apoſtolica doctrina fortiter propugnarent, ad Iſtrum perrexit. Illi vero ad urbem ſuam reverſi, & ſe mutuis exhortationibus incitantes, luporum incurſus expectabant.

## Κεφ. ιε΄.

*περὶ τοῦ εὐσεβεστάτου σαμοσατέων ζήλου.*

Διηγήσομαι δὲ καὶ τὸ τούτων πίστεως τὸ θερμόν τε καὶ ἀκραιφνὲς, ἀδικεῖν νομίζων εἰ μὴ διὰ τῆς συγγραφῆς ἀείμνηστος γένοιτο. ἐπειδὴ γὰρ οἱ τῆς Ἀρείου συμμορίας, τοῦ πάντα ἀρίστου ποιμένος τὴν ποίμνην γυμνώσαντες, ἕτερον ἀντ᾽ ἐκείνου προὐβάλλοντο πρόεδρον, οὐδεὶς τῶν τὴν πόλιν οἰκούντων, οὐ πενίᾳ συζῶν, οὐ πλούτῳ κομῶν· οὐκ οἰκέτης, οὐ χειροτέχνης· οὐ γηπόνος, οὐ φυτοκόμος· οὐκ ἀνὴρ, οὐ γυνή· οὐ νέος, οὐ πρεσβύτης, εἰς ἐκκλησιαστικὸν συνήθως ἀφίκετο σύλλογον. μόνος δὲ διῆγεν ἐκεῖνος, οὐδενὸς αὐτὸν οὔτε ὁρῶντος οὔτε λόγου μεταδιδόντος. καίτοι φασὶν αὐτὸν ἐπιεικείᾳ συνεζηκέναι πολλῇ. ἐρῶ δὲ καὶ τούτου τεκμήριον. ἐπειδὴ γὰρ λούσασθαι βουληθέντος, οἱ οἰκέται τοῦ βαλανείου τὰς θύρας ἔκλεισαν, τοὺς εἰσελθεῖν βουλομένους κωλύοντες, πλῆθος πρὸ τῶν θυρῶν θεασάμενος, ἀναπετάσαι ταύτας ἐκέλευσε, καὶ ἀδεῶς τοῦ λουτροῦ κοινωνεῖν προσέταξε. ταὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ἔνδον ἐν τοῖς θόλοις πεποίηκε. λουομένῳ γὰρ αὐτῷ παρεστηκότας ἰδὼν, συμμεταχεῖν τῶν θερμῶν ὑδάτων ἐκέλευσεν. οἱ δὲ, σιγῶντες εἱστήκεισαν.

## Cap. XV.

*De religioſo Samoſatenſium zelo.*

C EGo vero illorum quoque fidei ardorem ac ſinceritatem hoc loco commemorabo: injuriam me facturum exiſtimans, niſi eorum virtutes ad perpetuam poſterorum memoriam ſcriptione mea conſecrarem. Nam cùm Ariani poſt ademptum gregi eximium paſtorem, ejus loco alium ſubſtituiſſent, nemo ex incolis civitatis, non pauper, non dives: non ſervus, non opifex: non agricola, non hortulanus: non vir, non femina: non adoleſcens, non ſenex, conventus Eccleſiaſticos ex more frequentavit. Solus ipſe dege- D bat, cùm nemo eum videre, nemo alloqui vellet. Ajunt tamen illum non mediocri manſuetudine præditum fuiſſe: cujus rei certiſſimum argumentum eſt id quod dicam. Cùm lavare aliquando vellet, ſervi balneatii fores occluſerunt, eos qui ingredi vellent, aditu prohibentes. Ipſe vero plebem pro foribus ſtantem conſpicatus, eas juſſit aperiri, & cunctos promiſcuè ſecum lavare. Idem etiam intus in tholis balneorum præſtitit: Nam cùm lavanti ſibi quoſdam adſtantes vidiſſet, eos ut aquis calidis ſecum unà uterentur, rogavit. Cumque illi taciti conſi-

ſterent, ille honoris ipſius cauſâ ſtare eos ſuſpicatus, ſurgens è balneo ocyus abſceſſit. Tum vero illi aquam hæreſeos piaculo contaminatam eſſe rati, eam in ſubterraneos ſpecus emiſerunt: aliam vero ſibi affundi juſſerunt. Hoc ille comperto, è civitate diſceſſit, ſtultum eſſe ducens, planeque inconſultum, in ea urbe degere quæ ipſum averſaretur & publico proſequeretur odio. Digreſſo Samoſatis Eunomio, ſic enim iſte vocabatur, Ariani ejus loco Lucium conſtituerunt; lupum plane & gregis inſidiatorem. Sed grex, licet paſtore orbatus, paſtoris tamen officium implevit. Apoſtolicam enim doctrinam integram atq; inviolatam perpetuo ſervavit. Qualiter vero cives univerſi iſtum quoque averſati ſint, altera hæc docebit narratio. Quodam die adoleſcentes pilam inter ſe jactabant in foro, eo ſe ludo oblectantes. Forte contigit, ut prætereunte illac Lucio, elapſa pila inter pedes aſini illius pertranſiret. Tum vero exclamarunt adoleſcentes, pilam contaminatam eſſe arbitrati. Quod cùm ille intellexiſſet, uni ex famulis qui ſequebantur, præcepit ut ſubſiſteret, & quid acturi eſſent obſervaret. At pueri accenſo rogo, pilaque per flammam trajecta, eam ita expiari crediderunt. Equidem non ignoro, puerile id facinus fuiſſe, & vetuſtæ conſuetudinis quaſdam reliquias. Sed tamen ex eo abunde conjici poteſt, quam gravi odio civitas illa proſecuta ſit ſectam Arianorum. Cæterùm Lucius manſuetudinem Eunomii haudquaquam imitatus eſt. Sed perſuaſit Præſidibus, ut complures alios ſacerdotalis Ordinis viros in exilium mitterent. Eos vero qui divina dogmata acrius quam cæteri defendebant, in ultimas oras Imperii Romani relegavit: Evolcium quidem Diaconum, in Oaſim, deſertum oppidulum. Antiochum vero & magni Euſebii propinquitate: erat enim fratris ejus filius, & multis egregiis facinoribus clarum, atque inſuper ſacerdotii honore decoratum, in quendam Armeniæ angulum. Qualiter vero iſte pro divino dogmate decertarit, ſequentia demonſtrabunt. Nam cùm divinus Euſebius poſt multa certamina, totidemque numero victorias, martyrio vitam conſummaſſet, convenit ex more ſynodus provinciæ, acceſſit etiam Jovianus qui tunc erat Epiſcopus Pergæ. Hic

A ὁ δὲ τιμὴν τὴν στάσιν ὑπολαβὼν, θᾶττον ἀναστὰς ἐξελήλυθεν· οἱ δὲ, τῆς τῆς αἱρέσεως ἄγους τὸ ὕδωρ μετεσχηκέναι νομίσαντες, ἐκεῖνο μὲν τοῖς ὑπονόμοις παρέπεμψαν, ἕτερον δὲ αὐτοῖς κερασθῆναι προσέταξαν. τοῦτο μαθὼν ἐκεῖνος ᾤχετο τὴν πόλιν καταλιπὼν, πόλιν οἰκεῖν ἀπεχθανομένην καὶ κοινὴν δυσμένειαν ἔχουσαν, ἀβέλτερον εἶναι νομίσας καὶ λίαν ἀνόητον. Τοῦ δὲ Εὐνομίου τὰ Σαμόσατα καταλιπόντος, οὕτω γὰρ ὠνομάζετο, Λούκιον αὐτοῖς ἀντ' ἐκείνου προβάλλονται, περιφανῆ λύκον καὶ τῶν προβάτων ἐπίβουλον. ἀλλ' ὅμως καὶ ποιμένος ἔρημα

B ὄντα τὰ πρόβατα, τὰ ποιμένων εἰργάζοντο. διετέλεσαν γὰρ τὴν ἀποστολικὴν διδασκαλίαν φυλάττοντες ἄσυλον. ὅπως δὲ καὶ τοῦτον ἅπαντες ἐμυσάττοντο, ἕτερον διδάξει διήγημα. μειράκια γὰρ δὴ κατὰ τὴν ἀγορὰν σφαῖραν ἀλλήλοις ἀντέπεμπον, τερπόμενα τῇ παιδιᾷ. τούτου δὲ παριόντος, συνέβη τὴν σφαῖραν ἐκπεσοῦσαν, διὰ τῶν τοῦ ὄνου ποδῶν διαβῆναι. οἱ δὲ ἀνωλόλυξαν, ἀναπλησθῆναι μύσους τὴν σφαῖραν ὑπειληφότες. ὁ δὲ συνεὶς ἐκέλευσεν ἕνα τῶν ἑπομένων προσμεῖναι, καὶ γνῶναι τὸ δρώμενον. οἱ δὲ παῖδες πῦρ ἀνάψαντες, καὶ τὴν σφαῖραν

C διὰ τοῦ πυρὸς ἀκοντίσαντες, οὕτω καθαίρειν ὑπέλαβον. καὶ οἶδα μὲν ὡς μειρακιῶδες τοῦτο καὶ τῆς παλαιᾶς λείψανον συνηθείας· ἱκανὸν δὲ ὅμως τεκμηριῶσαι τὸ μῖσος ὁπόσον εἶχεν ἡ πόλις ἐκείνη περὶ τὴν Ἀρείου συμμορίαν. οὐ μήν τοι Λούκιος, οὐκ ἐζήλωσε τὴν Εὐνομίου πρᾳότητα. ἀλλὰ πολλοὺς μὲν καὶ ἄλλους τῶν ἱερωμένων ἐξοστρακίσαι τοὺς ἄρχοντας ἔπεισε· τοὺς δέ γε διαφερόντως τῶν θείων ὑπερμαχοῦντας δογμάτων, εἰς αὐτὰ ἐξέπεμψε τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας τὰ τέρματα· Εὐόλκιον μὲν

D διακονίας ἠξιωμένον, εἰς Ὄασιν εἰς τὸ ἔρημον πολίχνιον· Ἀντίοχον δὲ, καὶ τῆς Εὐσεβίου τοῦ μεγάλου συγγενείας κοσμούμενον, ἀδελφιδοῦς γὰρ αὐτοῦ ἐτύγχανεν ὤν, καὶ πολλοῖς οἰκείοις κατορθώμασι λαμπρυνόμενον, καὶ μὲν δὴ καὶ ἱερωσύνης ἠξιωμένον, εἴς τινα τῆς Ἀρμενίας ἐσχατιάν. ὅπως δὲ ὑπὲρ τῶν θείων ὑπερήθλει δογμάτων, τὰ μετὰ ταῦτα δηλώσει. ἐπειδὴ γὰρ ὁ θεῖος Εὐσέβιος μετὰ τοὺς πολλοὺς ἀγῶνας, καὶ τὰς ἰσαρίθμους νίκας, καὶ τὸ τῶν μαρτύρων ἐδέξατο τέλος, συνῆλθε μὲν συνήθως τοῦ ἔθνους ἡ σύνοδος, ἀφίκετο δὲ καὶ Ἰωβιανὸς τῆς Πέργης τηνικαῦτα ἐπίσκοπος

σκοπος ὤν. ὀλίγον δέ τινα χρόνον ὑπὸ τῶν ἀρειανιζόντων ἠνέχετο κοινωνίας. πάντων δὴ οὖν τὸν ἀντίοχον ψηφισαμένων τοῦ θείου διάδοχον, καὶ παρὰ τὴν ἱερὰν τράπεζαν ἀγαγόντων τε καὶ κλίναι βιασαμένων τὰ γόνατα, ἐπειδὴ στραφεὶς εἶδε τὸν ἰωβιανὸν τὴν δεξιὰν ἐπιθέντα τῇ κεφαλῇ, ἀπεσείσατό τε τὴν χεῖρα, καὶ τῶν χειροτονούντων ἀποκριθῆναι προσέταξε, λέγων μὴ ἀνέχεσθαι δεξιᾶς δεξαμένης διὰ βλασφημίας τελεσθέντα μυστήρια. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐ μετὰ πολὺν χρόνον ἐγένετο. τότε δὲ εἰς τὴν ἀρμενίαν τὴν ἐνδοτέραν ἀπήχθη. ὁ δὲ θεῖος εὐσέβιος παρὰ τὸν ἴστρον διῆγε, τῶν γότθων τὴν θρᾴκην ληϊζομένων, καὶ τὰς πόλεις πολιορκούντων, ὥστε τὰ παρ' ἐκείνου γραφέντα δηλοῖ.

A exiguo admodum tempore communionem Arianorum admiſerat. Cùm igitur univerſi Antiochum ſucceſſorem patrui elegiſſent, & ad altare eum adducerent, & genua flectere cogerent, converſus ille, poſtquam Jovianum vidit manum capiti ſuo imponentem, dextram ejus repulit, eumq; ex numero conſecrantium removeri juſſit, negans ſe dextram illam ferre poſſe, quæ Sacramenta per blaſphemiam confecta ſuſcepiſſet. Verum hæc quidem non diu poſtea contigerunt. Tunc vero in interiorem Armeniam abductus eſt. Divinus autem Euſebius ad B Iſtrum degebat, Gothis Thraciam populantibus, urbeſque oppugnantibus, quemadmodum ex ſcriptis ejus cognoſci poteſt.

---

## Κεφ. ιϛ'.

Περὶ τοῦ ἁγίου βάρσου τοῦ ἐπισκόπου ἐδέσσης, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἐξορισθέντων κληρικῶν.

ΒΑρσην δὲ, οὗ καὶ νῦν πολὺ τὸ κλέος, οὐκ ἐν ἐδέσσῃ μόνον ἣν ἴθυνε, καὶ ταῖς ταύτης πλησιοχώροις πόλεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν φοινίκῃ καὶ ἐν αἰγύπτῳ καὶ θηβαΐδι· ταῦτα γὰρ πάντα διελήλυθε τὰ ἔθνη διὰ τὴν τῆς ἀρετῆς περιφερόμενος λαμπηδόνα. πρῶτον μὲν ὁ οὐάλης ἄραδον οἰκεῖν τὴν νῆσον προσέταξεν. ἐπειδὴ δὲ ἔγνω μυρία πανταχόθεν πρὸς αὐτὸν συῤῥέοντα πλήθη, καὶ γὰρ ἀποστολικῆς χάριτος ἀνάπλεως ὤν, λόγῳ τὰς νόσους ἐξήλαυνεν, εἰς ὀξύρυγχον αὐτὸν κατὰ τὴν αἰγυπτίαν ἐξέπεμψε πόλιν. ὡς δὲ κἀκεῖ τὸ κλέος συνήγειρεν ἅπαντας, εἰς φρούριον ἔσχατον τοῖς ἐκεῖ γειτονοῦσι βαρβάροις, φιλὼ δὲ τούτῳ ὄνομα, ὁ τῶν οὐρανῶν ἄξιος ἀπήχθη πρεσβύτης. ἐν δὲ τῇ ἀράδῳ φασὶ, τὴν ἐκείνου μέχρι καὶ τήμερον μεμενηκέναι κλίνην, πλείστης ἠξιωμένην τιμῆς. πολλοὶ γὰρ τῶν ἀῤῥωστούντων ἐπ' ἐκείνης κατακλινόμενοι, τὴν ὑγείαν διὰ τῆς πίστεως δρέπονται.

## Cap. XVI.

*De ſancto Barſe Epiſcopo Edeſſeno, & de clericis qui unà cum illo relegati ſunt.*

BARSEM vero, cujus nunc quoque celebris eſt fama, non Edeſſæ ſolum quam rexit & in finitimis urbibus verum etiam in Phœnice & in Ægypto ac Thebaide: has enim omnes provin- C cias virtutis ſuæ radiis illuſtravit: Valens primo quidem Aradum inſulam juſſit incolere. Deinde vero cùm innumerabilem hominum multitudinem undique ad illum confluere didiciſſet: Apoſtolicâ enim gratiâ plenus, morbos verbo depellebat; cùm in oppidum Ægypti Oxurynchum deportavit. Sed cùm hujus viri fama eò quoque cunctos pertraheret, in ultimum quoddam caſtrum accolentibus barbaris vicinum, cui nomen Philo, cœlo dignus ſenex abductus eſt. Porro in inſula Arado lectum ejus usq; in hodier- D num diem manſiſſe ferunt, magno in honore habitum. Multi enim ægrotantes, ſimulatque in eo collocati fuerint, fidei merito priſtinam valetudinem recuperant.

---

## Κεφ. ιζ'.

Περὶ τοῦ ἐν ἐδέσσῃ γενομένου διωγμοῦ.

ΠΑλιν τοίνυν ὁ οὐάλης, τὴν ποίμνην τοῦ ποιμένος γυμνώσας, λύκον ἀντὶ ποιμένος ἐπέστησεν. ἐπειδὴ δὲ ἅπαντες, τὴν πόλιν καταλιπόντες, πρὸ τοῦ ἄστεος συνηθροίζοντο, ἀφίκετο μὲν αὐτὸς εἰς τὴν ἔδεσσαν. τοῦ δὲ ὑπάρχου

## Cap. XVII.

*De perſecutione quæ facta eſt Edeſſæ.*

ITERUM igitur Valens cùm gregem paſtore ſuo viduaſſet, lupum ei vice paſtoris impoſuit. Sed cùm univerſi cives relicta urbe extra mœnia Collectas agerent, ipſe quidem Edeſſam venit. Præfecto autem Prætorii, qui

A tunc erat Modeſtus, mandavit ut collectis in unum apparitoribus ſuis qui tributa ſolent exigere, aſſumptisq; ex armata militia iis qui aderant, conventum multitudinis disjiceret, virgisque ac fuſtibus eam cæderet; aliisque militaribus armis ad eam rem, ſi opus foret, uteretur. Præfectus itaque primo diluculo imperata facere aggreſſus eſt. Cúmq; forum pertranſiret, videt mulierculam puerum in ulnis geſtantem, & concito curſu properantem. Nam & præeuntium officialium agmen perruperat, omnibus illis parvi habitis. B Animus enim divino zelo ſuccenſus, nullo humano tangitur metu: ſed hujusmodi terrores pro ludibrio ac joco ducit. Tunc igitur Præfectus eam conſpicatus, remq; ipſam intelligens, mulierem ad ſe adduci jubet, rogatq; quonam proficiſceretur. Cui illa: Cognovi, inquit, inſidias quæ ſtructæ ſunt adverſus famulos Dei: atque idcirco ad conſortes fidei cupio pervenire, ut unà cum illis perferam cædes quæ à vobis intentantur. Tum Præfectus: Infantem vero, inquit, cur geſtas? Illa: ut mecum, inquit, exoptatæ mortis particeps fiat. Hæc Præfectus cùm ex muliere audiiſſet, ab una illa cunctorum C alacritatem conſiderans, rem Imperatori nuntiavit, cædemque fruſtra futuram monuit. Ignominiam enim, inquit, duntaxat eo facto relaturi ſumus: illorum vero alacritatem minime extinguemus. Hæc cùm dixiſſet, multitudinem quidem à cruciatibus quos expectabant, liberam præſtitit. Verum anteſignanos eorum, presbyteros ſcilicet ac diaconos, juſſus eſt corripere; & duorum alterum, vel perſuadere illis ut cum lupo communicarent; vel ex civitate eos ejicere, & in ultimas oras deportare. Cunctis igitur ſimul congregatis, blanda oratione perſuadere D conatus eſt, ut Imperatoris præceptis obtemperarent. Extremæ enim amentiæ eſſe dixit, Principi qui tot tantisq; imperaret, paucos numero homines refragari.

## Cap. XVIII.

*De Eulogio & Protogene presbyteris Edeſſenis.*

CUMQUE univerſi ſilerent, Præfectus ad ducem eorum converſus: is erat Eulogius, vir inprimis laudandus: ſic ait: Cur tu non reſpondes ad ea quæ dixi? Ille : Non putabam,

A προσέταξε, Μόδεστος τηνικαῦτα ἦν, τοὺς ὑπ' αὐτὸν στρατιώτας ἀθροῖσαι, οἳ τὰς εἰσφορὰς πράττειν εἰώθασι, καὶ τῆς ὁπλιτικῆς δυνάμεως τοὺς παρόντας παραλαβεῖν, καὶ τὸ συναθροιζόμενον σκεδάσαι πλῆθος, καὶ ῥάβδοις παίοντας καὶ ῥοπάλοις, καὶ τοῖς ἄλλοις πολεμικοῖς ὀργάνοις εἰ δέησοι χρωμένους. ὑπὸ τὴν ἕω τοίνυν ὁ ὕπαρχος, τὸ κελευόμενον ἔδρα. διιὼν δὲ τὴν ἀγορὰν, εἶδε γύναιον βρέφος φέρον ἐν ταῖς χερσὶ, καὶ μάλα γε ἐπειγόμενον. καὶ γὰρ καὶ τὴν B τῶν ἡγουμένων διέκοψε τάξιν, πάντων ἐκείνων καταφρονήσασα. ψυχὴ γὰρ ὑπὸ θείου ζήλου πυρπολουμένη, οὐδὲν ἀνθρώπειον εἰσδέχεται δέος, ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα δείματα, γέλωτα νομίζει καὶ παίγνιον. τότε δὴ ταύτην ὁ ὕπαρχος θεασάμενος, καὶ συνεὶς τὸ γινόμενον, ἤγαγέ τε καὶ ἤρετο, ποῖ βαδίζει; ἡ δὲ, μεμάθηκα, ἔφη, τὰς κατὰ τῶν θείων θεραπόντων τυρευθείσας ἐπιβουλὰς, καὶ θέλω τοὺς ὁμοπίστους καταλαβεῖν ἱμειρομένη, ἵνα σὺν ἐκείνοις δέξωμαι τὰς ὑφ' ὑμῶν ἐπιφερομένας σφαγάς. τὸ δὲ βρέφος, ἔφη ὁ ὕπαρχος, τί δήποτε φέρεις; ἡ δὲ ἔφη ἵνα καὶ τοῦτό μοι τῆς ἀξιεράστου τελευτῆς κοι- C νωνήσῃ. ταῦτα ὁ ὕπαρχος παρὰ τῆς ἀνθρώπου μαθὼν, καὶ διὰ ταύτης τὴν ἁπάντων ἐγνωκὼς προθυμίαν, ἀπήγγειλέ τε τῷ βασιλεῖ καὶ τὸν ἐσόμενον μάτην ἐδήλωσε φόνον. δύσκλειαν γὰρ, ἔφη, μόνον ἐκ τοῦ δρωμένου δρεψόμεθα. ἐκείνων δὲ τὴν προθυμίαν οὐ σβέσομεν. ἀλλὰ ταῦτα εἰπὼν, τὸ μὲν πλῆθος πεῖραν τῶν προσδοκηθέντων οὐκ εἴασεν λυπηρῶν λαβεῖν. τοὺς δὲ τούτων ἡγουμένους, πρεσβυτέρους φημὶ καὶ διακόνους, ἀγαγεῖν τε προσετάχθη, καὶ δυοῖν θάτερον, ἢ πεῖσαι κοινωνῆσαι τῷ λύκῳ, ἢ τοῦ ἄστεος ἐξελάσαι καὶ εἴς τινας ἐσχατιὰς παραπέμψαι. D ἐπειδὴ δὲ συνήθροισεν ἅπαντας, ἠπίοις χρώμενος λόγοις πείθειν ἐπειρᾶτο ταῖς βασιλέως νομοθεσίαις ἀκολουθεῖν. παραπληξίας γὰρ ἔλεγεν εἶναι μεστὸν, τῷ βασιλεῖ τηλικούτων καὶ τοσούτων ἡγουμένῳ, εὐαριθμήτους ἀντιτείνειν ἀνθρώπους.

## Κεφ. ιη'.

ερὶ εὐλογίου καὶ πρωτογένους ἐδεσσηνῶν πρεσβυτέρων.

ΕΠειδὴ δὲ σιωπῶντες εἱστήκεισαν ἅπαντες, πρὸς τὸν τούτων ἡγούμενον, Εὐλόγιος δὲ ἦν, ἀνὴρ ἀξιέπαινος, εἶπεν ὁ ὕπαρχος· τί δὴ πρὸς οὐκ

ἀποκρίνῃ πρὸς τὰ παρ' ἡμῶν εἰρημένα. ὁ δὲ, οὐκ ᾤηθην, ἔφη, χρῆναι μηδὲν ἐρωτηθεὶς ἀποκρίνασθαι. καὶ μὴν ὁ ὕπαρχος ἔφη, πολλοὺς διεξελήλυθα λόγους, παραινῶν ὑμῖν τὰ συνοίσοντα. ὁ δὲ Εὐλόγιος ἔφη πρὸς ἅπαντας ἐκεῖνα εἰρῆσθαι, καὶ ἄτοπον ὑπειληφέναι, τοὺς ἄλλους παρωσάμενον ἀποκρίνασθαι. εἰ δὲ ἐμὲ μόνον ἔροις, τὴν γνώμην δηλώσω τὴν ἐμαυτοῦ. τοιγάρτοι, ἔφη ὁ ὕπαρχος, κοινώνησον τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ εἰρωνικῶς καὶ μάλα χαριέντως προσφέρει· μὴ γὰρ ἔφη καὶ μετὰ τῆς βασιλείας καὶ τῆς ἱερωσύνης μετέλαχεν; ὁ δὲ ὕπαρχος τῆς εἰρωνείας αἰσθόμενος ἐχαλέπηνε, καὶ λοιδορίαις κατὰ τοῦ πρεσβύτου χρησάμενος, καὶ ταῦτα προστέθεικεν. οὐ τοῦτο εἶπον ἐμβρόντητε, ἀλλ' οἷς κοινωνεῖ βασιλεὺς, κοινωνῆσαι ὑμῖν παρῄνεσα. ἐπειδὴ δὲ εἶπεν ὁ πρεσβύτης καὶ ποιμένα ἔχειν καὶ τοῖς ἐκείνου νεύμασιν ἕπεσθαι, ὀγδοήκοντα κατὰ ταυτὸν συλλαβὼν, εἰς τὴν Θρᾴκην ἐξέπεμψεν. ἀπαγόμενοι δὲ θεραπείας ἀπήλαυον ὅτι μάλιστα πλείστης. καὶ πόλεις γὰρ ἀπήντων καὶ κῶμαι, γεραίρουσαι τοὺς νικηφόρους ἀγωνιστάς. ἀλλ' ὁ φθόνος τοὺς ἀντιπάλους ὁπλίσας, φάναι τῷ βασιλεῖ παρεσκεύασεν, ὡς τιμὴν παμπόλλην τοῖς ἀνδράσιν ἐκείνοις ἡ νομισθεῖσα προυξένησεν ἀτιμία. ταῦτα μαθὼν ὁ Οὐάλης, ἀνὰ δύο διαιρεθῆναι προσέταξε. καὶ τοὺς μὲν εἰς τὴν Θρᾴκην, τοὺς δὲ εἰς τὰς τῆς Ἀραβίας ἐσχατιὰς, ἄλλους δὲ εἰς τὰς τῆς Θηβαΐδος διασπαρῆναι πολίχνας. φασὶ δὲ, καὶ οὓς ἡ φύσις συνέζευξε, διαζεῦξαι τοὺς ὠμοτάτους, καὶ ἀδελφοὺς ὄντας, ἀπ' ἀλλήλων χωρίσαι. Εὐλόγιον δὲ, τὸν τῶν ἄλλων ἡγούμενον, καὶ Πρωτογένην τὸν μετ' ἐκεῖνον, εἰς Ἀντινόου τὴν Θηβαίων ἐξέπεμψεν. ἐγὼ δὲ οὐδὲ τὴν τούτων ἀρετὴν παραδώσω τῇ λήθῃ. ἐπειδὴ γὰρ ὁμογνώμονα τὸν τῆς πόλεως εὑρόντες ἐπίσκοπον, τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐκοινώνουν συλλόγων, μάλα δὲ ὀλίγους εἶδον ἀθροιζομένους, καὶ πυθόμενοι ἔγνωσαν Ἕλληνας εἶναι τοὺς τὴν πόλιν οἰκοῦντας, ἤλγησαν μὲν ὡς εἰκὸς, καὶ τὴν ἀπιστίαν ἐθρήνησαν· οὐ μὴν ἀποχρῆναι ἐνόμισαν τὸ θρηνεῖν, ἀλλ' εἰς δύναμιν τῆς τούτων ἰατρείας ἐπεμελήθησαν. ὁ μὲν γὰρ θεῖος Εὐλόγιος, ἐν οἰκίσκῳ καθειργμένος, πανημέριον καὶ παννύχιον τὸν τῶν ὅλων ἱκέτευε θεόν. Πρωτογένης δὲ ὁ ἀξιάγαστος, τὰ οὐνομίου γράμματα πεπαιδευμένος, καὶ γράφειν

A inquit, reſpondendum mihi eſſe, cùm non eſſem interrogatus. Tum Præfectus: Atqui ego, inquit, longa oratione uſus ſum, ut vos ad ea quæ vobis profutura ſunt cohortarer. Cui Eulogius ea cunctis dicta eſſe reſpondit, ſeque abſurdum exiſtimaſſe, ut excluſus aliis ſolus ipſe reſponderet. Quod ſi me unum interrogaveris, ſententiam meam tibi exponam. Tunc Præfectus: Communica ergo, inquit, cùm Imperatore. Ad hæc Eulogius facete admodum & urbane: Nunquid ille, inquit, unà cum Imperio ſacerdotium etiam adeptus eſt? Præfectus cavillationem intelligens, graviter commotus eſt: jactiſque in ſenem convitiis, hæc etiam addidit. Non hoc dixi, B ſtupide: ſed vos hortatus ſum, ut cùm iis communicaretis, quibuſcum Imperator communicat. Sed cùm reſpondiſſet ſenex paſtorem ſe habere, & illius nutu imperioque omnes ipſos regi, Præfectus octoginta ſimul correptos in Thraciam relegavit. Qui dum abducerentur, maximo cultu & honore affecti ſunt. Urbes enim & vici eis occurrebant, athletas victoria potitos laudibus ornantes. Verum invidia adverſarios eò impulit, ut Imperatori ſuggererent, C hanc quam putabant ignominiam, viris illis ſummum decus atque ornamentum attuliſſe. His compertis, Valens binos illos ſeponi juſſit: & alios quidem per Thraciam; alios in finibus Arabiæ, alios per Thebaidis oppida diſpergi. Ajunt autem eos quos natura conjunxerat, crudeliſſimorum hominum operâ à ſe invicem disjunctos fuiſſe, & fratres à fratribus ſeparatos. Porro Eulogium qui cæteris præerat, & Protogenem ſecundi poſt illum loci, Præfectus in urbem Antinoum relegavit. Ego vero eorum virtutem non patiar oblivioni tradi. Nam cùm reperto illic Epiſcopo communionis ſuæ, D Eccleſiaſticis conventibus intereſſent, & paucitate coeuntium animadverſa, cauſam ſciſcitati, incolas urbis gentiles eſſe didiciſſent, dolore affecti ſunt, uti par erat, & infidelitatem civium deplorarunt. Nec tamen dolorem ac luctum ſibi ſufficere exiſtimarunt, ſed omni ope incubuerunt, ut illorum morbum ſanarent. Ac divinus quidem Eulogius in cellula incluſus, diu noctuq; univerſorũ Deo ſupplicabat. Admirandus autem Protogenes in ſacris litteris eruditus & notarum peritus, cùm locũ

opportunum nactus, ſcholam ibi ac ludum litterarium inſtituiſſe, puerorum magiſter factus eſt, ſimulque illos & per notarum compendia ſcribere docuit, & in divinis eloquiis erudivit. Nam & Davidis cantica eis dictabat, & ex Apoſtolicis libris ea loca quæ utiliſſima ipſis eſſent, ediſcere eos jubebat. Cúmque unus ex adoleſcentibus morbo correptus eſſet, ipſe ad domum adoleſcentis perrexit, & apprehensâ ægrotantis dextrâ, morbum oratione depulit. Quo comperto, reliquorum adoleſcentum patres eum ſinguli in domos ſuas deduxerunt, orantes ut ægrotantibus opem ferret. At ille, negabat ſe Deo ſupplicaturum ut morbum expelleret, priuſquam infirmus Baptiſmi donum ſuſcepiſſet. Illi vero libenti animo parebant, utpote qui recuperandæ ſalutis deſiderio flagrarent. Et uno eodemque tempore, animi ſimul & corporis ſalutem percipiebant. Quod ſi quando ſano cuipiam perſuaſiſſet, ut Divinam gratiam ſuſciperet, eum protinus ad Eulogium deducebat, & oſtium pulſans rogabat ut aperiret, & capto Dominicum ſignum imponeret. Cúmque ille ægre ferret, eò quod oratio ipſius interrumperetur, ajebat Protegenes, magis neceſſariam eſſe errantium ſalutem. Omnes porro admirabantur Protogenem, cùm eum tanta patrantem miracula, & divinæ cognitionis lumen tot hominibus impertientem viderent; Eulogio tamen primas cedentem, & eos quos venatus fuerat, ad illum deducentem. Ex quo non ſine cauſa conjectabant, longe majorem ac præſtantiorem eſſe illius virtutem. Jam vero cùm ſedata tempeſtate, & ſerena tranquillitate reddita, in patriam redire juſſi eſſent, cuncti eos cum gemitu & lachrymis deduxerunt: præcipue vero Epiſcopus illius loci, qui ſe eorum opera in agro Domini excolendo deſtitutum videbat. Cúmque in patriam revertiſſent, divinus quidem Eulogius Barſe ad vitam doloris expertem tranſlato, Eccleſiam illius regendam ſuſcepit. Admirandus autem Protogenes, excolere juſſus eſt Carras urbem agreſtem atque horridam, & Græcanicæ ſuperſtitionis ſpinis refertam, & quæ plurimum laboris requirebat. Verum hæc poſtmodum geſta ſunt, pace Eccleſiis reſtituta.

A εἰς τάχος ἠσκημένος, τόπον εὑρὼν ἐπιτήδειον, καὶ τοῦτον διδασκαλεῖον καὶ παιδευτήριον ἀποφήνας, μειρακίων κατέστη διδάσκαλος, καὶ ταυτὸν γράφειν δὲ εἰς τάχος ἐδίδασκε, καὶ τὰ θεῖα ἐξεπαίδευσε λόγια. δαυϊτικάς τε γὰρ αὐτοῖς ὑπηγόρευσε μελῳδίας, καὶ τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας ἐκμανθάνειν τὰ πρόσφορα παρεσκεύαζεν. ἑνὸς δὲ τῶν μειρακίων νόσῳ περιπεσόντος, ἀφίκετό τε εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ τῆς δεξιᾶς τοῦ νοσοῦντος ἁψάμενος, προσευχῇ τὴν νόσον ἐξήλασεν. τοῦτο μεμαθηκότες οἱ τῶν ἄλλων παιδίων πατέρες, ἦγον τε αὐτὸν εἰς τὰς οἰ-
B κίας, καὶ τοῖς ἀρρωστοῦσιν ἐπικουρεῖν ἠντιβόλουν. ὁ δὲ, οὐ πρότερον ἔφη τὸν θεὸν ἱκετεύσαι, ἵνα ἀπελάσῃ τὴν νόσον, πρὶν ἀξιωθῆναι τὸν ἀρρωστοῦντα τῆς τοῦ βαπτίσματος δωρεᾶς· οἱ δὲ προθύμως ὑπήκουον· κατήπειγε γὰρ αὐτοὺς τῆς ὑγείας ὁ πόθος· καὶ κατὰ ταυτὸν ψυχῆς τε καὶ σώματος τὴν ὑγείαν ἐδρέποντο. εἰ δέ ποτέ τινα τῶν ἐρρωμένων ἔπεισε τῆς θείας μεταλαχεῖν χάριτος, ἀπῄει τοῦτον πρὸς τὸν εὐλόγιον, καὶ παίσας τὴν θύραν ἀνοῖξαι παρεκάλει, καὶ τὴν δεσποτικὴν ἐπιθεῖναι τῷ θηρευθέντι σφραγῖδα. ἐκείνου δὲ δυσχεραίνοντος ὡς διακοπτομένης τῆς προσευχῆς, τοῦτ᾽ ἔλεγεν ἀναγκαιοτέραν εἶναι τὴν τῶν πλανωμένων
C τὴν σωτηρίαν. ἐθαύμαζον δὲ ἅπαντες τὸν πρωτογένην, θεώμενοι τοιαῦτα μὲν θαυματουργοῦντα, τοσούτοις δὲ τοῦ τῆς θεογνωσίας μεταδιδόντα φωτὸς, καὶ τῷ εὐλογίῳ τῶν πρωτείων παραχωροῦντα, καὶ τοὺς ἀγρευομένους ἐκείνῳ προσάγοντα. ἐτόπαζον δὴ οὖν εἰκότως, πολλῷ πλείονα εἶναι τὴν ἐκείνου καὶ ὑπερτέραν ἀρετήν. ἐπειδὴ δὲ τοῦ κλύδωνος παυσαμένου, καὶ καθαρᾶς γενομένης γαλήνης, ἐπανελθεῖν προσετάχθησαν, προὔπεμψαν αὐτοὺς ἅπαντες ὀλοφυρόμενοι καὶ δα-
D κρύοντες, οὐχ ἥκιστα δὲ ὁ τῆς ἐκκλησίας ἡγούμενος, τῆς ἐκείνων γεωργίας ἐστερημένος. ἐπειδὴ δὲ τὴν ἐνεγκοῦσαν κατέλαβον, ὁ μὲν θεῖος εὐλόγιος, βάρσου τοῦ μεγάλου μεταστάντος εἰς τὸν ἄλυπον βίον, τῆς ὑπ᾽ ἐκείνου κυβερνωμένης ἐκκλησίας ἐπιστεύθη τοὺς οἴακας. ὁ δὲ ἀξιάγαστος πρωτογένης, γεωργεῖν προσετάχθη τὰς κάρρας, πόλιν κεχερσωμένην καὶ ἀκανθῶν ἑλληνικῶν πεπληρωμένην, καὶ πολλῆς δεομένην φιλοπονίας. ταῦτα μὲν οὖν μετὰ τὴν τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνην ἐγένοντο.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Κεφ. ιθ΄.

Περὶ τοῦ ἁγίου Βασιλείου τῆς Καισαρείας ἐπισκόπου, καὶ τῶν κατ' αὐτοῦ γεγενημένων ὑπὸ Οὐάλεντος καὶ Μοδέστου ὑπάρχου.

Ὁ δὲ Οὐάλης, πᾶσαν ὡς ἔπος εἰπεῖν ἐκκλησίαν τῶν ποιμένων γυμνώσας, εἰς τὴν Καισάρειαν ὥρμησεν, ἧς οἰκήτορες Καππαδόκαι. ἡγεῖτο δὲ ταύτης τηνικαῦτα Βασίλειος ὁ μέγας, ὁ τῆς οἰκουμένης φωστήρ. προὔπεμψε δὲ τὸν ὕπαρχον, ἐντειλάμενος ἢ πεῖσαι τὸν Βασίλειον, τὴν πρὸς Εὐδόξιον ἀσπάσασθαι κοινωνίαν, ἢ μὴ πειθόμενον ἐξελάσαι. τοῦ γὰρ ἀνδρὸς τὸ κλέος προπεπυσμένος, πρώτῳ προσβαλεῖν οὐκ ἠθέλησεν, ἵνα μὴ γενναίως τὴν προσβολὴν δεξάμενος, καὶ ταύτην ἀποκρουσάμενος, ἀνδρείας τοῖς ἄλλοις ἀρχέτυπος γένηται. ἀλλ' ἀράχνης ἱστῷ τὸ μηχάνημα παραπλήσιον ὤφθη. ἤρκεσε γὰρ τοῖς ἄλλοις ἀρχιερεῦσιν, εἰς ὠφέλειαν τὰ παλαιὰ διηγήματα, καὶ οἷόν τινες πύργοι τὸν τῆς πίστεως περίβολον ἀκλινῆ διετήρησαν. ὁ μέντοι ὕπαρχος, εἰς τὴν Καισάρειαν ἀφικόμενος, καὶ Βασίλειον τὸν μέγαν μεταπεμψάμενος, τιμῆς τε ἠξίωσε, καὶ λόγοις πρὸς αὐτὸν ἠπίοις ἐχρήσατο, εἶξαί τε τῷ καιρῷ παραινῶν, καὶ μὴ προέσθαι τοσαύτας ἐκκλησίας δι' ὀλίγην δογμάτων ἀκρίβειαν. ὑπισχνεῖτο δὲ καὶ τὴν βασιλέως φιλίαν, καὶ τὰς ἐκ ταύτης δι' αὐτοῦ πολλοῖς ἐσομένας εὐεργεσίας. ὁ δὲ θεῖος ἐκεῖνος ἀνήρ, μειρακίοις ἔφη τούτους ἁρμόττειν τοὺς λόγους. ἐκεῖνοί τε γὰρ καὶ οἱ ἐκείνοις προσόμοιοι, περὶ τὰ τοιαῦτα κεχήνασιν. οἱ δὲ τοῖς θείοις λόγοις ἐντεθραμμένοι, προέσθαι μὲν τῶν θείων δογμάτων οὐδὲ μίαν ἀνέχονται συλλαβήν. ὑπὲρ δὲ τούτων καὶ πάσας εἰ δέοι τοῦ θανάτου τὰς ἰδέας ἀσπάζονται. τὴν δὲ βασιλέως φιλίαν, μέγα μὲν ἡγοῦμαι μετ' εὐσεβείας· ἄνευ δὲ ταύτης, ὀλεθρίαν ἀποκαλῶ. τοῦ δὲ ὑπάρχου χαλεπήναντος καὶ ἀνοηταίνειν φήσαντος, ὁ θεῖος ἔφη Βασίλειος, ταύτην ἔχειν εἰς ἀεὶ τὴν ἄνοιαν εὔχομαι. ἐπειδὴ δὲ ἐξελθεῖν προσετάχθη, καὶ τὸ πρακτέον βουλεύσασθαι, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ δηλῶσαι τὴν γνώμην· συνῆπτο δὲ τοῖς λόγοις καὶ ἀπειλή. φάναι λέγεται ὁ πανεύφημος ἐκεῖνος ἀνήρ. ἐγὼ μὲν ὁ αὐτός σοι καὶ αὔριον ἥξω. σὺ δὲ μὴ μεταβάλῃς τὴν γνώμην, ἀλλὰ χρῆσαι ταῖς ἀπειλαῖς. μετὰ δὲ τούτους τοὺς λόγους ὁ ὕπαρχος ὑπαντήσας τῷ βασιλεῖ,

## Cap. XIX.

*De ſancto Baſilio Cæſarienſi Epiſcopo, & de iis quæ adverſus illum geſſit Valens ac Modeſtus Præfectus.*

VALENS vero cùm omnes propemodùm Eccleſias paſtoribus ſuis ſpoliaſſet, Cæſaream profectus eſt quam incolunt Cappadoces. Regebat eam tunc temporis Baſilius Magnus, lumen orbis terrarum. Præmiſerat autem Valens Præfectum prætorio, mandans ut vel Baſilium ad communionem Eudoxii amplectendam adduceret, vel id facere recuſantem urbe expelleret. Nam cùm tanti viri fama jam pridem ad aures ejus perveniſſet, primùm illum aggredi noluit, ne ille forti animo impetum excipiens ac repellens, exemplum aliis præberet fortitudinis. Verum hic aſtus, aranearum telæ ſimilis apparuit. Veteres enim hiſtoriæ reliquis Epiſcopis ſatis utilitatis ac præſidii attulerunt; ac veluti turres quædam inconcuſſum fidei murum ſervarunt. Præfectus igitur Cæſaream ingreſſus, evocato ad ſe Baſilio honorem exhibuit, blandiſque eum verbis compellavit, monens ut tempori cederet, nec tot Eccleſias proderet ob exiguam dogmatum ſubtilitatem. Pollicebatur autem ei amicitiam Principis, multaque exinde beneficia per illum in alios conferenda. Sed divinus ille vir, ejuſmodi ſermones adoleſcentibus magis congruere reſpondit. Hi enim & quicunque horum ſimiles ſunt, hujuſmodi rebus inhiare ſolent. Qui vero divinis eloquiis enutriti ſunt, ii ne unam quidem ſyllabam ſacrorum dogmatum prodere ſuſtinent: ſed pro illis parati ſunt, ſi res poſcat, nullum non mortis genus ſubire. Porro amicitiam Principis, cum pietate quidem conjunctam magnifacio: abſque illa vero exitialem judico. Cùmque indignatus Præfectus amentem illum eſſe diceret: Opto, inquit divinus Baſilius, hanc mihi dementiam perpetuò ineſſe. Juſſus deinde abſcedere, & quid agendum eſſet, apud ſe deliberare, ac poſtridie ſententiam ſuam exponere: verbis autem adjunctæ erant etiam minæ: dixiſſe fertur eximius ille vir: Ego quidem cras ad te veniam idem. Tu vero noli mutare ſententiam, ſed minas exſequere. Poſt hos ſermones Præfectus Imperatori obviam progreſſus,

ea quæ dicta erant, retulit, & Baſilii A virtutem, animique fortitudinem ac fiduciam ei nuntiavit. Ac tum quidem Imperator nullo reſponſo dato, in urbem ingreſſus eſt. Ubi vero domum ſuam plagis divinitùs inflictis vexari vidit: nam & filius ægrotans, in ipſo mortis veſtibulo erat conſtitutus, & uxor ipſius variis doloribus torquebatur; tunc cauſam calamitatum intellexit. Divinum igitur virum quem ſupplicio ſe affecturum minatus fuerat, ſupplex rogavit, ut ad palatium veniret. Miſſi ſunt ad eam rem Magiſtri rei militaris, qui Principis juſſa Baſilio nuntiarent. Tunc igitur magnus Ba- B ſilius profectus in Regiam, cùm Imperatoris filium morti jam proximum vidiſſet, ſe eum ad vitam revocaturum eſſe ſpopondit, ſi puer ſacrum Baptiſmum ab Orthodoxis ſacerdotibus conſequeretur. Hiſque dictis è palatio egreſſus eſt. Imperator vero, exemplo amentis Herodis recordatus juramenti ſui, Arianæ factionis Epiſcopis qui tum aderant, præcepit ut puerum baptizarent. Quo facto, puer protinus animam exhalavit. At Valens pœnitentia ductus, & noxiam fuiſſe conſiderans juriſjurandi veritatem, in Ec- C cleſiam ingreſſus eſt, & Baſilium docentem audivit, & ſolennia dona obtulit ad Altare. Cúmque Baſilius intra ſacra vela, ubi ipſe reſidebat, accedere eum juſſiſſet, multa ad illum verba fecit de recta fidei doctrina: cumque Valens libenter auſcultavit. Aderat tum quidam nomine Demoſthenes, Caſtrenſis ſacri palatii, qui cùm Magiſtrum orbis terrarum objurgaret, barbariſmum admiſit. Tum ſubridens divinus Baſilius: Vidimus, inquit, etiam Demoſthenem litterarum expertem. Et cùm ille vehementius indignatus minaretur, ſubjecit magnus Ba- D ſilius: Tuum munus eſt, juſculorum condimenta curare. Divina enim dogmata exaudire non potes, cùm aures habeas obſtructas. Et Baſilius quidem iſta dixit Demoſtheni, Valens vero tantopere eum miratus eſt, ut pulcherrima quæ illic habebat, prædio pauperibus donaverit, quorum ille curam gerebat, qui toto corpore mutilati multo majore curatione indigebant. Hunc in modum Baſilius primum Valentis impetum devitavit. Poſtea vero cùm illuc reverſus eſſet Valens, priorum oblitus: quippe mens ejus à ſeductorib⁹ obſeſſa

A ἀπήγγελλέ τε τὰ εἰρημένα, καὶ τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἐδίδαξεν ἀρετὴν, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἀνδρεῖον καὶ θαρραλέον ἐμήνυσε. καὶ τότε μὲν σιγήσας ὁ βασιλεὺς εἰσελήλυθεν. ἐπειδὴ δὲ κατὰ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ θεηλάτους εἶδε καταπεμφθείσας πληγάς· ὅτε γὰρ υἱὸς ἀρρωστήσας παρ' αὐτὰς ἦν τὰς πύλας τοῦ θανάτου, καὶ τὴν γαμετὴν διάφορα ἐπολιόρκει παθήματα· τὴν αἰτίαν ἐπέγνω τῶν σκυθρωπῶν· τὸν θεῖον τοίνυν ἄνθρωπον ὃν κολάσειν ἠπείλησε, ἐλθεῖν εἰς τὴν οἰκίαν ἠντιβόλησεν. οἱ δὲ στρατηγοὶ τοῖς βασιλικοῖς διηκόνουν προστάγμασι. τότε μὲν ὁ μέγας Βασίλειος καταλα- B βὼν τὰ βασίλεια, καὶ τὸν τοῦ βασιλέως υἱὸν παρ' αὐτὴν ὄντα τὴν τελευτὴν θεασάμενος, πρὸς τὴν ζωὴν τοῦτον ὑποστρέψειν ὑπέσχετο, εἰ τοῦ παναγίου βαπτίσματος διὰ τῶν εὐσεβούντων ἀξιωθείη. καὶ ταῦτα εἰπὼν ἐξελήλυθεν. ὁ δὲ τῶν ὅρκων κατὰ τὸν ἀνόητον μεμνημένος Ἡρώδην, τοῖς συμπαροῦσιν αὐτῷ ἐκ τῆς συμμορίας Ἀρείου βαπτίσαι τὸ παιδίον προσέταξεν. ὁ δὲ παραυτίκα τοῦ βίου τὸ τέλος ἐδέξατο. μεταμεληθεὶς δὲ Οὐάλης, καὶ τὴν ἐπιβλαβῆ τῶν ὅρκων ἀλήθειαν λογισάμενος, εἴς τε τὸν θεῖον νεὼν εἰσελήλυθε, C καὶ τῆς τοῦ μεγάλου Βασιλείου διδασκαλίας ἀπήλαυσε, καὶ τῷ θυσιαστηρίῳ τὰ εἰωθότα προσενήνοχε δῶρα. καὶ εἴσω δὲ αὐτὸν τῶν θείων παραπετασμάτων ἔνθα καθῆστο γενέσθαι κελεύσας, πολλοὺς πρὸς αὐτὸν περὶ τῶν θείων δογμάτων ἐποιήσατο λόγους, καὶ δὴ λέγοντος ἤκουε. παρῆν δέ τις Δημοσθένης καλούμενος τῶν βασιλικῶν προμηθούμενος ὄψων, ὃς τῷ διδασκάλῳ τῆς οἰκουμένης ἐπιμεμψάμενος ἐβαρβάρισεν. ὁ δὲ θεῖος Βασίλειος μειδιάσας, ἐθεασάμεθα, ἔφη, καὶ Δημοσθένην ἀγράμματον. ἐπειδὴ δὲ πλέον ἐκεῖνος δυσχεράνας ἠπείλησε, σὸν D ἐστὶν, ἔφη ὁ μέγας Βασίλειος, τῆς τῶν ζωμῶν καρυκίας φροντίζειν. δογμάτων γὰρ θείων ἐπαΐειν οὐ δύνασαι, βεβυσμένας ἔχων τὰς ἀκοάς. ταῦτα μὲν οὖν πρὸς τοῦτον ἔφη. ὁ δὲ βασιλεὺς οὕτως ἠγάσθη τὸν ἄνδρα, ὡς καὶ χωρία κάλλιστα ὧν εἶχεν αὐτόθι, τοῖς ὑπ' αὐτοῦ φροντιζομένοις δωρήσασθαι πένησιν, οἳ τὸ σῶμα ἅπαν λελωβημένοι, πλείονος ὅτι μάλιστα θεραπείας προσδέονται. τὴν μὲν οὖν πρώτην τοῦ Οὐάλεντος προσβολὴν οὕτως διέφυγεν ὁ μέγας Βασίλειος. ἐπειδὴ δὲ πάλιν ἧκεν αὐτὸς, καὶ τῶν προτέρων ἐπιλελησμένος. ὑπὸ γὰρ τῶν

διὰ παντοίων ἐπολιορκεῖτο τὴν γνώμην, τῆς τῶν ἐναντίων αὐτὸν αὖθις γενέσθαι μερίδος παρῄνεσεν· εἶτα μὴ πείσας, τὸν περὶ τῆς ἐξορίας γραφῆναι νόμον ἐκέλευσε. τοῦτον δὲ τῇ χειρὶ πειραθεὶς βεβαιῶσαι, οὐδὲ μίαν στοιχείου κεραίαν ἐξέτεινεν. ὁ γὰρ κάλαμος συνετρίβη. ἐπειδὴ δὲ καὶ ὁ δεύτερος, καὶ ὁ τρίτος κάλαμος ταὐτὸ πάθος ὑπέμεινε, καὶ βεβαιῶσαι τὸν δυσσεβῆ νόμον ἐκεῖνον ἐφιλονείκει, ἐσείετο μὲν ἡ δεξιὰ καὶ τρόμον ἐδέξατο. δείματος δὲ πλήρης ἡ ψυχὴ γενομένη, ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν τὸν χάρτην διέρρηξε. καὶ ὑπέδειξε τῶν ὅλων ὁ πρύτανις ὡς καὶ τοὺς ἄλλους αὐτὸς ἐνδέδωκεν ἐκεῖνα παθεῖν, καὶ τοῦτον τῶν ἐπιβουλῶν ἀπέφηνε κρείττονα· διὰ μὲν τῶν περὶ τοῦτον γεγενημένων, τὴν δύναμιν τὴν οἰκείαν δεικνύς· διὰ δὲ τῆς ἑτέρας οἰκονομίας τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν τὴν ἀνδρείαν κηρύττων. ἐνταῦθα μὲν οὖν ὁ Οὐάλης προσβαλὼν τῆς ἐλπίδος ἐψεύσθη.

A tenebatur, Baſilium denuo hortatus eſt ut adverſariorum partibus ſeſe adjungeret. Cúmque perſuadere ei non potuiſſet, præceptum de exilio ſcribi juſſit. Quod manus propriæ ſubſcriptione firmare conatus, nullius litteræ apicem potuit exarare. Calamus enim contritus eſt. Cúmque ſecundo ac tertio calamo idem contigiſſet, & nihilominus Valens impium illud præceptum confirmare niteretur, dextrâ ſubito concuti ac tremere cœpit. Cúmque animus terrore ac metu perculſus eſſet, utraq; manu chartam dilaceravit. Quo facto moderator omnium Deus oſten-
B dit, & ut alii iſta paterentur permiſiſſe ſe, & Baſilium ſuperiorem inſidiis præſtitiſſe: ut per ea quidem quæ Baſilio acciderunt, potentiam ſuam declararet: per ea vero quæ in aliis fieri permiſit, optimorum virorum fortitudinem publico præconio exornaret. Et hic quidem Valens cùm impetum feciſſet, ſpe ſua fruſtratus abſceſſit.

## Κεφ. κʹ.

Περὶ τῆς τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου τελευτῆς, καὶ τῆς Πέτρου χειροτονίας.

ἘΝ Ἀλεξανδρείᾳ δὲ Ἀθανασίου τοῦ νικηφόρου μετὰ τοὺς πολλοὺς ἀγῶνας καὶ τοὺς ἰσαρίθμους στεφάνους, λῦσιν τῶν πόνων εἰληφότος, καὶ εἰς τὴν πόνων ἐλευθέραν βιοτὴν μεταστάντος, Πέτρος ἀνὴρ ἄριστος τὴν προεδρίαν ἐδέξατο· πρώτης μὲν τῆς μακαρίας ἐκείνης ψηφισαμένης αὐτοῦ κεφαλῆς· πάντων δὲ συμψήφων γεγενημένων, τῶν τε ἱερωμένων, καὶ τῶν ἐν τέλει καὶ ἀξιώμασι. καὶ ὁ λαὸς δὲ ἅπας, ταῖς εὐφημίαις ἐδήλου τὴν ἡδονήν· τῶν γὰρ Ἀθανασίου συμμετέσχεν ἱδρώτων, καὶ ἐνδημοῦντί τε καὶ ἀποδημοῦντι συνῆν, καὶ τοὺς παντοδαποὺς σὺν ἐκείνῳ κινδύνους ὑπέμενε. διά τοι τοῦτο, καὶ τῶν ἀρχιερέων συνέδραμον οἱ πελάζοντες, καὶ τὰς ἀσκητικὰς καταλιπόντες παλαίστρας οἱ ἐν ἐκείναις διάγοντες, τὸν Ἀθανασίου θρόνον κληρονομῆσαι τὸν Πέτρον ἠξίουν.

## Cap. XX.

*De obitu ſancti Athanaſii & de ordinatione Petri.*

ALEXANDRIÆ vero, cùm egregius pugil Athanaſius poſt pluri-
C ma certamina, & pares numero coronas, finem laborum ſortitus & ad vitam dolorum expertem translatus fuiſſet, Petrus vir præſtantiſſimus ſacerdotium ſuſcepit. Quem primus quidem Pontifex ille beatiſſimus ſuffragio ſuo deſignarat Epiſcopum: cuncti verò electionem comprobaverant, tam ſacerdotalis Ordinis viri, quam Magiſtratus & honorati. Sed & univerſus populus lætitiam ſuam fauſtis acclamationibus declaravit. Hic namque Athanaſii ſudorum particeps fuerat; eumq; & præſentem domi, & abſentem foris erat
D comitatus, & unà cum illo varia ſubierat pericula. Quam ob cauſam & vicini Epiſcopi Alexandriam confluxerunt, & qui in monaſteriis degebant, relictis palæſtris ſuis aderant, ut in Athanaſii locum Petrus ſuccederet poſtulantes.

## Cap. XXI.

*Quomodo expulſus ſit Petrus, & in ejus locum intruſus fuerit Lucius Arianus.*

Cumque eum in Pontificali ſolio collocaſſent, confeſtim rector provinciæ collecta Gentilium & Judæorum multitudine, Eccleſiæ ambitum circundedit, monens Petrum ut abſcederet. Alioqui ni paruiſſet, expulſurum ſe illum minabatur. Id autem agebat, ſpecie quidem ut Imperatori gratificaretur, damnis eos afficiens qui contraria ſentiebant: revera autem impietatis felle ſucceſſus. Nam ſimulacrorum cultui addictus erat, & Eccleſiæ calamitate velut maxima feſtivitate delectabatur. Admirandus itaq; Petrus, cùm inſperatum bellum animadvertiſſet, clam diſceſſit: conſenſoque navigio, Romam ſe contulit. Paucis deinde interjectis diebus, Euzoius ab urbe Antiochia Lucium ſecum adducens, venit Alexandriam, eique Eccleſias tradidit: Cujus viri impietatem atque injuſtitiam civitas quoq; Samoſatenſium experta jam fuerat. At populus in Athanaſii doctrina prius enutritus, cùm contrariam ſibi eſcam ſubminiſtraret cerneret, ab Eccleſiaſticis conventibus abſtinuit. Lucius vero, idolorum cultores tanquam ſatellites circa ſe habens, ex Orthodoxis alios cædebat, alios conjiciebat in carcerem; alios fugere compellebat; aliorum domos Barbarico more populatus eſt. Verum admirabilis Petrus, hæc in epiſtola ſua optime omnium expoſuit. Quam quidem epiſtolam, ubi unum ex ſceleribus Lucii narravero, huic Operi intexam. Viri quidam in Ægypto Angelorum vitam æmulantes, ab urbium ſtrepitu ac tumultu ſe ſubduxerant, vitamque in ſolitudine amplexi, arenoſum ac ſterile ſolum frugiferum reddiderant, fructum Deo gratiſſimum ac pulcherrimum offerentes virtutem quam inſtituerant. Hujus converſationis duces ac principes, cùm alii multi extiterunt, tum celeberrimus ille Antonius, qui monaſticorum cœtuum egregius fuit exercitator. Hujus igitur ſodales: ipſe enim cùm plurimis ac præſtantiſſimis mercibus ad tranquillos portus jam pridem appulerat: miſer iſte & infeliciſſimus perſecutus eſt; Ac divinorum illorum cœtuum duces, Macarium ſcilicet illum clariſſimum,

## Κεφ. κα΄.

Περὶ τῆς ἐκβολῆς Πέτρου, καὶ εἰσαγωγῆς Λουκίου τοῦ ἀρειανοῦ.

Ἐπειδὴ δὲ τοῖς ἀρχιερατικοῖς αὐτὸν ἐνίδρυσαν θώκοις, εὐθὺς ὁ τοῦ ἔθνους ἡγούμενος, τὸν ἑλληνικὸν καὶ ἰουδαϊκὸν ὅμιλον συναθροίσας, ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας ἐκύκλωσε περιβόλους, ἐξιέναι τῷ πέτρῳ παρεγγυῶν. καὶ γὰρ ἄκοντα ἐξελαύνειν ἠπείλει. ἐποίει δὲ ταῦτα, τῷ βασιλεῖ μὲν δῆθεν τὰ θυμήρη πραγματευόμενος, καὶ τοὺς τἀναντία φρονοῦντας ἀναπιμπλὰς συμφορῶν· τῇ δέ γε ἀληθείᾳ, τῆς δυσσεβοῦς ὀργῆς ἐμφορούμενος. τῆς γὰρ τῶν εἰδώλων θεραπείας ἐξήρτητο, καὶ λαμπροτάτην ὑπελάμβανεν ἑορτὴν, τὴν τῆς ἐκκλησίας ζάλην. πέτρος μὲν οὖν ὁ θαυμάσιος, τὸν ἀδόκητον θεασάμενος πόλεμον, λαθὼν ἐξελήλυθε· καὶ σκάφους ἐπιβὰς, εἰς τὴν ῥώμην ἀπῆρεν. ὀλίγων δὲ διελθουσῶν ἡμερῶν, εὐζώϊος ἀπὸ ἀντιοχείας λούκιον ἄγων ἀφίκετο, καὶ τὰς ἐκκλησίας ἐκείνῳ παρέδωκεν, οὗ τῆς δυσσεβείας καὶ παρανομίας, καὶ τὰ σαμόσατα πεῖραν ἔλαβεν. τὸ δὲ πλῆθος ταῖς ἀθανασίου διδασκαλίαις ἐντεθραμμένον, εἶτα ἐναντίαν τροφὴν θεασάμενον, τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἀπέστη συλλόγων. Ὁ δὲ λούκιος, δορυφόροις κεχρημένος τοῖς τῶν εἰδώλων θεραπευταῖς, τοὺς μὲν ᾔκιζε, τοὺς δὲ καθεῖργε, τοὺς δὲ δραπετεύειν ἠνάγκαζεν· ἄλλων δὲ, βαρβάρων δίκην ἐπόρθει τὰς οἰκίας. ἀλλὰ ταῦτα ἅπαντα ὁ ἀξιάγαστος πέτρος ἐν ἐπιστολῇ διηγήσατο. ἐγὼ δὲ μίαν ἀνοσιουργίαν τοῦ λουκίου διηγησάμενος, ἐκείνην ἐνθήσω τῇ συγγραφῇ τὴν ἐπιστολήν. ἄνδρες ἐν αἰγύπτῳ, τὴν τῶν ἀγγέλων πολιτείαν ζηλώσαντες, τοὺς μὲν πολιτικοὺς θορύβους ἀπέδρασαν· τὴν ἐν ἐρήμῳ δὲ περιείλοντο βιοτὴν, καὶ τὴν ψαμμώδη καὶ ἄκαρπον καρποφόρον ἀπέφηναν, καρπὸν τῷ θεῷ ἥδιστόν τε καὶ κάλλιστον φέροντες, ἣν ἐνομοθέτησαν ἀρετήν. ταύτης πολλοὶ μὲν ἦρξαν καὶ ἄλλοι δὲ πολιτείας. παιδοτρίβης δὲ ἄριστος τῶν ἀσκητικῶν ἐγένετο συνταγμάτων, ἀντώνιος ἐκεῖνος ὁ πολυύμνητος, ἀρετῆς παλαίστραν τοῖς ἀσκηταῖς ἀποφήνας τὴν ἔρημον· τοὺς ἐκείνου οὖν θιασώτας· αὐτὸς γὰρ μετὰ τῶν μεγίστων τε καὶ καλλίστων φορτίων, εἰς τοὺς ἀπηνέμους λιμένας καθωρμίστο· ὁ δύστηνος ἐκεῖνος καὶ τρισάθλιος ἐδίωξε. τοὺς δὲ τῶν θείων ἐκείνων ἡγουμένους χορῶν, μακάριόν τε τὸν ἀοίδιμον

A καὶ τὸν ἐκείνου ὁμώνυμόν τε καὶ Ἰσίδωρον, καὶ ἑτέρους ἄλλους ἐκ τῶν σπηλαίων ἐξαγαγὼν, εἴς τινα νῆσον ἐξέπεμψεν ὑπὸ δυσσεβῶν οἰκουμένην ἀνθρώπων, καὶ μηδένα πώποτε δεξαμένην εὐσεβείας διδάσκαλον. τοῦ δὲ πορθμείου τῇ γῇ τῆς νήσου πελάσαντος, ὁ δαίμων ὁ παρ' ἐκείνων τιμώμενος, τὸ ἱδρυμένον καταλιπὼν εἴδωλον, ὅπερ εἶχε παλαιὸν οἰκητήριον, τὴν τοῦ ἱερέως ἐξέμηνε θυγατέρα, καὶ βακχευομένην πρὸς τὴν ἀκτὴν ἐξήγαγεν, εἰς ἣν τὸ πορθμεῖον οἱ ἐρέται προσώρμισαν. ὀργάνῳ δὲ τῇ γλώσσῃ χρησά- B μενος τῆς κόρης, ἐβόα διὰ ταύτης, ἅπερ ἐν Φιλίπποις ἡ τὸ πνεῦμα τοῦ πύθωνος ἔχουσα. ἤκουον δὲ ἅπαντες, καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες, ἐκείνου τοῦ δαίμονος λέγοντος· ὢ τῆς ὑμετέρας δυναστείας, ὦ θεράποντες τοῦ Χριστοῦ· πάντοθεν παρ' ὑμῶν ἐληλάμεθα, ἀπὸ πόλεων καὶ κωμῶν, ἀπὸ ὀρῶν καὶ βουνῶν, ἀπὸ τῆς οἰκητόρων ἐστερημένης ἐρήμου. ἠλπίσαμεν ἐν τῷδε τῷ νησυδρίῳ διάγοντες, τῶν ὑμετέρων ἀπηλλάχθαι βελῶν, καὶ τῆς ἐλπίδος ἐψεύσθημεν. ἐνταῦθα γὰρ ὑμᾶς ἐξέπεμψαν οἱ διώκοντες, οὐχ ἵνα ὑμᾶς ἀνιάσωσιν, ἀλλ' ἵνα ἡμᾶς δι' ὑμῶν ἐξελάσωσιν· ἀφιστάμεθα καὶ τῆς νήσου. ταῖς γὰρ τῆς ἀρετῆς ὑμῶν ἀκτῖ- C σι βαλλόμεθα. ταῦτα λέγοντες, καὶ τὰ τούτοις προσόμοια, εἰς μὲν τὸ ἔδαφος τὴν κόρην κατέβαλον. αὐτοὶ δὲ φροῦδοι παντάπασιν ἐγένοντο. ὁ δὲ θεῖος ἐκεῖνος χορὸς, προσευξάμενος τὴν κόρην ἀνέστησε, καὶ τῷ γεγεννηκότι σωφρονοῦσάν τε καὶ ἐρρωμένην ἀπέδωκεν. οἱ δὲ τοῦ θαύματος θεαταὶ, περὶ τῶν ἁγίων ἐκείνων ποδῶν κυλινδούμενοι, τῶν τῆς σωτηρίας ἐφοδίων μεταλαχεῖν ἱκετεύοντο. καὶ τὸ μὲν τῶν εἰδώλων κατέλυσαν τέμενος. ταῖς δὲ τῆς διδασκαλίας ἀκτῖσι καταυγασθέντες, τοῦ παναγίου βαπτίσματος ἠξιώθησαν χάριτος. τούτων ἐν τῇ ἄστει δήλων D γεγενημένων, πανδημεὶ συνῆλθον ἅπαντες τῷ Λουκίῳ λοιδορούμενοι, καὶ θεήλατον σφᾶς ὀργὴν καταλήψεσθαι λέγοντες, εἰ μὴ ὁ τῶν ἁγίων ἐκείνων ὁ θεῖος ἀφεθείη χορός. οὕτω δείσας ὁ Λούκιος τὸν τῆς πόλεως θόρυβον, ἐπανελθεῖν τοῖς θεσπεσίοις ἀνδράσιν ἐπέτρεψεν εἰς τὰ σπήλαια. ἱκανὰ μὲν δὴ καὶ ταῦτα δεῖξαι τὴν ἐκείνου βδελυρίαν τε καὶ ἀσέβειαν. σαφέστερον δὲ τὰς τολμηθείσας διδάξει παρανομίας, τοῦ θαυμασίου Πέτρου τὰ γράμματα. ἐγὼ δὲ τὸ μῆκος φεύγων, τὰ ἐν μέσῳ κείμενα τῆς ἐπιστολῆς ἐνθήσω τῇ συγγραφῇ.

&alterum ei cognominem, Iſidorum quoque & alios, è ſpeluncis ſuis extractos ablegavit in inſulam quandam quæ ab impiis hominibus colebatur, nec ullum unquam pietatis magiſtrum acceperat. Cúmque navigium ad oram inſulæ appropinquaſſet, dæmon qui ab illis colebatur, relicto ſimulacro quod vetuſtum ejus erat domicilium, filiam ſacerdotis in furorem egit, & bacchantem perduxit ad littus quò remiges navem appulerant. Et puellæ linguâ, tanquam inſtrumento utens, eadem clamare cœpit, quæ olim mulier illa apud Philippos, ſpiritu Pythonio agitata. Audivêre tunc omnes tam viri, quàm feminæ, vocem dæmonis illius ita dicentis. O potentiam veſtram, famuli Chriſti. Undique à vobis fugati ſumus; ab urbibus & vicis; à montibus & collibus; à ſolitudine incolis vacua. Sperabamus quòd in hac parva inſula commorantes, jactum telorum veſtrorum evitaremus, ſed ſpes noſtra nos fefellit. Huc enim miſerunt vos perſecutores, non ut moleſtia vos afficerent, ſed ut nos veſtrâ operâ hinc exturbarent. Abſcedimus ergo ab hac quoque inſula. Virtutis enim veſtræ radiis perſtringimur. Hæc & hujuſmodi alia dicentes, puellam quidem ſolo afflixerunt: ipſi vero penitùs evanuerunt. Tunc divinus ille Monachorum chorus, oratione facta puellam è ſolo excitavit, ſanamque mente ſimul & corpore, parenti reſtituit. Ii verò qui hujus miraculi ſpectatores fuerant, Sanctorum illorum pedibus advoluti, rogare cœperunt ut ſalutis viaticum perciperent. Ac templum quidem dæmonum funditùs everterunt: Sacræ vero doctrinæ radiis illuſtrati, divini Baptiſmi gratiam ſuſceperunt. Quæ cùm Alexandriæ nuntiata eſſent, omnes in unum congregati Lucium conviciis lacerarunt, iram divini numinis imminere ſibi clamantes, niſi ſacer Sanctorum illorum cœtus dimitteretur. Ita Lucius civitatis tumultum reformidans, ſanctiſſimos viros ad ſpeluncas ſuas redire permiſit. Atque hæc quidem ſufficere poterant, ad demonſtrandam ejus nequitiam & impietatem. Verùm ipſius Petri litteræ, iniqua Lucii facinora apertius edocebunt. Ego verò earum vitans prolixitatem, ea duntaxat, quæ in medio habentur, hoc loco adſcribam.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Cap. XXII.

*Ex epiſtola Petri Alexandrini Epiſcopi, de his quæ Alexandriæ geſta ſunt auctore Lucio.*

PROVINCIÆ Rector Palladius, ſectâ Gentilis & ſimulachrorum cultor aſſiduus, qui ad bellum Chriſto inferendum ſæpius ſeſe exercuerat, collecta multitudine ſuperiùs memorata, impetum in Eccleſiam fecit, perinde ac ſi ad ſubigendos Barbaros properaret. Tunc verò teterrima facinora perpetrata ſunt. Quæ cùm ego duntaxat referre vellem, tantum mihi dolorem attulit eorum recordatio, ut ingentem lachrymarum copiam effuderim. Atque in eo ſtatu manſiſſem diutiſſime, niſi divina cogitatione dolorem meum compreſſiſſem. Ingreſſa enim turba in Eccleſiam quam vocant Theonæ, loco verborum gravium, laudes idolorum canebant: pro lectione ſacrarum Scripturarum, plauſus manuum indecoros, & fractas cum obſcœnitate voces uſurpabant; ejuſmodi denique contumelias adversùs virgines Chriſti, quas nec lingua proferre ſuſtinet: Nam & turpis eſt ipſa prolatio. Certe ex cordatis hominibus quisquis hæc ſolummodò audivit, ſtatim obturavit aures, & ſurdus eſſe potius optavit quàm illorum obſcœnitatem auribus ſuis audire. Sed utinam verbis contenti hactenus deliquiſſent, nec verborum petulantiam factis ipſis ſuperaſſent. Nam convitia quantacunque ſint, tolerabilia ſunt iis, in quibus Chriſti ſapientia & divina mandata reſident. Iſti vero, utpote vaſa iræ ad exitium præparata, expanſo naſo turpem ſonum per nares edentes, & tubis, ut ita dicam, ac fiſtulis procul emittentes, ſanctarum Chriſti virginum veſtem diſciderunt: quarum continentia, ſanctorum Angelorum ſimilitudinem exprimebat. Easque nudas ſicut natæ fuerant, per totam urbem traduxerunt, petulanter iis illudentes, prout ipſis libitum erat. Erantque omnia prorſus crudelia atque inaudita. Quod ſi quis ob hæc miſeratione captus eos impedire, ac verbis eos admonere voluiſſet, vulneratus abibat. Sed ô rem calamitoſam? Multæ virgines per vim ſtupratæ ſunt. Multæ dum fuſtibus capita verberarentur, manſerunt exanimes. Ac ne corpora quidem ſepulturæ

## Κεφ. κβ'.

Ἐκ τῆς ἐπιστολῆς πέτρου ἀλεξανδρέως διήγησις, περὶ τῶν ἐν ἀλεξανδρείᾳ συμβάντων ὑπὸ λουκίου.

Ὁ τοῦ ἔθνους ἡγεμονεύων παλλάδιος, ἐθνικὸς ὢν τὴν αἵρεσιν, καὶ τὴν εἰδώλων ἀεὶ περικυλινδούμενος, κατὰ χριστοῦ στρατιωτῶν πολλάκις μελετήσας, τὰ προειρημένα συναθροίσας πλήθη, ὁρμᾷ κατὰ τῆς ἐκκλησίας ὡς ὑποτάξαι βαρβάρους ἐπειγόμενος. τότε δὴ τότε χείριστα γέγονεν. ἀλλὰ καὶ μόνον ὑπαγορεῦσαι θέλων, τῆς μνήμης ὀδύνην μοι παρεχούσης, ἐπαφῆκα δακρύων ἄμετρον φορὰν, ἐπὶ πολὺ ἔμεινα ἂν τοῦτο πάσχων, εἰ μὴ θεῖος λογισμὸς λωφῆσαι παρεσκεύασα. ἐν γὰρ τῇ καλουμένῃ ἐκκλησίᾳ θεωνᾶ, ἐπεισελθόντα τὰ πλήθη, ἀντὶ ῥημάτων σεμνῶν, εἰδώλων εὐφημίας ἐπήφιον· ἀντὶ θείων γραφῶν ἀναγνώσεως, κρότους χειρῶν ἀσέμνους, καὶ κεκλασμένας μετ' αἰσχρότητος φωνάς, κατὰ τῶν τοῦ χριστοῦ παρθένων ὕβρεις, ἃς ἡ γλῶττα προφέρειν οὐκ ἀνέχεται. αἰσχρὸν γάρ ἐστι τὸ λέγειν. καὶ γὰρ μόνον τις τῶν εὖ φρονούντων ταύτας ἀκούσας ἔβυσε τὰς ἀκοάς. καὶ μᾶλλον ηὔξατο ἂν γενέσθαι κωφὸς, ἢ ἀνήκοος γενέσθαι τῆς αἰσχρολογίας. ἀλλ' εἴθε λόγοις ἀρκούμενοι μόνον ἐξημάρτανον, καὶ μὴ πράξει τὴν τῶν λόγων ἐνίκων ἀσέλγειαν. εὔποιστος γὰρ ἡ λοιδορία, κἂν οἵα δήποτε οὖν τυγχάνῃ, παρ' οἷς οἰκεῖ χριστοῦ φρόνησις καὶ θεῖα διδάγματα. αὐτοὶ τοίνυν οὗτοι ὀργῆς σκεύη τυγχάνοντες, κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν, τὴν ῥῖνα σιμώσαντες, ψόφον ἀσελγῆ διὰ τῶν μυκτήρων μακρὸν, καὶ ἵν' οὕτως εἴπω, ὡς ἀπὸ κερῶν προχέοντες, τὴν μὲν ἐσθῆτα διέρρησσον τῶν ἁγίων χριστοῦ παρθένων, ὧν ἡ ἄσκησις τύπον ἁγίων ἀγγέλων ἐχαρακτήριζεν. ὡς δὲ ἡ φύσις ἔχει, γυμνὰς πᾶσαν τὴν πόλιν ἐθριάμβευον, διαπαίζοντες μετ' ἀσελγείας, ὃν τρόπον ἐβούλοντο. καὶ ὅλως ὠμὰ καὶ ξένα τὰ γινόμενα. εἰ γοῦν τις συμπαθῶς ἐπὶ τούτοις ἐκώλυσε, παραινέσεως χρώμενος λόγοις, τραυματίας ἀπελύετο. ἀλλὰ φεῦ τῶν συμφορῶν, πολλαὶ βιαίως φθορὰν ὑπέστησαν σώματος· πολλαὶ τῶν παρθένων ῥοπάλοις κατὰ κεφαλῆς τυπτόμεναι, ἔμενον ἀχανεῖς. οὐκ ἐπιτρεπομένων τῶν σωμάτων, οὐδὲ τῇ ταφῇ παραδίδοσθαι πολλὰ

οὐ μέχρι σήμερον τῶν γονέων ὀδυρομένων, οὐχ εὑρίσκεται σώματα. ἀλλὰ τί τὰ μικρὰ πρὸς τὰ μεγάλα διεξέρχομαι; τί δὲ τούτοις ἐμβραδύνω, καὶ μὴ σφοδρῶς ἐπὶ τὰ κατεπείγοντα βαίνω; ἐφ' οἷς εὖ οἶδ' ὅτι θαυμάσετε, καὶ μενεῖτε ἐπὶ πολὺ ἀχανεῖς σὺν ἡμῖν ἐξιστάμενοι, τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ κυρίου, ὅτι μὴ ἄρδην τὸ ὅλον συνέστειλεν. ἃ γὰρ κατὰ τὸ γεγραμμένον, μήτε γέγονε μήτε ἠκούσθη ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν πατέρων ἡμῶν, ταῦτα ἐπ' αὐτοῦ τοῦ θυσιαστηρίου ἐπετέλουν οἱ δυσσεβεῖς· ὡς γὰρ ἐν κρηπῖδι σκηνῆς ἀτάκτου, παῖδα τὴν ἄρρενα φύσιν ἐξαρνησάμενον καὶ τὴν γυναικείαν ποθήσαντα, στοιβῇ κατὰ τὸ γεγραμμένον τοὺς ὀφθαλμοὺς διαχρισάμενον, καὶ φύκει τὰς ὄψεις ἐρυθήναντα, ὥσπερ παρ' αὐτοῖς εἴδωλα, θηλυμόρφῳ τῷ σχήματι, ἐπ' αὐτοῦ τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου, ἔνθα κάθοδον τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπικαλούμεθα, ἐν κύκλῳ τῇ στροφῇ, ὧδε κἀκεῖσε τὼ χεῖρε σχηματιζόμενον, ὀρχεῖσθαι παρεσκεύασαν· πλατὺ μὲν γελῶντες, ἀθέσμους δὲ ἐπαφιέντες φωνάς. οἱ δὲ πάλιν καὶ τοῦτο πρὸς ἀταξίαν ἡγησάμενοι, καὶ τὰ παρῳχηκότα εὐπρεπῆ μᾶλλον ἢ πρὸς ἄθεσμα λογισάμενοι, ἐξ αὐτῶν ἕνα γνωριμώτατον ἐν αἰσχρότητι, ὁμοῦ τὴν ἐσθῆτα καὶ τὴν αἰδῶ γυμνωσάμενον, ὡς ἡ φύσις εἶχε σχήματος, τῷ τῆς ἐκκλησίας ἐπιβιβάσαντες θρόνῳ, δημηγορεῖν αἰσχρὸν κατὰ Χριστοῦ προσηγόρευσαν. ἀντὶ γὰρ θείων ῥημάτων, αἰσχρότητα προὐβάλλετο, ἀντὶ σεμνῶν λόγων ἀσέλγειαν, ἀντ' εὐσεβείας ἀσέβειαν, ἀντ' ἐγκρατείας πορνείαν, μοιχείαν, ἀρσενοκοιτίαν, κλοπήν, βρῶσιν καὶ πόσιν τῷ βίῳ πρὸς τοῖς ἄλλοις εἰσηγούμενος εἶναι χρήσιμα. τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, κἀμοῦ τῆς ἐκκλησίας ὑπαναχωρήσαντος· πῶς γὰρ οὐχί, ὅπου στρατιωτῶν ἔφοδοι, ὅπου δῆμος πρὸς ἀταξίαν ἀργυρώνητος, ὅπου φιλοτιμίαι χρημάτων, καὶ ἐθνικῶν πλήθη μετὰ μεγίστων ὑποσχέσεων; ἡμέτερος δῆθεν ἀποστέλλεται διάδοχος, χρυσίου τὴν ἐπισκοπὴν ὡς ἀξίωμα κοσμικὸν ὠνησάμενος Λούκιός τις, λύκου τὴν πονηρίαν καὶ τὰς πράξεις ἔχειν ἐσπουδακώς· οὐκ ἐπισκόπων ὀρθοδόξων συνόδῳ, οὐ ψήφῳ κληρικῶν ἀληθινῶν, οὐκ αἰτήσει λαῶν, ὡς οἱ τῆς ἐκκλησίας διαγορεύουσι θεσμοί. τῷ δὴ τοιούτῳ συνῆσαν, ἁπλῇ γὰρ εἰσόδῳ τῆς πόλεως ἐπιβαίνειν οὐκ ἠδύνατο, οὐκ ἐπίσκοποι τινές, οὐ

A mandari permittebantur. Plurima certe corpora, magno cum parentum dolore, hactenus reperiri non poſſunt. Sed quid perſequor parva ac levia, ſi cum majoribus comparentur? Quid his immoror, ac non potius ad ea quæ urgent, contendo? In quibus admirabimini, ſat ſcio, clementiam Domini, & nobiſcum attoniti diu manebitis ac ſtupentes, quòd univerſa non obruerit. Etenim quæ neque facta ſunt, neque audita in diebus patrum noſtrorum, ut ait Scriptura, ea in ipſo altari impii perpetrarunt. B Nam velut in pulpito ſcenæ petulantis, puerum qui virilem ſexum ejuraverat & muliebrem affectabat, oculos ſtibio depictos atque inunctos habentem, & vultum fuco rubentem, ſicut ipſorum ſimulacra habere ſolent, muliebri habitu in ipſo ſancto altari, ubi adventum ſancti Spiritus invocamus, ſaltare fecerunt volubili motu, hac & illac manus jactantem ac geſticulantem; ipſi immoderate ridentes, voceſque nefandas emittentes. Quin etiam iſtud ad laſciviam ſpectare arbitrati, & prætetita decora potius eſſe quam impia exiſtimantes, C quendam ex ſuo numero notiſſimæ turpitudinis, qui unà cum veſte pudorem ſimul exuerat, nudum ſicut natus erat, in Eccleſiæ ſolio collocantes, Concionatorem infamem adverſus Chriſtum ſalutarunt. Nam divinorum verborum loco, turpitudinem proferebat: pro gravibus verbis petulantiam; pro pietate impietatem; pro continentia ſcortationem, adulterium, maſculam venerem, furtum, eſcam ac potum, vitæ hominum utilia eſſe docens. Quæ cùm ita fierent, atque ego Eccleſia exceſſiſſem: quomodo enim non abiiſſem, cum D milites incurſionem facerent, plebs pecuniis conducta eſſet ad tumultuandum, nummi erogarentur, multitudo gentilium magnis pollicitationibus illecta adeſſet: ſucceſſor noſter mittitur, qui Epiſcopatum, velut ſecularem quendam Magiſtratum, pretio coëmerat, Lucius quidam, lupi prorſus improbitatem & actus ſtudens æmulari; non in Orthodoxorum Epiſcoporum ſynodo; non ſuffragio legitimorum Clericorum, non poſtulatione plebis electus, ſicut Eccleſiaſticæ leges requirunt. Erant unà cum illo: neque enim ſimplex ejus ingreſſus eſſe potuit: non Epiſcopi aliqui, non

presbyteri ac diaconi; non populi mul- A
titudo. Non illum præcedebant mo-
nachi, hymnos è ſcripturis deprom-
ptos canentes, ſed Euzoius, qui olim
quidem cùm diaconus eſſet Alexan-
driæ noſtræ, in ſancta & magna ſynodo
Nicæna ſimul cum Ario depoſitus eſt:
nunc vero Antiochenam Eccleſiam
præſulatu ſuo devaſtat. Simul etiam
Comes largitionum Comitatenſium,
Magnus nomine, immenſam militum
multitudinem ſecum ducens: qui in o-
mni impietate ſemper anteſignanus eſ-
ſe cognoſcitur. Qui cùm Juliani tem-
poribus Eccleſiam Berytenſium incen-
diſſet; quæ civitas eſt Phœnices non i- B
gnobilis; principatu felicis memoriæ
Joviani, eam propriis ſumptibus inſtau-
rare coactus eſt: parumque abfuit quin
capite plecteretur, niſi multorum am-
bitu ac ſuffragio, Imperatoris clemen-
tiam meruiſſet. Hinc igitur conſide-
rare debet zelus veſter, quem quidem
hortor vos ut excitetis ad ea quæ geſta
ſunt vindicanda; quæ & quanta patra-
ta ſint ſcelera adverſus Eccleſiam Dei,
cùm tantus in nos tyrannus ſupra me-
moratus inſurrexiſſet. Nam continuò
ille à veſtra pietate & ab omnibus ubi-
que Orthodoxis ſæpe damnatus Luci-
us, in hanc civitatem juſta de cauſa ipſi
infenſam introivit. Neque enim ſo- C
lum, ſicut deteſtandus ille in pſalmis
inſipiens, dicit: Non eſt vere Deus
Chriſtus. Sed etiam ſtudiis atque in-
ſtitutis & ipſe corruptus eſt & alios cor-
rupit, gaudens blaſphemiis quæ adver-
ſus Chriſtum jactantur ab iis qui crea-
turam adorant potius quam Creato-
rem. Annon enim ita eſt, cùm ſcelera-
tus ille affinia & proxima ſentiens Gen-
tilibus, recentem Deum colere au-
deat. Nam in conſpectu ejus, has lau-
des acclamabant: Bene adveniſti Epi-
ſcope, qui Filium negas. Serapis te di- D
ligens huc adduxit: patrium ſimula-
chrum ſuum deſignantes. Statim nam-
que, ne momento quidem temporis
interjecto, ſupradictus Magnus impie-
tatis ejus individuus comes, acerbus
ſatelles & crudeliſſimus Satrapa, colle-
cta multitudine eorum qui ſub ipſius
cura ductuque erant, presbyteros ac
diaconos novendecim numero com-
prehendit, ex quibus nonnulli octoge-
ſimum annum exceſſerant: & quaſi in
deteſtando quodam facinore & legi-
bus Romanis contrario deprehenſi fu-
iſſent, conſtituto publico judicio, ipſe

πρεσβυτέρων, οὐ διακόνων, οὐ λαῶν πλήθη· οὐ προηγοῦντο τούτου μονάζοντες, ὕμνους ἐκ γραφῶν ἀναμέλποντες· ἀλλ' εὐζώϊος ἦν, ὁ πρώην μὲν σὺν ἀρείῳ καθαιρεθεὶς, διάκονος ὢν τῆς καθ' ἡμᾶς ἀλεξανδρείας, ἐν τῇ κατὰ νίκαιαν ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ· ἄρτι δὲ προστασίᾳ τῶν ἀντιοχέων λυμαινόμενος. καὶ ὁ τῶν κομιτατησίων δὲ λαργιτιόνων κόμης, στρατιωτῶν ἐπαγόμενος ἄμετρον πληθὺν, ὁ ἐν πάσῃ ἀσεβείᾳ ἀεὶ γνωριζόμενος μάγνος τοὔνομα· ὃς ἐν τοῖς ἰουλιανοῦ καιροῖς, τὴν βηρυτίων ἐκκλησίαν ἐμπρήσας, φοινίκων δ' αὕτη πόλις ἐπιφανὴς, ἐπὶ τῆς μακαρίας μνήμης ἰωβιανοῦ χρόνοις, ἐξ οἰκείων ταύτην ἀνορθῶσαι κατηναγκάσθη, ὀλίγου καὶ τὴν κεφαλὴν τμηθεὶς, εἰ μὴ φιλανθρωπίας ἐκ πολλῆς περιδρομῆς ἔτυχε βασιλικῆς. ἀναλογήσασθε τοίνυν ἐκ τούτου τὸν ὑμέτερον ζῆλον προεστηκὸς, ὃν διεγερθῆναι πρὸς ἐκδικίαν τῶν γινομένων παρακαλῶ, οἷα καὶ ἡλίκα τὰ πλημμεληθέντα κατὰ τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας, τοιούτου τυράννου τοῦ προειρημένου καθ' ἡμῶν ἐπαναστάντος. ἅμα γὰρ ὁ παρὰ τῆς ὑμετέρας θεοσεβείας καὶ τῶν ἁπανταχοῦ ὀρθοδόξων ἐπισκόπων πολλάκις ἀπαγορευθεὶς λούκιος, τῆς πρὸς αὐτὸν ἀπεχθῶς διακειμένης ἐπ' εὐλόγοις ταῖς προφάσεσιν ἐπέστη πόλεως. οὐ γὰρ μόνον ὡς ὁ δύσφημος ἐν ψαλμοῖς ἄφρων, λέγει· οὐκ ἔστι θεὸς ἀληθινῶς ὁ χριστὸς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασι διεφθάρη καὶ διέφθειρε, χαίρων ἐπὶ ταῖς βλασφημίαις, ταῖς κατὰ τοῦ σωτῆρος πεμπομέναις παρὰ τῶν τῇ κτίσει λατρευόντων παρὰ τὸν κτίσαντα· πῶς οὐχ' ὅπου γε παραπλήσιον ἕλλησιν ἔχων τὸ φρόνημα πρόσφατον τολμᾷ ὁ ἀλιτήριος σέβειν θεόν. ἐπ' ὄψεσι γὰρ αὐτοῦ τούτους αὐτοὶ ἐπαίνους ἔπεμπον· καλῶς ἦλθες ἐπίσκοπε υἱὸν μὴ λέγων. ὁ σέραπίς σε φιλῶν εἰσήνεγκε. τὸ πατρῷον εἴδωλον ἑαυτῶν ὀνομάζοντες. αὐτίκα γὰρ ῥοπῆς οὐδὲ μιᾶς παρελθούσης ὁ προειρημένος μάγνος, ὁ τῆς ἀσεβείας αὐτοῦ κοινωνὸς ἀδιαίρετος, καὶ δορυφόρος πικρὸς καὶ σατράπης ὠμότατος, συναθροίσας καὶ τὰ ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ φροντίδα ἐπανακείμενα πλήθη, πρεσβυτέρους καὶ διακόνους τὸν ἀριθμὸν ἐννεακαίδεκα συλλαβόμενος, ὧν τινὲς τὸ ὀγδοηκοστὸν ὑπερβεβήκασιν ἔτος, ὡς ἁλόντας ἐπὶ μυσαρῷ τινὶ καὶ νόμῳ ῥωμαίων ἐχθρῷ, δημόσιον ὁρίσας κριτήριον

A κατηνάγκαζεν, οὐκ εἰδὼς οὗτος ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς χριστιανῶν νόμους, τὴν πατρῴαν παρὰ τῶν ἀποστόλων διὰ τῶν πατέρων ἀποδοθεῖσαν ἡμῖν προδιδόναι πίστιν, ἡδόμενον ἐπὶ τούτῳ καὶ τὸν φιλανθρωπότατον αὔγουστον οὐάλεντα διϊσχυριζόμενος· πείθητε τάλανες, λέγων μεγάλῃ τῇ βοῇ, τῷ τῶν ἀρειανῶν φρονήματι πείθητε. συγγνωμονήσει γὰρ ὑμῖν τὸ θεῖον, κἂν ἀληθῆ σέβητε θρησκείαν, οὐκ αὐθαιρέτως, ἀλλὰ πρὸς ἀνάγκην τοῦτο πράξασι, τῇ μὲν γὰρ ἀνάγκῃ ἀπολογία παραλείπεται· τῷ δὲ αὐθαιρέτῳ ἀκολουθεῖ κατηγορία. διὸ τοιούτους λογισμοὺς πρὸ ὀφθαλμῶν τιθέμενοι ἥκετε πρόθυμοι, B μελλησμὸν ἀποθέμενοι πάντα, τῷ ἀρείου ὑπογράφοντες δόγματι, ὅπερ νῦν κηρύττει ὀνομαστὶ λούκιος λέγων· εὖ εἰδότες ὡς πειθαρχοῦντες, χρήματα καὶ πόρους καὶ γέρα παρὰ βασιλέων ἕξετε· ἀπαναινόμενοι δὲ, εἱρκτῆς καὶ στρεβλώσεων καὶ βασάνων καὶ μαστίγων καὶ δαμαστηρίων πεῖραν λήψεσθε· χρημάτων ὁμοῦ καὶ κτημάτων στερηθέντες· καὶ τῆς πατρίδος μεταναστάντες, εἰς χαλεποὺς οἰκῆσαι τόπους κατακλεισθήσεσθε. ἀλλ' οὗτος μὲν ὁ γενναῖος, ἀπάτην τὴν ἀπειλὴν κεράσας, μεταναστῆναι τῆς εὐσεβοῦς οὗτος πάντας καὶ προὔτρεπε καὶ κατηνάγκαζε γνώ- C μης. οἱ δὲ, πικρότερον βασάνου πάσης τὴν εἰς εὐσέβειαν προδοσίαν ἡγησάμενοι, ἔχει γὰρ οὕτω, τοιοῖσδε πρὸς αὐτὸν ἀναγκαζόμενοι ἀπήντησαν ῥήμασιν, ἀρετῇ καὶ γενναίῳ φρονήματι ὁμοῦ τὴν ἀπάτην καὶ τὰς ἀπειλὰς ὑποτάξαντες. πέπαυσο λοιπὸν, πέπαυσο τούτοις ἡμᾶς ἐκφοβῶν τοῖς ῥήμασιν· ἐπέχε εἰκαῖα προφέρειν ῥήματα. ἡμεῖς γὰρ οὔτε νεήλυν, οὔτε πρόσφατον σέβοντες θεὸν, κἂν ἐπαφρίζῃς κυμαίνων εἰκῆ, καὶ προσρήσσῃς ὡς βίαιος ἄνεμος, τοῖς εὐσεβείας ἄχρι θανάτου ἐμπολιτευόμεθα δόγμασιν. οὐκ ἀδύνατον, οὐκ ἄσοφον, οὐ χωρὶς ἀληθείας πώποτε φρονήσαντες θεόν· οὐ ποτὲ μὲν ὄν- D τα πατέρα, ποτὲ δὲ μὴ ὄντα, κατὰ τὸν δυσσεβῆ τοῦτον ἀρειανὸν, χρονικὸν ἢ πρόσκαιρον δοξάζοντες τὸν υἱόν. εἰ γὰρ κτίσμα κατὰ τοὺς ἀρειομανίτας ὁ υἱὸς, οὐχ ὑπάρχων πατρὶ ὁμοούσιος, εἰς τὸ μὴ εἶναι συστήσεται καὶ ὁ πατὴρ, οὐχ ὑφεστῶτος υἱοῦ, οὐκ ὢν ποτὲ κατ' αὐτοὺς πατήρ. εἰ δὲ ἀεὶ πατήρ ἐστιν, ὑφεστῶτος δηλονότι τοῦ ἐξ αὐτοῦ ἀληθινοῦ καὶ οὐ κατὰ ἀπόρροιαν γεννήματος· ἀπαθὴς γὰρ ὁ θεός· πῶς οὐκ ἄφρων καὶ μανιώδης, ὁ τὴν

Chriſtianarum de virtute legum ignarus, avitam fidem, ab Apoſtolis continua ſerie per Patres nobis traditam, prodere eos coegit: clementiſſimo Auguſto Valenti gratiſſimum id fore aſſeverans. Aſſentiatis miſeri, clamabat, aſſentiatis dogmati Arianorũ. Quamvis enim vera ſit religio quam colis, ignoſcet tamen vobis Deus: quippe qui non veſtra ſponte, ſed neceſſitate compulſi id feceritis. Nam neceſſitati quidẽ excuſatio ſemper relinquitur: liberam autem voluntatem ſequitur accuſatio. Has igitur rationes præ oculis veſtris habentes, omni cunctatione abjecta, alacres accedite ad ſubſcribendum dogmati Ariano, quod nunc diſertis verbis prædicat Lucius. Ac pro certo habere, vos ſi quidem parueritis, pecunias & opes atque honores ab Imperatoribus conſecuturos: ſi vero renuatis, carcerem, tormenta, quæſtiones, flagra & cruciatus vos eſſe ſubituros; & pecuniis ac poſſeſſionibus cunctis ſpoliatos, & patria extorres, in loca aſpera atque incommoda deportandos. Ad hunc modum generoſus ille vir, fraude atque illecebris minas ſuas temperans, hortabatur ſimul & cogebat cunctos, ut à pia ſententia recederent. Verum illi pietatis proditionem omni tormento acerbiorem eſſe ducentes, uti revera eſt, illi his verbis coacti reſponderunt, fraudem ejus pariter ac minas ſua virtute animique magnitudine calcantes. Deſine tandem, deſine, his verbis nos terrere. Ceſſa inanes proferre ſermones. Nos enim nec novitium, nec recentem colentes Deum: licet inſtar maris fluctuum inaniter ſpumes, & tanquam vehemens ventus cum fragore irruas, rectæ ac piæ doctrinæ ad extremum uſque ſpiritum adhæſuri ſumus; non potentiæ, non ſapientiæ expertem, non ſine veritate unquam fuiſſe ſentientes Deum: non eum aliquando fuiſſe Patrem, aliquando autem non fuiſſe; juxta impium iſtum Arianum, Filium temporalem eſſe credendo. Nam ſi Filius creatura eſt, ut ajunt Ariomanitæ, nec conſubſtantialis Patri; ad nihilum redigetur etiam Pater, cùm ſecundùm ipſos Filio non exiſtente, Pater aliquando non fuerit. Si vero ſemper eſt Pater, exiſtente ſcilicet ex ipſo vero fœtu, & non per defluxum: Deus enim paſſionis expers eſt, qui fieri poteſt, ut non amens ſit ac vecors qui

A de Filio dicit, fuit tempus cùm non eſſet, cui cuncta accepto ferre debent quòd exiſtunt. Hæc de cauſa patres noſtri qui ex toto terrarum orbe Nicæam convenere, à quibus excidentes iſti, meritò ſpurii facti ſunt, cùm perverſam Arii opinionem, quàm nunc junior iſte defendit, anathemate damnaſſent, non alterius quàm Patrem ſubſtantiæ Filium eſſe dixerunt, ſicuti nunc cogis nos dicere, ſed ex una eademque ſubſtantia. Quod pio ſenſu rectè intelligentes, ex multis divinis vocibus in unum collectis, conſubſtantialem eſſe confeſſi ſunt. Hæc & hujuſmodi alia B cùm dixiſſent, eos multis diebus Comes in carcere detinuit, ratus eo ſe facto à pia ſententia illos abductum. Verùm illi, velut in ſtadio fortiſſimi athletæ, abjecta omni formidine, rebus à majoribus ex divina mente fortiter geſtis ſe ipſos communientes, excelſiore animo pro pietatis defenſione ſtabant, cruciatus gymnaſium virtutis eſſe ducentes. Cùm igitur ad hunc modum decertarent, & ſpectaculum, ſicut ait beatus Paulus, facti eſſent Angelis & hominibus, accurrit tota civitas viſura athletas Chriſti; qui flagra judicis ipſos torquentis tolerantiâ ſuâ ſuperabant, C & trophæa adverſ⁹ impietatem per patientiam erigebant, & de Arianis palam triumphabant. Quos hoſtis ille acerbiſſimus minis ac fraudibus ſubacto, impiæ in Chriſtum factioni deditum ſe putabat. Fatigatus igitur in infligendis quæ ſubinde excogitabat tormentis, cùm univerſus populus crebro ingemiſceret ac lugeret; crudelis iſte & ab omni ſenſu humanitatis alien⁹, convocatis iterum turbis incompoſitis & ad tumultuandum aſſuetis, eos ad judicium ſeu potius ad paratam condemnationem, vocat juxta urbis por- D tum, Gentilibus ac Judæis multas adverſus eos acclamationes magna mercede conductas ex more jactantibus. Cúmque ipſi manifeſtæ Arianorum impietati cedere noluiſſent, univerſo populo ante prætorium lamentante, ſententiam in eos profert, ut Alexandria excedentes, in urbem Phœnices Heliopolim migrent: in qua ne audire quidem nomen Chriſti ullus incolarum ſuſtinet. Sunt enim omnes ſimulachrorum cultores. Mox cùm illos navigium conſcendere juſſiſſet, ipſe in portu ſtans: prope enim in publico lavacro ſententiam contra eos tulerat,

A ὅτε οὐκ ἦν φρονῶν τὸν υἱόν, δι' οὗ τὰ πάντα εἰς εἶναι κατὰ χάριν συνέστη; οἱ γοῦν ἡμέτεροι κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην πατέρες, ὧν ἐκπεσόντες οὗτοι εἰκότως ἀπάτορες γεγόνασιν, ἐν νικαίᾳ συνελθόντες, ἀναθεματίσαντες τὴν ἀρείου κακοδοξίαν, ἧς ὁ νεώτερος οὗτος νῦν περιΐσταται, οὐχ ἑτεροούσιον, ὅνπερ ἡμᾶς εἰπεῖν καταναγκάζεις, τὸν υἱὸν εἰρήκασι τοῦ πατρὸς ἀλλ' ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας. ὃ καλῶς μετ' εὐσεβοῦς διανοίας νοήσαντες, ἐκ πολλῆς τῶν θείων ῥημάτων συλλογῆς, ὁμοούσιον ὡμολόγησαν. τὰ δὴ τοιαῦτα, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια λέγοντας, καθεῖρξεν ἡμέρας B πολλῶν, οἰόμενος τῆς εὐσεβοῦς μετακινήσειν γνώμης. οἱ δὲ μᾶλλον, ὥσπερ ἐν σταδίῳ τῶν ἀθλητῶν οἱ γενναιότατοι, δειλίαν πᾶσαν ἀποσείσαντες, ἐπαλείφοντες ἑαυτοὺς τοῖς τῶν πατέρων διὰ θείων λογισμῶν ἀνδραγαθήμασι, γενναιότερον εἶχον περὶ τὴν εὐσέβειαν τὸ φρόνημα, γυμνάσιον ἀρετῆς τὰς στρέβλας ἡγούμενοι. οὕτω τοίνυν ἀγωνιζομένων, καὶ θέατρον ὡς ὁ μακάριος παῦλος γράφει γενομένων καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις, ἐπέτρεχεν ἡ πόλις ἅπασα, ἀθλητὰς θεασαμένη χριστοῦ, καρτερίᾳ τοῦ βασανίζοντος δικαστοῦ νικῶντας τὰς μάστιγας, καὶ τρό- C παια δι' ὑπομονῆς κατὰ ἀσεβείας ἐπαίροντας, καὶ θριάμβους κατὰ ἀρειανῶν ἐπιδεικνυμένους. οὓς ὑποτάξας ὁ πικρὸς οὗτος πολέμιος δι' ἀπειλῶν καὶ ἀπάτης, τοῖς εἰς χριστὸν ἀσεβοῦσιν ἐκδώσειν ἐνόμιζεν. ἀποκαμήσας τοίνυν ταῖς τῶν βασάνων δι' ἐπινοίας χαλεπῆς προσβολαῖς, ἁπάντων τῶν λαῶν ὀδυρομένων ποικίλως διὰ πολλὰ τῷ θρήνῳ, ὁ πικρὸς καὶ πάσης ἀποδέων φιλανθρωπίας, τὰ συνήθη πάλιν πρὸς ἀταξίαν συναθροίσας πλήθη, ἐπὶ κρίσιν αὐτούς, μᾶλλον δὲ ἕτοιμον κατάκρισιν καλεῖ, πρὸς τῷ τῆς θα- D λάσσης λιμένι. πολυωνήτων συνήθως καὶ αὐτῶν ἐπαφιεμένων τῶν βοῶν παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν, καὶ τῶν ἰουδαίων. καὶ μὴ θελησάντων εἶξαι τῇ προφανεῖ δυσσεβείᾳ τῶν ἀρειομανιτῶν, ἀποφαίνεται, τῶν λαῶν πρὸ τοῦ δικαστηρίου πάντων ὀδυρομένων, τῆς ἀλεξανδρείας μεταναστάντας τὴν ἡλιούπολιν τῆς φοινίκης οἰκῆσαι, ἔνθα τῶν ἐνοικούντων οὐδεὶς κἂν ἀκοῦσαι τὸ τοῦ χριστοῦ ἀνέχεται ὄνομα. εἰδωλικοὶ γὰρ οἱ πάντες. παραυτὰ δὴ σκάφους ἐπιβῆναι προστάξας, αὐτὸς ἑστηκὼς ἐπὶ τοῦ λιμένος, πλησίον γὰρ ἐν δημοσίῳ λουτρῷ τὴν κατάκρισιν κατ' αὐτῶν

ὤρισε, γυμνὸν ἐπιδεικνύμενος τὸ ξίφος, νο- A
μίσας ἐκ τούτου φοβεῖν τοὺς τῇ διστόμῳ μαχαί-
ρᾳ τοὺς πολεμίους δαίμονας πολλάκις κατα-
τρώσαντας, οὕτω δὴ οὖν ἀποπλεῖν αὐτοὺς κελεύει,
οὐκ ἐμβαλομένους ἐπιτήδεια, οὐ παραμύθιόν τι τὸ
σύνολον τῆς ἐξορίας ἔχοντας· καὶ τὸ θαυμαστὸν καὶ
ἄπιστον, τῆς θαλάσσης ἐπαφριζούσης καὶ δυσχε-
ρῶς οἶμαι διὰ τοῦτο φερούσης, καὶ μὴ βουλομέ-
νης, ἵν' οὕτως εἴπω, δι' ὑποδοχῆς τῶν ἀνδρῶν, ἀ-
δίκῳ κοινωνῆσαι κελεύσματι. ἐνέφαινε γὰρ καὶ
τοῖς ἀγνοοῦσι καὶ τοῦ κρίναντος τὴν βάρβαρον προ-
αίρεσιν. ἔστι γοῦν ἀληθῶς εἰπεῖν, ἐξέστη ὁ οὐρανὸς
ἐπὶ τούτῳ. ἐστέναξε γὰρ ἡ πόλις ἅπασα, καὶ μέ- B
χρι τοῦ νῦν θρηνεῖ. καὶ οἱ μὲν, ἀλληλεπαλλήλῳ τῇ χει-
ρὶ κτύπον ἐκ στηθῶν μακρὸν ἀπέπεμπον. οἱ δὲ
τὰς χεῖρας ὁμοῦ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς οὐρανὸν
ἀνέτεινον, τὴν βίαν διαμαρτυρόμενοι, μονονου-
χὶ λέγοντες· ἄκουε οὐρανὲ καὶ ἐνωτίζου ἡ γῆ, ὅτι
παράνομα τὰ γινόμενα· καὶ ὅλως οἰμωγῆς τὸ
πᾶν ἐπεπλήρωτο καὶ μέλη, καὶ θρῆνος ἦν ἐν πάσῃ
τῇ πόλει χορεύων, ἦν καὶ ποταμὸς ἐκ δακρύων σχε-
δὸν καλύπτων πλημμύρᾳ τὴν θάλατταν, τοῖς
ἅπασιν ἄφνω προσερρύετο. ὅτε τοίνυν ὁ προειρ-
ημένος ἐπὶ τοῦ λιμένος παρὼν, τοῖς ἐρέταις ὑ- C
ψοῦν τὰ ἱστία προσέταττε, τότε σύμμικτος οἰ-
μωγὴ παρθένων καὶ γυναικῶν, πρεσβυτέρων καὶ
νέων, καὶ θρῆνοι προσπεπλεγμένοι δάκρυσιν ὀξέ-
σιν, αἱ τῶν ἁπάντων βοαὶ, τῆς ἐπαφριζούσης θα-
λάσσης τὸν προσρησσόμενον σωρὸν τοῖς κύμασι
κτύπον ἐκάλυπτον. ἀλλ' οὕτω τῶν προειρημένων
ἀποπλεόντων εἰς Ἡλιούπολιν, ἔνθα δεισιδαιμό-
νων πᾶς, ἔνθα τοῦ διαβόλου τὰ πρὸς ἡδονὴν ἐ-
πιτηδεύματα, ἔνθα θηρίων ἐφέστια φοβερά.
ὄρη γὰρ ἦν κύκλῳ πανταχόθεν οὐρανῶν προσ-
πελάζοντα, (4) πάντες λοιπὸν ἐν μέσῃ τῇ πό-
λει, κοινῇ καὶ ἕκαστος ἰδίᾳ ὀλοφυρόμενοι. D
καὶ στεναγμῶν ἐπιπέμποντες ῥήματα, οὐδὲ
δακρύειν ἐπετρέποντο, κελεύσει τοῦ τῆς πόλεως ἐ-
πάρχου Παλλαδίου, δεισιδαιμονεστάτου καὶ αὐτοῦ
τυγχάνοντος. πολλοὶ γὰρ τῶν κλαιόντων, ἁρπα-
ζόμενοι καὶ φυλακιζόμενοι πρότερον, εἶτα
αἰκιζόμενοι, ξαινόμενοι, βασανιζόμενοι,
τοῖς Φεννησίοις καὶ Προικοννησίοις παρεδίδοντο
μετάλλοις, ἄνθρωποι τῆς ἐκκλησίας δι' ἔνθεον
ζῆλον ὑπέρμαχοι. οἱ πλείους γὰρ ἦσαν μονά-
ζοντες, ἔρημον οἰκοῦντες δι' ἄσκησιν· μεθ' ὧν
εἴκοσι καὶ τριῶν τυγχανόντων, μικρὸν ὕστερον

ſtrictum gladium oſtentabat, ratus hoc facto ſe territurum eos qui ancipiti gladio infeſtos dæmonas ſæpius vulneraverant. Sic igitur ſolvere eos jubet, nullo commeatu inſtructos, nihil prorſus habentes ſolatii ad exilium perferendum: quodque mirandum & incredibile eſt, ſpumante mari, ac per hoc, ut arbitror, indignante, nec ſuſtinente, ut ita dicam, ut per horum virorum ſuſceptionem injuſti præcepti ſocius ac particeps fieret. Demonſtrabat enim barbarum judicis propoſitum iis quoque qui illud ignorabant. Vere igitur dici poteſt: obſtupuit cœlum ob hoc facinus. Ingemuit enim univerſa civitas, & in hodiernum uſque diem luget. Et alii quidem pectus identidem manibus percutientes, ingentem ſonitum edebant. Alii manus ſimulatque oculos in cœlum tollebant, vim conteſtantes, tantum non iſta dicentes: Audi cœlum, auribus percipe terra, quàm iniqua ſint quæ fiunt. Deniq; ejulatu plena erant omnia: næniæ ac lamentationes tota urbe reſonabant. Et fluvius quidam lachrymarum, mare ipſum inundatione ſua obtegens, cunctis repente effluxit. Itaque cùm ſupra memoratus in littore ſtans, remigibus præciperet, ut vela panderent: Tunc promiſcuus ululatus virginum ac mulierum, ſenum ac juvenum, & lamenta acerbis lachrymis permixta; clamoresque omnium ſimul juncti, fremitum ventorum qui turbati maris fluctibus allidebantur, longe ſuperabant. Dum ſupradicti hoc modo navigarent Heliopolim, qua in urbe omnes ſunt idolorum cultores: ubi ſtudia atque inſtituta diaboli vigent ad volptatem tendentia: ubi ferarum horrenda domicilia: montibus enim undique cingitur cœlo ipſi contiguis: omnes poſthæc in media urbe publice, & privatim ſinguli gementes & verba lugubria fundentes, ne flere quidem permiſſi ſunt, vetante id Palladio Præfecto urbis Alexandriæ, qui & ipſe dæmonum cultui erat addictiſſimus. Multi enim ex flentibus rapti; ac prius cuſtodiæ mancipati, deinde verberati, lacerati, torti, ad Phennenſia & Proconneſia metalla damnati ſunt, viri, qui pro Eccleſiæ defenſione divino zelo incenſi pugnaverant. Plerique enim erant Monachi, accuratioris ac diſtrictioris vitæ ſtudio ſolitudinem incolentes, tres ac viginti numero. Cùm quibus paulo poſt

Diaconus quoque, qui à chariſſimo no- A
ſtro Damaſo Epiſcopo urbis Romæ
conſolatorias ſimul & communicato-
rias litteras attulerat, manibus poſt ter-
gum revinctis, publice à carnificibus
ductus eſt, non ſecùs ac inſignis quiſ-
piam maleficus, qui cùm homicidarum
tormentis & adhuc acerbioribus cruci-
atus fuiſſet, lapidibus ac plumbatis cer-
vice diu verberata, navigium in mari
conſcendit ſicut cæteri, divinæ crucis
ſigno frontem ſuam conſignans, omni-
que cura & ſolatio deſtitutus, ad æris
metalla datus eſt quæ ſunt in Phenne.
Porro dum judex tenera puerorũ cor-
pora adhuc torqueret, quidam juxta i- B
pſa cadavera remanſerunt, ne exequia-
rum quidem honore iis perſoluto; cùm
parentes, fratres & cognati, tota deni-
que, ut ita dicam, civitas unum hoc ex-
tremum ſolatium ſibi concedi flagitaſ-
ſent. Sed ô ſummam judicantis, ſeu
potius damnantis, immanitatem. Qui
pro pietate certaverant, cùm homici-
dis non ſunt judicati, inſepultis corpo-
ribus jacentes. Qui ſtrenue depugna-
verant, feris ac volucribus laniandi ob-
jiciebantur. Qui cæſorum patribus
compati propter conſcientiam volue-
rant, perinde ac ſi grave facinus admi-
ſiſſent, capite truncabantur. Quæ lex C
Romana, quæ Barbarorum ſententia,
in eos unquam animadvertit, qui pa-
rentibus condoluiſſent? Quis unquam
ex Veteribus, tam iniquum facinus per-
petravit? Juſſit quondam Pharao, ut
Hebræorum maſculi necarentur. Sed
invidia ac metus hoc mandatum ei ſug-
geſſerat. Quanto ea quæ tunc geſta fue-
runt, humaniora ſunt iis quæ nunc cer-
nimus? Quanto magis optabilia, ſi
optio detur injuriæ? Quanto potiora,
ſi conferatur iniquitas, tametſi vitia à
ſe invicem ſejungi non poſſint. Incre-
dibilia ſunt quæ dicuntur, immania & D
gravia; crudelia & barbara; immitia at-
que acerba. His tamen oblectabantur
atq; exultabant Arianæ dementiæ ſe-
ctatores. Cùmque univerſa civitas la-
mentaretur: nulla enim erat domus, ſic-
ut in Exordio ſcriptum eſt, in qua non
eſſet mortuus: ii tamen, quorum ani-
mus in omni ſcelere exercitatus nulla
iniquitate ſatiari poterat, nequaquàm
quievêre. Propoſitum enim ſuum ad
pejora ſemper acuentes, improbitatis
ſuæ venenum uſq; ad Epiſcopos pro-
vinciæ protulerunt, ſatellitem ac mi-
niſtrũ ſceleris habentes Comitẽ largi-

ὁ διάκονος ὁ παρὰ τοῦ ἀγαπητοῦ ἡμῶν Δαμά-
σου τοῦ τῆς Ῥώμης ἐπισκόπου, κομίσας ὁμ
παρακλητικὰ καὶ κοινωνικὰ γράμματα, ὀ-
πίσω τὼ χεῖρε δεθεὶς, ὑπὸ δημίων δημοσ
ἤγετο, ὥσπερ τις τῶν κακούργων περιβόητος
ὃς φονέων βασάνοις ἐπέκεινα κοινωνήσας, λ
θοις καὶ μολιβδίσι καί αὐλῶν τῶν αὐχέν
ἐπὶ πολὺ μαστιζόμενος ἐπέβαινε σκάφει
τῆς θαλάσσης παραπλησίως τοῖς ἄλλοις, τοῦ θ
σταυροῦ ἐπὶ μετώπου τὸ σημεῖον χαρακτηρί-
σας, οὐ τημελείας, οὐ θεραπείας τυχὼν, τοῖ
κατὰ Φέννης παρεδόθη μετάλλοις. ἔστι δὲ ταῦτα
χαλκοῦ. ἔτι γοῦν βασανίζοντος τοῦ δικαστοῦ
ἁπαλὰ παιδαρίων σώματα, τινὲς μὲν παρ
αὐτὰ μεμενήκασιν, οὐδ᾽ ὁσίας κοινωνήσαν
γονέων καὶ ἀδελφῶν καὶ συγγενῶν, καὶ πά-
σης ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῆς πόλεως, μίαν α
τοῖς αἰτούντων δοθῆναι τὴν ὑστάτην ταύτ
παράκλησιν. ἀλλ᾽ ὦ πολλῆς ἀπανθρωπίας
τοῦ δικάζοντος, μᾶλλον δὲ τοῦ καταχρίνοντος
οἱ δι᾽ εὐσέβειαν ἀθλήσαντες, φονεῦσιν οὐ συγ-
κρίνονται, ἄταφοι μένοντες τὰ σώματα· οἱ κα-
λῶς ἀγωνιζόμενοι, θηρίοις καὶ πτηνοῖς πρὸς βο-
ρὰν ἐρρίπτοντο· οἱ συμπαθῆσαι βεβουλευμέ-
νοι πατράσι διὰ τὴν συνείδησιν, τὴν κεφαλὴ
ὡς παράνομα δράσαντες ἀπετέμνοντο. ποῖ
νόμος Ῥωμαίων, ποία δὲ γνώμη βαρβάρων το
πατράσι συμπαθοῦντας ἠμύνατο; τίς
τῶν παλαιῶν ποτὲ ἔδρασε τοιοῦτόν τι παράνο-
μον; ἐκέλευσέ ποτε Φαραὼ ἀναιρεῖσθαι τῶν
Ἑβραίων τὰ ἄρρενα. ἀλλὰ φθόνος καὶ δέος ὑπ-
έβαλλε τοῦτο τὸ πρόσταγμα. πόσῳ τὰ τότ
τῶν νῦν φιλανθρωπότερα; πόσῳ ποθεινὰ πρὸ
αἵρεσιν ἀδικήματος, πόσῳ βελτίονα πρὸ
σύγκρισιν ἀνομήματος, κἂν ἀλλήλων αἱ κα-
κίαι μὴ χωρίζονται. ἄπιστα τὰ λεγόμενα, ἀ-
πάνθρωπα καὶ δεινὰ, ὠμὰ καὶ βάρβαρα, ἀ-
νηλεῆ καὶ πικρά. ἀλλ᾽ ἐν τούτοις ἐγαυρίων
τῆς Ἀρείου μανίας ὑπήκοοι χορεύοντες. τῆ
δὲ πόλεως πάσης ὀλοφυρομένης· οὐκ ἦν γ
οἰκία ἐν ᾗ οὐκ ἦν τεθνηκὼς, ὡς ἐν τῇ ἐξόδ
γέγραπται· οὐκ ἠρέμησαν πάλιν, οἱ τὴν ἐπ
ἀκόρεστον πρὸς παρανομίαν ἀσκήσαντες. ἐπ
γὰρ τὰ χείρω τὴν προαίρεσιν γυμνάζοντ
μέχρι τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων τὸν ἰ
ον τῆς κακίας ἰὸν ἐπεκτείνοντες, δορυφόρ
πρὸς ἀδικίας τῷ τῶν λαργιτιόνων χρώμενο
κόμιτ

κόμιζε τῷ προειρημένῳ Μάγνῳ, τοὺς μὲν, βουλευτηρίῳ παρέδοσαν, τοὺς δ' ἄλλους, ὃν ἠβούλοντο τρόπον ἐνήδρευον, πανταχόθεν πρὸς ἀσέβειαν τοὺς πάντας θηρεῦσαι βουλόμενοι, οὐδὲν ἀφέντες ἀτόλμητον. Ἀλλὰ γὰρ καὶ πάντα περιερχόμενοι κατὰ τὸν ἴδιον τῆς αἱρέσεως πατέρα διάβολον, ζητοῦσι τίνα καταπίωσι· καθ' ὅλου τοίνυν παρὰ πάντων ἀπορούμενοι, ἕνδεκα τῶν ἀπὸ τῆς αἰγύπτου τὸν ἀριθμὸν ἐπισκόπων, ἄνδρας ἐκ παιδίου μέχρι γήρως τὴν ἔρημον ἀσκήσεως χάριν οἰκήσαντας, καὶ λόγῳ καὶ πράξει τὰς ἡδονὰς ὑποτάξαντας, καὶ τὴν εὐσεβῆ πίστιν ἀνεπαισχύντως κηρύττοντας, καὶ τὰ τῆς εὐσεβείας γαλουχηθέντας δόγματα, καὶ νίκην πολλάκις κατὰ δαιμόνων ἐπάραντας, ἀρετῇ δυσωποῦντας τὸν ἀντίπαλον, καὶ τὴν ἀρειανὴν σοφωτάτῳ λόγῳ στηλιτεύοντας αἵρεσιν, ὄργανον ὠμότητος τὸν προειρημένον ἔχοντες, ὑπερορίους πεποιήκασιν, ἐν οἰκουμένῃ παρὰ τῶν κυριοκτόνων ἰουδαίων πόλει, τοὔνομα διοκαισαρείᾳ· καὶ ὅμως ὡς ὁ ᾅδης, ἐπὶ θανάτῳ τῶν ἀδελφῶν οὐκ ἐμπιπλάμενοι, ἁπανταχοῦ γῆς ἐτόλμησαν οἱ παράφρονες καὶ ἀβέλτεροι τῆς οἰκείας ὠμότητος καταλεῖψαι μνημόσυνα, ἐκ κακῶν ἔχειν τὸ γνώρισμα βουλόμενοι· ἰδοὺ γὰρ πάλιν κληρικοὺς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐν ἀντιοχείᾳ διατρίβοντας, ἅμα σπουδαίοις μονάζουσι, τὰ τῆς δραματουργίας αὐτῶν διαμαρτύρασθαι προθεμένους, βασιλικὰς ἠχήσαντες κατ' αὐτῶν ἀκοὰς, τὴν νεοκαισάρειαν τοῦ πόντου οἰκεῖν παρεσκεύασαν· οἳ τάχα καὶ τοῦ ζῆν ἐστερήθησαν, διὰ τὴν τῶν τόπων ἀγριότητα. Τοιαύτας ὁ καιρὸς ἐκεῖνος ἐδέξατο τραγῳδίας· σιγῆς μὲν καὶ λήθης ἀξίας, ἐν συγγράμμασι δὲ τιθεμένας εἰς ἔλεγχον τῶν κατὰ τοῦ μονογενοῦς κινησάντων τὰς γλώττας· οἳ τὴν τῆς βλασφημίας εἰσδεξάμενοι λύτταν, οὐ μόνον τὸν τῶν ὅλων δεσπότην τοξεύειν ἐπιχειροῦσιν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τῶν εὐσεβῶν αὐτοῦ θεραπόντων τὸν ἄσπονδον ἀνεδέξαντο πόλεμον.

A tionum, quem ſupra diximus, Magnum. Et alios quidem Curiæ tradiderunt: alios aliis modis pro arbitrio ſuo vexarunt: nihil intentatum relinquentes, dum cunctos undiquaque ſtudent ad impietatem pertrahere. Omnia enim circumeuntes, quemadmodum parens & auctor hæreſeos ipſorum diabolus, quærunt quem devorent. Poſtremo cum eorum conatus ab omnibus repelleretur, Epiſcopos Ægypti undecim numero; viros, qui ab ineunte ætate usque ad ſenectutem, diſtrictioris vitæ gratiâ ſolitudinem incoluerant; qui ratione &
B actu voluptates corporis ſuperaverant; qui piam fidem audacter prædicabant; qui pietatis doctrinam unà cum nutricis lacte ſuxerant; qui victoriam de dæmonibus ſæpe retulerant; qui ſua virtute pudorem incutiebant adverſario; qui denique Arianam hæreſin ſapientiſſima oratione convincebant ac denotabant, miniſtro crudelitatis ſuæ uſi ſupra memorato Magno, Diocæſaream relegarunt, urbem, quæ à Judæis Domini interfectoribus colitur. Et tamen velut Orcus, fratrum morte minime ſatiati, crudelitatis ſuæ monumenta dementes ac ſtulti ubique terrarum relinquere
C auſi ſunt, famam ex malefactis conſequi ſtudentes. Ecce enim rurſus Eccleſiæ Catholicæ clericos Antiochiæ degentes, qui unà cum piis quibusdam monachis adverſus fraudes eorum proteſtari decreverant, cùm Imperatoris aures variis contra illos criminationibus obtudiſſent, Neocæſaream Ponti relegari fecerunt. Qui nunc ipſa etiam vita forſitan privati ſunt ob locorum aſperitatem. Hujusmodi tragœdias tempus illud expertum eſt; ſilentio quidem & oblivione dignas, ſed quæ litteris traditæ ſunt, ad reprehenſionem eorum, qui adverſus unigenitum Filium DEI
D linguas ſuas exacuerunt. Qui peſtilenti blaſphemiæ morbo correpti, non ſolum in Dominum univerſorum tela jacere conantur, ſed & adverſus pios ejus famulos implacabile bellum ſuſceperunt.

A

## Cap. XXIII.

*De Mabia Saracenorum Regina, & de Moſis monachi ordinatione.*

PEr idem tempus, Iſmaelitarum gens vicinas Romani Imperii provincias populabatur. Eorum Dux erat Mavia; quæ naturalis ſexus oblita, virilem animum induerat. Hæc poſt multa prælia, icto tandem fœdere cum Romanis, & ſuſcepto divinæ cognitionis lumine, petiit ut Genti ſuæ ſacerdos crearetur Moſes quidam, qui in confinio Ægypti ac Paleſtinæ morabatur. Cui petitioni annuens Imperator Valens, hominem Alexandriam duci præcepit: hæc enim civitas erat vicinior, ibique Pontificalem gratiam ſuſcipere. Qui cum eò perductus eſſet, videretque Lucium manus ipſi imponere conantem: Abſit, inquit, ut ego manu tua ordiner. Te enim invocante, non ſupervenit gratia Spiritus Sancti. Ad hæc Lucius; unde nam vero, inquit, conjecturâ ductus hæc dicis. Cui Moſes reſpondit: Non conjectura ductus hoc dico, ſed probe novi. Nam & Apoſtolicam doctrinam impugnas, & contraria ei loqueris. Et cum impiis ſermonibus iniqua facinora egregiè conſentiunt. Quis enim impius, tuâ operâ Eccleſiaſticis conventibus non inſultavit? Quis vir laude dignus fugatus non eſt? Quam Barbaricam feritatem non ſuperant quotidiana auſa tua. Hæc ille cum ingenti fiducia dicebat: Lucius verò cædis avidus audiebat. Et cupiebat quidem occidere; ſed verebatur ne ſedatum jam bellum iterum ſuſcitaret. Quamobrem ad alios Epiſcopos eum deduci juſſit, quos ille poſtulaverat. Cum hac igitur admirabili fide, ſacerdotali quoque gratia ſimul percepta, ad eos qui ipſum petierant, perrexit. Et Apoſtolicis prædicationibus pariter ac miraculis eos ad veritatis tramitem perduxit. Et Alexandriæ quidem hæc à Lucio tentata: per divinam autem providentiam hoc modo diſpenſata ſunt.

## Κεφ. κγ΄.

Περὶ μαβίας τῆς ἀρχηγοῦ τῶν σαρακηνῶν, καὶ τοῦ μωϋσέως τοῦ μονάζοντος χειροτονίας.

ΚΑΤ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, τὴν ἰσμαηλιτῶν τὰ φῦλα τὰς πελαζούσας τῆς ῥωμαίων ἡγεμονίας ἐληΐζετο χώρας. μαβία δὲ τούτων ἡγεῖτο, οὐχ ὁρῶσα μὲν ἣν ἔλαχε φύσιν, ἀνδρείῳ δὲ φρονήματι κεχρημένη· αὕτη μετὰ πολλὰς συμπλοκὰς σπεισαμένη, εἶτα τῆς θεογνωσίας εἰσδεξαμένη τὸ φῶς, ᾔτησεν ἀρχιερέα προβληθῆναι τῷ ἔθνει, μωσῆν τινὰ ἐν μεθορίῳ τῆς αἰγύπτου καὶ παλαιστίνης ἐσκη-
B νωμένον. ταύτην δεξάμενος ὁ οὐάλης τὴν αἴτησιν, εἰς τὴν ἀλεξάνδρειαν ἀπαχθῆναι τὸν θεῖον ἄνδρα προσέταξε, κἀκεῖθεν αὐτὸν τὴν ἀρχιερατικὴν ὑποδέξασθαι χάριν. ἐκείνη γὰρ μᾶλλον ἐπέλαζεν. ἐπειδὴ δὲ ἀπήχθη, καὶ τὸν λούκιον εἶδεν ἐπιθεῖναι αὐτῷ τὴν χεῖρα πειρώμενον. μὴ γένοιτο, ἔφη, παρὰ τῆς σῆς με χειροτονηθῆναι χειρός. οὐκ ἐπιφοιτᾷ γάρ σου καλοῦντος ἡ χάρις τοῦ πνεύματος. ὁ δὲ λούκιος, πόθεν ταῦτα, ἔφη, τοπάζων λέγεις. ὁ δὲ, οὐ τοπάζων εἶπον, ἀλλ' οἶδα σαφῶς. τοῖς τε γὰρ ἀποστολικοῖς δόγμασι διαμάχῃ, καὶ ἀντί-
C παλα φθέγγῃ· καὶ τοῖς βλασφήμοις λόγοις συμβαίνει τὰ παρανόμως γιγνόμενα. τίς γὰρ διὰ σὲ δυσσεβὴς τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς συλλόγοις οὐκ ἐπεκώμασε; τίς τῶν ἀξιεπαίνων ἀνδρῶν οὐκ ἐλήλαται; ποίαν θηριωδίαν βαρβαρικὴν οὐκ ἀπέκρυψε τὰ παρὰ σοῦ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τολμώμενα. ταῦτα ὁ μὲν θαρραλέως ἔλεγεν· ὁ δὲ φονῶν ἤκουε· καὶ σφαγῆς μὲν ἐφίετο. ἐδεδίει δὲ μὴ πάλιν ἐξάψῃ τὸν παυσάμενον πόλεμον. οὗ δὴ χάριν ἑτέροις αὐτὸν ἐπισκόποις προσαχθῆναι προσέταξεν, οὓς ἐκεῖνος ἐξήτησε. μετὰ δὲ τῆς ἀξια-
D γάστου πίστεως τὴν ἀρχιερατικὴν εἰσδεξάμενος χάριν, πρὸς τοὺς αἰτήσαντας παρεγένετο, καὶ ταῖς ἀποστολικαῖς διδασκαλίαις τε καὶ θαυματουργίαις πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐποδήγησεν. ἐν μὲν οὖν τῇ ἀλεξανδρείᾳ, τοιαῦτα ὑπό τε λουκίου ἐτολμήθη, καὶ ὑπὸ τῆς θείας προμηθείας ᾠκονομήθη.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Κεφ. κδʹ.

*Περὶ τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει τολμηθέντων.*

Ἐν δὲ Κωνσταντινουπόλει, σκάφος εὐσεβῶν πρεσβυτέρων ἐμπλήσαντες οἱ τῆς Ἀρείου συμμορίας, ἀφῆκαν ἀνερμάτιστον εἰς τὸ πέλαγος. εἶτά τινας τῶν ὁμογνωμόνων εἰς πορθμεῖον ἕτερον ἐμβιβάσαντες, πῦρ ἐπαφεῖναι τῷ σκάφει τῶν πρεσβυτέρων ἐκέλευσαν. οὗ γενομένου, πυρὶ καὶ θαλάττῃ μαχόμενοι, τέλος τῷ βυθῷ παρεπέμφθησαν, καὶ τοῦ μαρτυρίου τὸν στέφανον ἀνεδήσαντο. ἐν Ἀντιοχείᾳ δὲ ὁ Οὐάλης χρόνον διατρίψας ὅτι μάλιστα πλεῖστον, ἅπασι μὲν ἄδειαν ἐδεδώκει καὶ Ἕλλησι καὶ Ἰουδαίοις, καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅσοι τὸ χριστιανὸν ὄνομα περικείμενοι, τἀναντία ταῖς εὐαγγελικαῖς διδασκαλίαις κηρύττουσι. καὶ γὰρ τὰς ἑλληνικὰς τελετὰς ἐπετέλουν οἱ τῇ πλάνῃ δεδουλωμένοι· καὶ τὴν μετὰ Ἰουλιανὸν ὑπὸ Ἰωβιανοῦ σβεσθεῖσαν ἐξαπάτην, ἀνθῆσαι πάλιν συνεχώρησεν οὗτος. καὶ τὰ Διάσια, καὶ τὰ Διονύσια καὶ τὰ τῆς Δήμητρος ὄργια, οὐκ ἐν παραβύστῳ ἐπλήρουν ὡς ἐν εὐσεβεῖ βασιλείᾳ· ἀλλὰ διὰ μέσης τῆς ἀγορᾶς βακχεύοντες ἔτρεχον. μόνοις δὲ πολέμιος ἦν τοῖς τὴν ἀποστολικὴν διδασκαλίαν πρεσβεύουσι. πρῶτον μὲν γὰρ αὐτοὺς τῶν ἱερῶν ἐξήλασεν οἴκων. αὐτοῖς γὰρ Ἰωβιανὸς ὁ πανεύφημος ἐδεδώκει καὶ τὴν νεόδμητον ἐκκλησίαν. ἐπειδὴ δὲ παρὰ τὴν τοῦ ὄρους συνιόντες κρηπῖδα ὕμνοις τε τὸν δεσπότην ἐγέραιρον, καὶ τῶν θείων λογίων ἀπήλαυον, τῶν ἐναντίων τοῦ ἀέρος ἀνεχόμενοι προσβολῶν, καὶ ποτὲ μὲν ὑετοῦ καὶ νιφετοῦ καὶ κρυμοῦ, ποτὲ δὲ σφοδροτάτου φλογμοῦ, οὐδὲ τῆς ἐπιπόνου ταύτης ὠφελείας μεταλαχεῖν αὐτοὺς συνεχώρησεν· ἀλλ᾽ ἀποστείλας στρατιώτας, ἐσκέδασε.

## Κεφ. κεʹ.

*Ὅπως Φλαβιανὸς καὶ Διόδωρος τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῶν ὀρθοδόξων συνεκρότουν ἐκκλησίαν.*

Φλαβιανὸς δὲ καὶ Διόδωρος, καθάπερ τινὲς πρόβολοι, τὰ προσβάλλοντα διέλυον κύματα· Μελετίου γὰρ τοῦ σφετέρου ποιμένος ἑκὰς διάγειν ἠναγκασμένου, οὗτοι τῆς ποίμνης ἐπεμελοῦντο, τοῖς μὲν λύκοις ἀντιτάττοντες τὴν οἰκείαν ἀνδρείαν τε καὶ σοφίαν, τοῖς

## Cap. XXIV.

*De his, quæ Conſtantinopoli perpetrata ſunt.*

Conſtantinopoli verò, Ariani navem, quam religioſis presbyteris impleverant, absque ſaburra in altum dimiſerunt. Mox quosdam factionis ſuæ homines in alterum navigium imponentes, mandarunt iis ut presbyterorum navem igne admoto ſuccenderent. Quo facto, presbyteri cum igne ſimul ac mari luctantes, tandem in profundum demerſi, coronam martyrii reportarunt. Antiochiæ verò diuturno admodum tempore commoratus Valens, omnibus quidem licentiam conceſſit, tam Gentilibus, quam Judæis, aliisque præterea omnibus, qui Chriſtianum ſibi nomen aſſumentes doctrinam Evangelicæ contrariam prædicabant. Nam & Græcanica myſteria celebrabant ii, qui ſuperſtitioſo errori mancipati erant. Et dæmonum ſeductio, quæ poſt obitum Juliani extincta fuerat à Joviano, permiſſu illius reflореſcere cœpit. Itaque Diaſia & Bacchanalia, & Cereris Orgia, non jam in occulto celebrabant Gentiles, ut ſub religioſo Principe fieri decuerat: ſed per medium forum bacchantes diſcurrebant. Solis vero infenſus erat iis, qui Apoſtolicam doctrinam prædicabant. Nam primùm quidem, ex ſacris ædibus eos ejecit: cum tamen inclitus Jovianus Eccleſiam quoque recens conſtructam iis donaviſſet: Deinde cum ad montis radicem congregati, hymnos in laudem Domini canerent, & divinis fruerentur eloquiis, ingruentes cœli injurias perferendo, nunc imbres & nives ac gelu, nunc ardentiſſimum æſtum tolerantes; ne hac quidem ærumnoſiſſima utilitate eos frui permiſit: ſed immiſſis militibus eos disjecit.

## Cap. XXV.

*Quomodo Flavianus & Diodorus Orthodoxos Antiochiæ collegerint.*

Verum Flavianus ac Diodorus, tanquam obices quidam, irruentes maris fluctus repulerunt. Nam cum eorum paſtor Meletius procul ab ipſis degere compulſus eſſet, ipſi curam gregis agebant: adverſus lupos fortitudinem ac ſapientiam ſuam opponendo;

ovibus vero congruam ſollicitudinem A impendentes. A radicibus ergo montis expulſi, ad ripas proximi fluminis oves paſcebant. Neque enim ſicut olim Babylonii captivi, organa ſua ſuſpendere voluerunt: ſed Creatorem ac bene de ipſis meritum laudabant in omni loco dominationis ejus. Verum ne in hoc quidem loco, conventum piorum paſtorum, qui Domini noſtri Jeſu Chriſti divinitatem prædicabant, pertulit inimicus. Iterum ergo admirandum illud paſtorum par, ſacris ovibus congregatis in campo, in quo milites exerceri conſueverant, ſpirituale pabulum ſubminiſtravit. Ac Dio- B dorus quidem Sapientiſſimus atque Fortiſſimus, quaſi fluvius quidam limpidus ac ſpatioſus, proprio quidem gregi aquationem præbebat: adverſariorum autem blaſphemias ſubmergebat. Ac generis quidem ſui nobilitatem nullatenus conſiderabat: ærumnas autem pro fidei defenſione libenti animo tolerabat. Flavianus verò vir optimus, ipſe quoque nobili genere natus erat, ſolam vero pietatem nobilitatem eſſe exiſtimabat. Et tanquam puerorum exercitator, magnum Diodorum veluti quendam quinquertionem, ad certamen ungebat. Eo nam- C que tempore in Eccleſiaſticis conventibus non concionabatur Flavianus: ſed concionantibus magnam copiam argumentorum & ſententiarum S. Scripturæ ſubminiſtrabat. Et illi quidem contra Arii blaſphemias jacula torquebant. Hic vero ex mente, tanquam ex pharetra quadam, ſagittas depromebat. Ac domi quidem & in publico diſputans, hæreticorum caſſes facile dirumpebat, eorumque argumenta telis aranearum ſimilia eſſe monſtrabat. Hic commilitonem ſeſe adjunxit Aphraates ille, cujus vitam & converſationem in hiſtoria Philo- D theo deſcripſimus. Nam cum ſalutem ovium quieti ſuæ anteponendam duxiſſet, relicto monaſtico tugurio, paſtorales ſudores toleravit. Quantas porro virtutis opes coacervaverit, ſuperfluum nunc arbitror commemorare, cum in alio opere iſta retulerim. Unum illius facinus hîc narrabo, quod huic hiſtoriæ convenientiſſimum eſt.

δὲ προβάτοις προσφέροντες τὴν ἁρμόττουσαν θεραπείαν. ἐκ δὴ οὖν τῆς ὑπωρείας ἐξελαθέντες, παρὰ τὰς ὄχθας τοῦ γείτονος ποταμοῦ τὰ πρόβατα ἔνεμον. οὐ γὰρ ἠνέσχοντο κατὰ τοὺς ἐν Βαβυλῶνι δορυαλώτους, κρεμάσαι τὰ ὄργανα. ἀλλ' ὕμνουν τὸν ποιητήν τε καὶ εὐεργέτην ἐν παντὶ τόπῳ τῆς δεσποτείας αὐτοῦ. ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἐν τῷδε τῷ χωρίῳ σύνοδον ἠνέγκε τῶν εὐσεβῶν νομέων τὸν δεσπότην Χριστὸν θεολογούντων, ὁ πολέμιος· πάλιν δὴ οὖν τῶν θαυμασίων ἐκείνων ποιμένων ἡ ξυνωρὶς εἰς τὸ πολεμικὸν γυμνάσιον τὰ θεῖα πρόβατα συναγείρασα, τὴν πνευματικὴν ὑπεδείκνυ πόαν. καὶ Διόδωρος μὲν ὁ σοφώτατός τε καὶ ἀνδρειότατος, οἷά τις ποταμὸς διειδής τε καὶ μέγας, τοῖς μὲν οἰκείοις τὴν ἀνδρείαν προσέφερε· τὰς δὲ τῶν ἐναντίων βλασφημίας ἐπέκλυζε. καὶ τὴν μὲν τοῦ γένους οὐκ ἐλογίζετο περιφάνειαν, τὴν δὲ ὑπὲρ τῆς πίστεως ταλαιπωρίαν ἀσπασίως ὑπέμεινε. Φλαβιανὸς δὲ ὁ ἄριστος, ἐξ εὐπατριδῶν μὲν καὶ αὐτὸς ἐπεφύκει· εὐγένειαν δὲ τὴν εὐσέβειαν ὑπελάμβανε μόνην· καὶ οἷόν τις παιδοτρίβης, τὸν μέγαν Διόδωρον καθάπερ τινὰ πένταθλον ἤλειφεν ἀθλητήν. κατ' ἐκεῖνον γὰρ τὸν καιρὸν, ἐν μὲν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς οὐκ ἐδημηγόρει συλλόγοις· τοῖς δὲ τοῦτο δρῶσι πολλὴν παρεῖχεν ἀφθονίαν ἐνθυμημάτων τε καὶ γραφικῶν νοημάτων. καὶ οἱ μὲν ἐτείνοντο κατὰ τῆς Ἀρείου βλασφημίας τὰ τόξα. οὗτος δὲ καθάπερ ἔκ τινος βελοθήκης τῆς διανοίας τὰ βέλη προσέφερεν· οἴκοι μέντοι καὶ δημοσίᾳ διαλεγόμενος, τῶν αἱρετικῶν τὰς ἄρκυς ῥᾳδίως διέσπα, καὶ ἀράχνιας ἐδείκνυ τὰ ἐκείνων προβλήματα. συνηγωνίζετο δὲ τούτοις καὶ Ἀφραάτης ἐκεῖνος, οὗ τὴν πολιτείαν ἐν τῇ φιλοθέῳ συνεγράψαμεν ἱστορίᾳ. τὴν γὰρ τῶν προβάτων σωτηρίαν προτιμήσας τῆς ἡσυχίας, τὴν ἀσκητικὴν καταλιπὼν καλύβην, τῶν ποιμενικῶν ἱδρώτων ἠνείχετο· ὁπόσον μὲν οὖν ἐπὶ τῆς ἀρετῆς συνέλεξε πλοῦτον, περιττὸν ἡγοῦμαι νῦν λέγειν, ἐν ἑτέρᾳ πραγματείᾳ ταῦτα συγγεγραφώς. ἓν δὲ μόνον τῶν ἐκείνου διηγήσομαι, μάλα προσῆκον τῇ δε τῇ ἱστορίᾳ.

## Κεφ. κϛʹ.

*Τὰ κατὰ τὸν ἅγιον ἀφραάτην τὸν μονάζοντα.*

ΒΟῤῥάθεν μὲν, ὀρόντης ὁ ποταμὸς παραρρεῖ τὰ βασίλεια. ἐκ δὲ μεσημβρίας, στοὰ μεγίστη διώροφος τῷ τῆς πόλεως ἐπῳκοδόμηται περιβόλῳ, πύργους ὑψηλοὺς ἑκατέρωθεν ἔχουσα. μεταξὺ δὲ τῶν τε βασιλείων καὶ τοῦ ποταμοῦ λεωφόρος ἐστὶν, ὑποδεχομένη τοὺς διὰ τῶν τῇδε πυλῶν ἐκ τοῦ ἄστεος ἐξιόντας, καὶ εἰς τοὺς προαστείους ἀγροὺς παραπέμπουσα. διὰ ταύτης ἀφραάτης παριὼν ὁ θεσπέσιος, εἰς τὸ πολεμικὸν ἀπῄει γυμνάσιον, τῶν θείων προβάτων τὴν προσήκουσαν ποιησόμενος θεραπείαν. τοῦτον ἄνωθεν ἐκ τῆς βασιλείου στοᾶς διακύπτων ὁ βασιλεὺς, εἶδε σισύραν τε ἀναβεβλημένον, καὶ ἐν γήρᾳ βαθεῖ συντόνως βαδίζοντα· καί τινος εἰρηκότος, ὡς ἀφραάτης ἐστὶν, οὗ τὸ τῆς πόλεως ἐξήρτηται πλῆθος, ἔφη πρὸς αὐτόν· ποῖ σὺ βαδίζεις εἰπέ. ὁ δὲ σοφῶς ἅμα καὶ προσφόρως, ὑπὲρ τῆς σῆς, ἔφη, προσευξόμενος βασιλείας. ἀλλ' οἴκοι σε μένειν χρῆν, ὁ βασιλεὺς ἔφη, καὶ ἔνδον κατὰ τὸν μοναδικὸν προσεύχεσθαι νόμον. ὁ δὲ θεῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ, εὖ μάλα, ἔφη, λέγεις ὦ βασιλεῦ. τοῦτό με δρᾶν ἔδει. καὶ τοῦτο δρῶν μέχρι καὶ νῦν διετέλεσα, ἕως εἰρήνης ἀπήλαυε τοῦ σωτῆρος τὰ πρόβατα. ἐπειδὴ δὲ πολὺν ὑπομεμένηκε θόρυβον, καὶ πολὺς ἐπικρέμαται κίνδυνος μὴ θηριάλωτα γένηται, πάντα κινεῖν πόρρω ἀνάγκη καὶ διασώζειν τὰ θρέμματα. εἰπὲ γάρ μοι, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, εἰ κόρη τις ἐτύγχανον ὤν, ἔνδον ἐν θαλάμῳ καθημένη καὶ τῆς οἰκίας ἐπιμελουμένη, εἶτα ἐθεασάμην ἐμπεσοῦσαν φλόγα, καὶ τὴν πατρῴαν οἰκίαν ἐμπιπραμένην, τί με ταύτην δρᾶσαι προσῆκεν εἰπέ μοι; ἔνδον καθῆσθαι καὶ τὴν οἰκίαν ἐμπιπραμένην περιορᾶν, καὶ τῆς φλογὸς προσμένειν τὴν ἐμβολήν; ἢ τῷ θαλάμῳ χαίρειν εἰποῦσαν διαθέειν ἄνω καὶ κάτω, καὶ ὑδροφορεῖν καὶ σβεννύναι τὴν φλόγα; δῆλον ὅτι τοῦτο ἐρεῖς· τοῦτο γὰρ κόρης ἀγχίνου τε καὶ φρενήρους. τοῦτο δρῶ νῦν ὦ βασιλεῦ. σοῦ γὰρ εἰς τὴν πατρῴαν ἡμῶν οἰκίαν ἐμβαλόντος τὴν φλόγα, περιθέομεν κατασβέσαι ταύτην πειρώμενοι. ταῦτα ὁ μὲν εἶπεν· ὁ δὲ ἀπειλήσας ἐσίγησεν. εἷς δὲ τῶν περὶ τὸν βασιλικὸν κοιτῶνα, θρασύτερον

## Cap. XXVI.

*De ſancto Aphraate Monacho.*

PAlatium urbis Antiochiæ, à Septentrione quidem Orontes fluvius præterfluit. A meridie vero, ampliſſima porticus duplicem habens contignationem, muris urbis inędificata eſt, celſis utrinque turribus munita. Inter palatium autem ac fluvium media interjacet via publica, quæ incolas ex urbe per portam illic poſitam egredientes excipit, & ad ſuburbanos agros deducit. Per hanc viam tranſiens divinus Aphraates, ad campum pergebat, in quo milites exerceri ſolent, divini gregis curam acturus. Eum Imperator ex regia porticu cum ſublimis proſpexiſſet vili amictum pallio, & licet ſenecta ætate, concito gradu properantem: dixiſſetque aliquis hunc eſſe Aphraatem, ex cujus ore penderet univerſa civium multitudo, Imperator ad illum: Dic, inquit, quò vadis. Tum ille prudenter admodum & commode: Pro tuo inquit regno precaturus. Ad hæc Imperator: Domi potius, inquit, manere debueras, & juxta monaſticam legem intus precari. Cui divinus ille vir ita reſpondit, recte admodum dicis Imperator. Id ego facere debueram, idque hactenus facere non deſtiti, quamdiu oves Servatoris noſtri pace fruebantur; Nunc verò cum in maximam perturbationem inciderint, & periculum grave immineat, ne à feris diripiantur, omnis via tentanda eſt, & pecus conſervandum. Dic enim, quæſo, Imperator, ſi puella eſſem intus in thalamo ſedens, & curam ædium gerens, ignemque ædibus immiſſum & paternam domum conflagrantem viderem, quid me tunc agere oporteret? Utrum intus ſedere, & domum conflagrantem negligere, & expectare dum flamma in me irrueret? An potius relicto thalamo, hac & illac diſcurrere, aquam adferre, ignem extinguere? Non dubito quin hoc poſtremum dicturus ſis: Id enim prudentis ac ſolertis puellæ eſt. Hoc ipſum eſt, Imperator, quod nunc ago. Nam cum tu in patris noſtri domum ignem injeceris, circumcurſamus nos, eum reſtinguere conantes. Hæc ab Aphraate dicta ſunt; Imperator verò his auditis obticuit. Verum quidam ex Imperatoris cubiculariis, cum audacius

interminatus eſſet ſancto viro, hoc modo pœnas dedit. Cum balnei curam gereret, ſtatim poſt verba, quæ Aphraatæ dixerat, eò perrexit, ut Imperatori illud præpararet. Cumque ad locum veniſſet, ſubitò mente captus in ferventem aquam ac minime temperatam deſiliit, ibique extinctus eſt. Sedebat interim Imperator, expectans dum ille introeundi tempus ipſi nuntiaret. Cumque multum jam temporis effluxiſſet, alios miſit Imperator, qui cauſam tantæ moræ ad ipſum referrent. Illi introgreſſi, cum omnia circumſpexiſſent, eum in fervente aqua mortuum ac liquefactum repererunt. Quod ubi nuntiatum eſt Imperatori, efficaciam precum Aphraatis mirati ſunt omnes: Ab impiis tamen dogmatibus haudquaquam receſſerunt. Sed obduraverunt cor ſuum ſicut Pharao: & vecors ille, audito ſancti viri miraculo, adverſus pietatem furere nihilominus perſeveravit.

## Cap. XXVII.

*De S. Juliano, & de Antonio M.*

PEr idem tempus Julianus quoque ille celeberrimus, cujus antea mentionem feci, ſolitudinem relinquere & Antiochiam venire compulſus eſt. Nam cum mendaciorum alumni, & texendarum calumniarum miri artifices, Arianos intelligo, eximium illum virum à ſuis partibus ſtare aſſeverarent; Flavianus, Diodorus & Aphraates veræ fidei lumina, Acacium ſtrenuum virtutis Athletam, qui poſtea Berœenſem Eccleſiam ſapientiſſime gubernavit, ad præſtantiſſimum illum virum miſerunt, rogantes ut tot hominum millia miſeraretur; & adverſariorum quidem mendacium refutare, veritatis autem præconium confirmare vellet. Porro, quot & quanta inter eundum ac redeundum, & in ipſa Antiochenſium civitate ediderit miracula, in hiſtoria Philotheo jam retulimus, quam adire licet iis, qui hæc cupiunt cognoſcere. Quod verò univerſam civium multitudinem ad noſtros conventus exciverit, neminem ex iis, qui ingenium hominum conſideraverint, dubitaturum puto. Res enim admirabiles & præter opinionem omnium geſtæ, cunctos ad ſe pertrahere ſolent. Quod verò maxima ab illo edita ſint miracula, ipſi

A ἀπειλήσας τῷ θείῳ ἀνδρί, τοιόνδε τι πέπονθε·
τοῦ βαλανείου πεπιστευμένος τὴν ἐπιμέλειαν,
εὐθὺς μετὰ τούσδε τοὺς λόγους κατῆλθε, τοῦτο δὴ
τρεπίσων τῷ βασιλεῖ. εἴσω δὲ γενόμενος καὶ τὰς
φρένας πληγείς, εἰς τὸ θερμότατον ὕδωρ τὸ ἄ-
κρατον κατεληλύθει τε καὶ τετελεύτηκεν. ἐκάθητο
δὲ ὁ βασιλεὺς ἐκεῖνον περιμένων, ὥστε αὐτῷ
μηνῦσαι τὴν εἴσοδον. ἐπειδὴ δὲ πολὺς ἀνήλωτο
καιρός, ἀπέστελλεν ἑτέρους ὁ βασιλεὺς τῆς μελ-
λήσεως τὴν αἰτίαν μηνύσοντας. οἱ δὲ εἴσω γενό-
μενοι καὶ πάντα περισκοπήσαντες, εὗρον ἐκεῖνον
B ἐν τῷ ἀκράτῳ τεθνεῶτα καὶ διαλυθέντα θερμῷ.
καὶ τούτου δήλου γενομένου τῷ βασιλεῖ, ἔγνωσαν
τοῦ Ἀφραάτου προσευχῆς τὴν ἰσχύν· τῶν δογ-
μάτων δὲ τῶν δυσσεβῶν οὐκ ἐξέστησαν, ἀλλ' ἐ-
σκλήρυναν κατὰ τὸν Φαραὼ τὴν καρδίαν αὐτῶν.
καὶ τὴν τοῦ ὁσίου θαυματουργίαν μαθὼν ὁ ἐμ-
βρόντητος, μεμένηκε κατὰ τῆς εὐσεβείας λυττῶν.

## Κεφ. κζ.

Τὰ κατὰ τὸν ἅγιον Ἰουλιανόν, καὶ Ἀντώνιον τὸν μέγαν.

ΚΑτὰ τοῦτον δὲ τὸν καιρὸν καὶ Ἰουλιανὸς ἐκεῖνος
ὁ πολυύμνητος, οὗ καὶ πρόσθεν ἐμνήσθην,
C καταλιπεῖν μὲν τὴν ἔρημον, εἰς δὲ τὴν Ἀντιόχει-
αν εἰσελθεῖν ἠναγκάσθη. ἐπειδὴ γὰρ οἱ τῷ ψεύδει
συντεθραμμένοι, καὶ τὰς συκοφαντίας μάλα
ῥαδίως ὑφαίνοντες, οἱ τὰ Ἀρείου λέγω φρονοῦντες,
τὸν μέγαν ἄνδρα ἐκεῖνον διισχυρίζοντο τῆς αὐ-
τῶν εἶναι συμμορίας, ἀπέστειλαν οἱ τῆς ἀληθεί-
ας φωστῆρες, Φλαβιανὸς καὶ Διόδωρος καὶ Ἀφρα-
άτης, ἄνδρα ἀρετῆς ἀθλητήν, Ἀκάκιον φημὶ τὸν
χρόνῳ ὕστερον μάλα σοφῶς τὴν Βεροιέων ἐκ-
κλησίαν ἰθύναντα, πρὸς τὸν πανεύφημον ἄν-
δρα ἐκεῖνον, ἀντιβολοῦντες πολλὰς ἀνθρώπων
μυριάδας οἰκτεῖραι, καὶ τῶν μὲν ἐναντίων τὴν
D ψευδολογίαν ἐλέγξαι, τὰ δὲ τῆς ἀληθείας κηρύγ-
ματα βεβαιῶσαι. καὶ ὅσα μὲν ὁδοῦ καὶ ἀπιὼν καὶ
ἐπανιών, καὶ ἐν αὐτῇ δὲ τῇ μεγίστῃ πόλει τεθαυ-
ματούργηκεν, ἐν τῇ φιλοθέῳ ἡμῖν συγγέγραπται
ἱστορίᾳ, ἧ ῥάδιον ἐντυχεῖν τοὺς ταῦτα βουλομέ-
νους μαθεῖν. ὅτι δὲ ἅπαν τὸ τῆς πόλεως πλῆθος
εἰς τὸν ἡμέτερον συνήθροισε σύλλογον, οὐδέ-
να ἐνδοιάζειν οἶμαι τῶν τὴν ἀνθρωπείαν φύ-
σιν ἐπεσκεμμένων. πέφυκε γὰρ τὰ παράδοξα
ἕλκειν ἅπαντας ὡς ἐπίπαν πρὸς ἑαυτά. ὅτι
καὶ μεγάλα εἰργάσατο θαύματα, μαρτυρ-

σι καὶ οἱ τῆς ἀληθείας πολέμιοι. τοῦτο δὲ καὶ A ἐν ἀλεξανδρείᾳ πρὸ τούτου τοῦ χρόνου πεποίηκεν ἐν τοῖς κωνσαντίου καιροῖς ἀντώνιος ὁ πάνυ. καταλιπὼν γὰρ τὴν ἔρημον, ἅπαν ἐκεῖνο περιῄει τὸ ἄστυ, διδάσκων ἅπαντας, ὡς τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας κῆρυξ ἐστὶν ἀθανάσιος, καὶ ὡς ἀντίπαλοι τῆς ἀληθείας οἱ τῆς ἀρείου συμμορίας. οὕτως ᾔδεσαν οἱ θεῖοι ἄνδρες ἐκεῖνοι, τὰ πρόσφορα ἑκάστῳ προσαρμόττειν καιρῷ, καὶ πηνίκα μὲν χρὴ τὴν ἡσυχίαν ἀσπάζεσθαι, πηνίκα δὲ προτιμᾶν τὰς πόλεις τῆς ἐρημίας.

## Κεφ. κη΄.

*τίνες ἄλλοι μονάζοντες κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν διέπρεψαν.* B

ΗΣαν δὲ καὶ ἄλλοι κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, τὰς τῆς μοναχικῆς φιλοσοφίας ἀφιέντες μαρμαρυγάς· ἐν μὲν τῇ χαλκιδέων ἐρήμῳ, ἀβίτος καὶ μαρκιανὸς καὶ ἀβραάμης, καὶ ἕτεροι πρὸς τούτοις οὐκ εὐαρίθμητοι, ἐν παθητοῖς σώμασι τὴν ἀπαθῆ βιοτὴν μελετῶντες· ἐν δὲ τῇ ἀπαμέων χώρᾳ, ἀγαπητὸς καὶ συμεώνης καὶ παῦλος, καὶ ἄλλοι τὴν ἄκραν φιλοσοφίαν συλλέγοντες· ἐν δὲ τῇ ζευγματέων, πούπλιος καὶ παῦλος· ἐν δὲ C τῇ κυρεστῶν, ὁ πανεύφημος ἀκεψεμᾶς ἐν οἰκίσκῳ καθειρχθεὶς, καὶ ἑξηκοντέτην χρόνον τοῦτον ἐξῆς τὸν τρόπον, οὔτε ὁρώμενος, οὔτε φθεγγόμενος. ζευγμάτιος δὲ ὁ ἀξιάγαστος, καίτοι τὸ βλέπειν ἀφῃρημένος, περιῄει στηρίζων τὰ πρόβατα καὶ τοῖς λύκοις μαχόμενος· οὗ δὴ χάριν, αὐτοῦ τὴν ἀσκητικὴν καλύβην ἐνέπρησαν. ἀλλὰ τραϊανὸς ὁ πιστότατος στρατηγὸς, ἑτέραν ἐδείματο, καὶ τῆς ἄλλης θεραπείας μεμελέτηκεν. ἐν δὲ τῇ ἀντιοχέων, μαρκιανὸς καὶ εὐσέβιος καὶ ἀμμιανὸς, D παλλάδιός τε καὶ συμεώνης καὶ ἀβραάμης, καὶ ἄλλοι πρὸς τούτοις τὴν εἰκόνα τὴν θείαν ἀκήρατον διασώσαντες. καὶ τούτων δὲ κἀκείνων τὸν βίον ἀνάγραπτον πεποιήκαμεν· καὶ τὸ ὄρος δὲ, τὸ τῇ μεγίστῃ παρακείμενον πόλει, λειμῶσι παραπλησίοις ὡραΐζετο· καὶ γὰρ ἐν τούτῳ, πέτρος ὁ γαλάτης διέλαμπε, καὶ ὁ τούτου γε ὁμώνυμος ὁ αἰγύπτιος, καὶ ῥωμανὸς καὶ σευῆρος, καὶ ζήνων, μωσῆς τε καὶ μάλχος, καὶ ἄλλοι πλεῖστοι, παρὰ μὲν τῶν πολλῶν ἀγνοούμενοι, παρὰ δὲ τῷ θεῷ γινωσκόμενοι.

qvoqve veritatis hoſtes teſtantur. Idem porro antehac regnante Conſtantio, Alexandriæ præſtiterat magnus Antonius. Relicta enim ſolitudine, totam illam urbem circuivit, cunctos admonens, Apoſtolicæ doctrinæ præconem eſſe Athanaſium; Arianos verò hoſtes eſſe veritatis. Adeo divini illi viri, quid ſingulis temporibus congrueret, probe norant, & quando ſolitudinem amplecti, quando urbes præferre ſolitudini oporteret.

## Cap. XXIIX.

*Quinam alii monachi per ea tempora claruerint.*

EAdem tempeſtate, alii qvoqve monaſticæ philoſophiæ radiis coruſcabant. In Chalcidenſium quidem ſolitudine Avitus, Marcianus, Abraames, aliique præterea haud pauci, qui in corpore perturbationibus obnoxio, vitam perturbationis expertem agere nitebantur. In Apamenſium autem regione Agapetus, Symeones, Paulus, & alii, qui perfectæ philoſophiæ fructus colligebant. In Zeugmatenſium territorio Publius & Paulus. In Cyreſtarum agro Acepſemas ille ab omnibus laudatus, in cellula incluſus ſexaginta annos ita tranſegit, nec viſus ab ullo, nec ullum alloquens. Admirandus autem Zeugmatius, etſi luminibus orbatus, circumibat tamen oves Chriſti confirmans, & lupos abigens. Quam ob cauſam hæretici monaſticum ejus tugurium incenderunt. Verùm Trajanus Magiſter militum, vir fideliſſimus, alterum ei conſtruxit, omniqve cura ac ſolicitudine eum fovit. In agro denique Antiochenſium, Marianus, Euſebius, Ammianus, Palladius, Symeones, Abraames aliique præterea extiterunt, qui imaginem DEI integram atque immaculatam conſervaverant. Ac nos quidem tum horum, tum illorum vitam ſcriptis prodidimus. Sed & mons ille, qui maximæ urbi vicinus eſt, ſimilibus pratis ac floribus erat diſtinctus. In hoc enim claruit Petrus Galata, & alter ejusdem nominis Ægyptius: Romanus item & Severus; Zeno, Moſes & Malchus, aliique complures, vulgo quidem hominum ignoti, ſed DEO probe noti.

A

## Cap. XXIX.

*De Didymo Alexandrino & Ephræm Syro.*

PEr idem tempus, Edeſſæ quidem Ephræm admirabilis, Alexandriæ vero florebat Didymus; uterque adverſus dogmata veritati contraria libros conſcribens. Et Ephræm quidem, Syrorum utens lingua, ſpiritalis gratiæ radios diffundebat. Nam cùm Græcas litteras non attigiſſet, multifidos tamen Græcorum errores confutavit: omneſque hæreticorum fraudes infirmas eſſe oſtendit. Et quoniam Harmonius Bardeſanis filius cantica quædam olim compoſuerat, & modo- B rum ſuavitati impietatem admiſcens, audientium animos demulcebat, & ad exitium pertrahebat; ipſe modorum compoſitionem ab illo mutuatus, pietatem canticis permiſcuit, & ſuaviſſimum ſimul ac utiliſſimum medicamentum audientibus exhibuit. Atque hæc cantica feſtos Martyrum dies lætiores ac ſplendidiores etiamnum efficiunt. Didymus vero cum à puero luminibus orbatus fuiſſet, Poëticam nihilominus ac Rhetoricam artem didicit. Arithmeticam præterea ac Geometriam & Aſtronomiam; Ari- C ſtotelis item ſyllogiſmos & Platonis facundiam aurium ſenſu percepit, non tanquam diſciplinas, quæ veritatem docerent, ſed velut tela quibus veritas adverſus mendacium uti poteſt. Sacræ quoque Scripturæ non litteras ſolum, ſed & illarum ſenſus edidicit. Inter Monachos igitur & virtutis ſtudioſos cultores, iſti quos diximus tunc temporis enituere.

## Κεφ. κθ.

Περὶ διδύμου τοῦ ἀλεξανδρέως καὶ ἐφραὶμ τοῦ σύρου.

ΚΑτὰ τοῦτον τὸν χρόνον, ἐν ἐδέσσῃ μὲν ἐφραὶμ ὁ θαυμάσιος, ἐν ἀλεξανδρείᾳ δὲ διέπρεπε δίδυμος, κατὰ τῶν ἀντιπάλων τῆς ἀληθείας δογμάτων συγγράφοντες. καὶ ὁ μὲν τῇ σύρων κεχρημένος φωνῇ, τῆς πνευματικῆς χάριτος τὰς ἀκτῖνας ἠφίει· παιδείας γὰρ οὐ γευσάμενος ἑλληνικῆς, τὰς πολυσχιδεῖς τῶν ἑλλήνων διήλεγξε πλάνας, καὶ πάσης αἱρετικῆς κακοτεχνίας ἐγύμνωσε τὴν ἀσθένειαν· καὶ ἐπειδὴ ἁρμόνιος ὁ βαρδησάνου, ᾠδάς τινας συντεθεικὼς πάλαι, καὶ τῇ τοῦ μέλους ἡδονῇ τὴν ἀσέβειαν κεράσας, κατεκήλει τοὺς ἀκούοντας καὶ πρὸς ὄλεθρον ἤγρευε, τὴν ἁρμονίαν τοῦ μέλους ἐκεῖθεν λαβὼν ἀνέμιξε τὴν εὐσέβειαν, καὶ προσενήνοχε τοῖς ἀκούουσιν ἥδιστον ὁμοῦ καὶ ὀνησιφόρον φάρμακον· ταῦτα καὶ νῦν τὰ ᾄσματα, φαιδροτέρας τῶν νικηφόρων μαρτύρων τὰς πανηγύρεις ποιεῖ. ὁ δὲ δίδυμος, παιδόθεν τῆς ὀπτικῆς ἐστερημένος αἰσθήσεως, καὶ ποιητικῶν καὶ ῥητορικῶν μετέλαχε παιδευμάτων· ἀριθμητικῆς τε καὶ γεωμετρίας· καὶ ἀστρονομίας, καὶ τῶν ἀριστοτέλους συλλογισμῶν, καὶ τῆς πλάτωνος εὐεπείας, διὰ τῶν ἀκοῶν εἰσεδέξατο τὰ μαθήματα, οὐχ ὡς ἀλήθειαν ἐκπαιδεύοντα, ἀλλ᾽ ὡς ὅπλα τῆς ἀληθείας κατὰ τοῦ ψεύδους γιγνόμενα· καὶ μέντοι καὶ τῆς θείας γραφῆς μεμάθηκεν, οὐ μόνον τὰ γράμματα, ἀλλὰ καὶ τὰ τούτων νοήματα· ἐν μὲν οὖν ἀσκηταῖς καὶ τῆς ἀρετῆς φροντισταῖς, οὗτοι κατ᾽ ἐκεῖνον διέλαμπον τὸν καιρόν.

## Cap. XXX.

*De Epiſcopis, qui eo tempore per Ponticam & Aſianam Diœceſin floruerunt.*

INter Epiſcopos vero, Gregorii duo D illuſtres fuere, Nazianzenus ac Nyſſenus. Quorum hic quidem frater; ille vero contubernalis fuit Baſilii M. Et hi quidem in Cappadocia pro pietate decertantes, egregiam operam navarunt. In eodem certamine ſtrenuè ſe geſſit etiam Petrus, iiſdem parentibus natus, quibus Gregorius atque Baſilius; ſed Gentilium diſciplinis non perinde ac illi excultus, vitæ tamen ſplendore conſpicuus. At in Piſidia Optimus, & Amphilochius in Licaonia, pro fide à

## Κεφ. λ΄.

Τίνες ἐν τῇ ποντικῇ καὶ ἀσιανῇ διέπρεπον ἐπίσκοποι κατὰ τοῦτον τὸν καιρόν.

ΕΝ ἐπισκόποις δὲ, γρηγόριος ἑκάτερος, ὅ τε ναζιανζοῦ, καὶ ὁ νύσσης· ὁ μὲν ἀδελφὸς, ὁ δὲ σύσκηνός τε καὶ συνεργὸς τοῦ μεγάλου βασιλείου τυγχάνων· οὗτοι μὲν οὖν ἐν καππαδοκίᾳ τῆς εὐσεβείας ὑπερμαχοῦντες ἠρίστευον. συνηρίστευε δὲ αὐτοῖς καὶ πέτρος, γεννήτορας μὲν βασιλείῳ καὶ γρηγορίῳ τοὺς αὐτοὺς ἐσχηκὼς, τῆς δὲ θύραθεν παιδείας οὐ μετειληχὼς σὺν ἐκείνοις. τὰς δὲ τοῦ βίου μαρμαρυγὰς ἀφιείς. ἐν πισιδίᾳ δὲ ὄπτιμος, καὶ ἀμφιλόχιος ἐν λυκαο-

λυκαονίᾳ, γενναίως ὑπὲρ τῆς προγονικῆς παραταττόμενοι πίστεως, τὰς ἐναντίας ἀπεκρούοντο προσβολάς· ἐν δέ γε τῇ ἑσπέρᾳ, Δάμασος μὲν τῆς Ῥώμης ἡγούμενος, Ἀμβρόσιος δὲ Μεδιόλανον ἰθύνειν πεπιστευμένος τοὺς πόρρωθεν ἀκοντίζοντας ἔβαλον· καὶ μετὰ τούτων, οἱ τὰς ἐσχατιὰς οἰκεῖν ἠναγκασμένοι, γράμμασι καὶ τοὺς οἰκείους ἐστήριζον, καὶ τοὺς πολεμίους κατέλυον. ἀντιρρόπους γὰρ τῷ μεγέθει τοῦ κλύδωνος ἔδωκε κυβερνήτας τῶν ὅλων ὁ πρύτανις, καὶ τῇ τῶν πολεμίων σφοδρότητι τὴν τῶν στρατηγῶν ἀντέταξεν ἀρετήν, καὶ πρόσφορα τῇ τοῦ καιροῦ δυσκολίᾳ τὰ ἀλεξίκακα ἔδωκε φάρμακα. οὐ μόνον δὲ ταύτης τῆς προμηθείας ταῖς ἐκκλησίαις μετέδωκεν ὁ φιλάνθρωπος κύριος, ἀλλὰ καὶ ἑτέρας αὐτὰς κηδεμονίας ἠξίωσε.

A majoribus tradita fortiter propugnantes, adverſariorum impetus retundebant. In Occidentis autem partibus, Damaſus Romanæ urbis Antiſtes, & Ambroſius, cui Mediolanenſis Eccleſiæ commiſſa erat cura, eos qui eminus jaculabantur, feriebant. Cum illis vero juncti ii, qui in ultimas oras fuerant relegati, & ſuos per literas confirmabant, & adverſarios profligabant. Omnium enim moderator Deus ejusmodi tunc gubernatores dedit, qui magnitudini tempeſtatis pares eſſent, & hoſtium violentiæ fortitudinem Ducum oppoſuit, & ſalutaria remedia donavit, temporum illorum acerbitati convenientia. Neque vero hac ſolum ratione clementiſſimus Dominus, Eccleſiarum ſaluti conſuluit; ſed alio etiam ſolatio eas fovere dignatus eſt.

## Κεφ. λα΄.

Περὶ τῶν παρὰ Οὐάλεντος τῷ μεγάλῳ Οὐαλεντινιανῷ περὶ τοῦ πολέμου γραφέντων, καὶ τῶν παρ' ἐκείνου πίστεως ἀντιγραφέντων.

## Cap. XXXI.

*De his, quæ Valens ad magnum Valentinianum ſcripſit de bello, & de reſponſo Valentiniani.*

Τὸ γὰρ τῶν Γότθων ἔθνος παρακινήσας εἰς πόλεμον, ἐπὶ τὸν Βόσπορον εἵλκυσε τὸν κατὰ μόνων τῶν εὐσεβῶν μεμαθηκότα στρατεύειν. τότε δὴ τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν ὁ μάταιος ἐγνωκώς, ἀπέστειλε πρὸς τὸν ἀδελφὸν στρατιὰν ἐξαιτῶν. ὁ δὲ ἐπέστειλεν, ὡς οὐχ ὅσιον ἐπαμύνειν ἀνδρὶ πολεμοῦντι θεῷ· δίκαιον δὲ τὴν τούτου καταπαύειν θρασύτητα. ταῦτα τὸν δείλαιον ἐκεῖνον μείζονος ἀνίας ἐνέπλησεν· οὐ μὴν ἔληξε τῆς θρασύτητος, ἀλλ' ἐπέμεινε κατὰ τῆς ἀληθείας παραταττόμενος.

Nam cum Gothorum gentem ad bellum concitaſſet, illum, qui Orthodoxos ſolos oppugnare noverat, ad Boſporum retraxit. Tum vero demens ille imbecillitatem ſuam agnoſcens, miſit ad fratrem, militares copias ab eo petens. At ille nefas eſſe reſcripſit, ſuppetias ferre homini, qui Deo bellum inferret; ſed ejus potius comprimendam eſſe temeritatem. Hæc infelicem illum graviori dolore ac triſtitia affecerunt. Nec tamen à priſtina temeritate deſtitit, ſed in oppugnanda veritate perſeveravit.

## Κεφ. λβ΄.

Περὶ τῆς Τερεντίου κόμητος εὐσεβείας.

## Cap. XXXII.

*De Terentii Comitis pietate.*

Ἐπανῆκε μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας Τερέντιος τρόπαια στήσας. ἦν δὲ στρατηγὸς ἄριστος καὶ εὐσεβείᾳ κοσμούμενος. τούτῳ δωρεὰν ὁ Οὐάλης αἰτῆσαι προσέταξεν. ὁ δὲ ἐπήγγειλεν ἥνπερ ἔδει τὸν εὐσεβείᾳ συντεθραμμένον. ἤτησε γὰρ οὐ χρυσόν, οὐδὲ ἄργυρον, οὐ χωρίον, οὐ δυναστείαν, οὐκ οἰκίαν, ἀλλ' ἐκκλησίαν παρασχεθῆναι μίαν τοῖς τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας προκινδυνεύουσιν. ὁ δὲ τὴν ἱκετείαν δεξάμενος, καὶ γνοὺς τὰ ἐγκείμενα, χαλεπήνας διέρρηξε, καὶ οἱ ἄλλα τινὰ αἰτῆσαι προσέταξεν. ὁ δὲ τῆς ἱκεσίας συλλέξας τὰ ῥήγματα·

Reverſus tunc erat ex Armenia, devictis hoſtibus Terentius, Dux præſtantiſſimus & pietate inſignis. Huic Valens poſcendi quidquid vellet liberam facultatem conceſſit. At ille petiit, quod pietatis alumnum decebat. Non enim aurum aut argentum, non prædium aut poteſtatem, non domum poſtulavit, ſed Eccleſiam unam iis concedi petiit, qui Apoſtolicam doctrinam tuerentur. Imperator verò, accepto precum libello, cum quid in eo contineretur didiciſſet, indignatus eum diſcerpſit, juſſitque Terentio ut alia quæpiam poſtularet. At ille, collectis libelli ſui

fragmentis: accepi, inqvit, ô Imperator, & habeo donum, quod petii; nec aliud petiturus ſum. Judex enim eſt concilii mei is, qui judex eſt univerſorum.

A ἐδεξάμην, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, καὶ ἔχω τὸ δῶρον, καὶ ἕτερον οὐκ αἰτήσω. σκοπεῖ γὰρ κριτὴς ὁ τῶν ὅλων κριτής.

## Cap. XXXIII.

*De Trajani Magiſtri militum libera voce.*

POſtquam vero trajecto Boſporo in Thraciam venit, primum quidem Conſtantinopoli diutiſſime moratus eſt belli apparatum diſponens. Trajanum vero magiſtrum militiæ cum exercitu miſit adverſus Barbaros. Qui cùm poſtea victus rediiſſet, Valens ei graviter convitiatus eſt, ignaviam & pavorem objectans. At Trajanus, uſus loquendi libertate, quæ virum fortem decebat: Non ego, inquit, victus ſum, ô Imperator! ſed tu victoriam projicis, qui contra Deum pugnas, ejusque auxilium Barbaris concilias. Cum enim à te impugnetur Deus, ad illorum partes tranſit. Deum porro comitatur victoria, & illis cedit, qui Deum ductorem habent. An neſcis quos Eccleſiis expuleris, & quibus eas tradideris? Quin etiam Arinthæus & Victor, ipſi quoque Magiſtri militum, rem ita ſe habere affirmarunt: & Imperatorem rogarunt, ne reprehenſiones cum veritate conjunctas iniquo animo ferret.

## Κεφ. λγʹ.

Περὶ τῆς Τραϊανοῦ τοῦ στρατηλάτου παῤῥησίας.

Ἐπειδὴ δὲ τὸν Βόσπορον διαβὰς, εἰς τὴν Θρᾴκην ἀφίκετο, πρῶτον μὲν ἐν Κωνσταντινουπόλει πλεῖστον διέτριψε χρόνον διανέμων τὸν πόλεμον. Τραϊανὸν δὲ σὺν τῇ στρατιᾷ τὸν στρατηγὸν κατὰ τῶν βαρβάρων ἀπέστειλεν. B ἐπειδὴ δὲ ἡττηθεὶς ἐπανῆλθεν ἐκεῖνος, ἐλοιδορεῖτο λίαν, ὁ Οὐάλης, μαλακίαν αὐτοῦ καὶ δειλίαν ἐγκαλῶν. ὁ δὲ, παῤῥησίᾳ χρησάμενος ἀνδρὶ γενναίῳ πρεπούσῃ, οὐκ ἐγὼ, ἔφη, ὦ βασιλεῦ ἥττημαι, ἀλλὰ σὺ προΐῃ τὴν νίκην, κατὰ τοῦ θεοῦ παρατατόμενος, καὶ τὴν ἐκείνου ῥοπὴν προξενῶν τοῖς βαρβάροις. παρὰ σοῦ γὰρ πολεμούμενος, ἐκείνοις συντάττεται. τῷ δὲ θεῷ ἡ νίκη ἕπεται, καὶ τοῖς ὑπὸ τοῦ θεοῦ στρατηγουμένοις προσγίνεται. ἢ οὐκ οἶδα, ἔφη, τίνας τῶν ἐκκλησιῶν ἐξελάσας, τίσι παραδέδωκας ταύτας; ταῦτα δὲ καὶ Ἀρίνθεος καὶ Βίκτωρ, στρατηγοὶ γὰρ ἦσαν καὶ C αὐτοὶ, συνωμολόγησαν οὕτως ἔχειν, καὶ τῷ βασιλεῖ μὴ χαλεπαίνειν παρῄνεσαν, τὴν ἐπ' ἐλέγχοις ἀλήθειαν συνεζευγμένοις.

## Cap. XXXIV.

*De Iſaace Monacho Conſtantinopolitano.*

AJunt præterea Iſaacem, qui cellam ibi habebat monaſticam, Imperatori ad bellum unà cum exercitu proficiſcenti iſta inclamaſſe: Quò pergis Imperator, qui Deo bellum intuliſti, nec illum habes adjutorem? Ille enim eſt, qui contra te barbaros concitavit, quia tu quoque prior multorum linguas ad blaſphemiam contra ipſum excitaſti; eos verò, qui ipſum laudabant Eccleſiis expuliſti. Deſine ergo bellum ei inferre, & ipſe bellum comprimet. Redde optimos Paſtores gregibus ſuis, & incruentam victoriam de hoſtibus reportabis. Quod ſi his inſuper habitis prælium inieris, re ipſa experturus es, quàm durum ſit contra ſtimulum calcitrare. Nam neque ipſe reverteris, & exercitum præterea amittes. Ad hæc Imperator irâ percit⁹: Revertar, inqvit teq; interficiam, & falſi vaticinii pœnas

## Κεφ. λδʹ.

Περὶ Ἰσαακίου τοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει μονάζοντος.

Φασὶ δὲ καὶ Ἰσαάκην, σκηνὴν αὐτόθι μοναχικὴν ἔχοντα, ἐπειδὴ εἶδεν αὐτὸν συνεξιόντα τῇ στρατιᾷ, βοῇ χρησάμενον φάναι, ποῖ βαδίζεις ὦ βασιλεῦ, κατὰ θεοῦ στρατευσάμενος, καὶ τοῦτον οὐκ ἔχων ἐπίκουρον; αὐτὸς D γὰρ κατὰ σοῦ τοὺς βαρβάρους κεκίνηκεν, ἐπειδὴ καὶ σὺ κατ' αὐτοῦ πολλὰς γλώττας εἰς βλασφημίαν παρέθηξας, καὶ τοὺς ἐκεῖνον ὑμνοῦντας τῶν θείων οἴκων ἐξήλασας. παῦσαι δὴ οὖν πολεμῶν, καὶ παύσει τὸν πόλεμον. ἀπόδος ταῖς ποίμναις τοὺς ἀρίστους νομέας, καὶ λήψῃ τὴν νίκην ἀπονητί. εἰ δὲ τούτων μηδὲν δεδρακὼς παρατάξαιο, μαθήσῃ τῇ πείρᾳ, ὅπως σκληρὸν τὸ πρὸς κέντρα λακτίζειν. οὔτε γὰρ ἐπανήξεις, καὶ προσαπολέσεις τὴν στρατιάν. ὀργισθεὶς δὲ ὁ βασιλεὺς, καὶ ἐπανήξω, ἔφη, καὶ κατακτενῶ σε, καὶ τῆς ψευδοῦς προφη-

ῥύσεως εἰσπράξομαι δίκας. ὁ δὲ, ἥκιστα δείσας τὴν ἀπειλὴν, ἔφη βοῶν· κτεῖνον, εἰ φωραθείη τῶν λόγων τὸ ψεῦδος.

A à te exigam. Tum ille minas neutiquam reformidans, interfice, inquit, ſi in verbis meis mendacium fuerit deprehenſum.

## Κεφ. λε΄.

Περὶ τῆς βρεταννίωνος τῆς σκυθίας ἐπισκόπου παῤῥησίας.

ΚΑὶ βρεττανίων, παντοδαπῇ μὲν λαμπρυνόμενος ἀρετῇ, πάσης δὲ τῆς σκυθίας τὰς πόλεις ἀρχιερατικῶς ἰθύνειν πεπιστευμένος, ἐπύρσευσε τε τῷ ζήλῳ τὸ φρόνημα, καὶ τῆς τῶν δογμάτων διαφθορὰν, καὶ τὰς κατὰ τῶν ἁγίων παρανομίας τοῦ οὐάλεντος ἤλεγξε· καὶ μετὰ τοῦ θειοτάτου δαβὶδ ἐβόα, ἐλάλουν ἐν B τοῖς μαρτυρίοις σου ἐναντίον βασιλέων, καὶ οὐκ ᾐσχυνόμην.

## Cap. XXXV.

*De Vetranionis Epiſcopi Scythiæ in loquendo libertate.*

SEd & Vetranio, vir omnium virtutum genere exornatus, qui totius Scythiæ pontificatum gerebat, animum ſuum divino zelo ſuccendit, & Valentem ob doctrinæ pravitatem & ob iniquas Sanctorum vexationes, coram redarguit, cum ſanctiſſimo Davide clamans: Loquebar de teſtimoniis B tuis in conſpectu Regum, & non confundebar.

## Κεφ. λϛ΄.

Περὶ τῆς κατὰ γότθων οὐάλεντος στρατείας, καὶ ὅπως ἔτισε τῆς ἀσεβείας δίκας.

ΟΔὲ τῶν συμβούλων ἐκείνων τῶν ἀρίστων καταφρονήσας, τὴν μὲν στρατιὰν εἰς τὴν παράταξιν προὔπεμψεν· αὐτὸς δὲ ἔν τινι κώμῃ καθήμενος, τὴν νίκην προσεμένεν. οἱ δὲ στρατιῶται τῶν βαρβάρων οὐκ ἐνεγκόντες τὴν ῥύμην, ἐτράποντο καὶ κατεκτείνοντο διωκόμενοι. καὶ οἱ μὲν ἔφυγον κατὰ τάχος, οἱ C δὲ κατὰ κράτος ἐδίωκον. καταλαβόντες δὲ τὴν κώμην ἐκείνην οἱ βάρβαροι, ἔνθα ὁ οὐάλης τὴν ἧτταν μεμαθηκὼς ἐπειράθη λαθεῖν, πῦρ ἐμβαλόντες, ἐνέπρησαν σὺν τῇ κώμῃ καὶ τὸν τῆς εὐσεβείας ἀντίπαλον. οὕτω μὲν οὖν ἐκεῖνος, κἀν τῷ παρόντι βίῳ ποινὴν ἔτισεν ὑπὲρ ὧν ἐπλημμέλησεν.

## Cap. XXXVI.

*De expeditione Valentis adverſus Gothos, & quales impietatis pœnas dederit.*

AT Valens, ſpretis optimis illis Conſiliariis, exercitum quidem præmiſit ad prælium: ipſe vero in quodam vico reſidens, victoriam expectabat. Sed cum milites impetum Barbarorum ſuſtinere non potuiſſent, in fugam verſi ſunt, & à Barbaris inſequentibus cædebantur. Et ipſi quidem C contentiſſimo curſu fugiebant: Barbari verò totis viribus inſtabant. Cumqve ad vicum perveniſſent, in qvo Valens, audita ſuorum clade, occultare ſe nitebatur: injecto igne, illum pietatis hoſtem ſimul cum vico incenderunt. Hoc modo Valens, in hac etiam vita ſcelerum ſuorum pœnas dedit.

## Κεφ. λζ΄.

Πόθεν οἱ γότθοι τῆς ἀρειανικῆς μετέλαχον πλάνης.

ἘΓὼ δὲ πάρεργον νομίζω, διδάξαι τοὺς D ἀγνοοῦντας, ὅπως οἱ βάρβαροι τὴν ἀρειανικὴν εἰσεδέξαντο νόσον. ὅτε τὸν ἴστρον διαβάντες, πρὸς τὸν οὐάλεντα τὴν εἰρήνην ἐσπείσαντο, τηνικαῦτα παρὼν εὐδόξιος ὁ δυσώνυμος, ὑπέθετο τῷ βασιλεῖ πεῖσαι αὐτῷ κοινωνῆσαι τοὺς γότθους. πάλαι γὰρ τὰς τῆς θεογνωσίας ἀκτῖνας δεξάμενοι, τοῖς ἀποστολικοῖς ἐνετρέφοντο δόγμασι. βεβαιοτέραν γὰρ, ἔφη, τὸ κοινὸν τοῦ φρονήματος, τὴν εἰρήνην ἐργάσεται. ταύτην ἐπαινέσας τὴν γνώμην

## Cap. XXXVII.

*Quomodo Gothi in Arianam hæreſin delapſi ſint.*

EGo vero operæ pretium facturus D mihi videor, ſi ignaros docuero, qualiter Barbari Arianam hæreſin amplexi ſint. Quo tempore Gothi Iſtrum trajicientes, fœdus cum Valente percuſſerunt, abominandus ille Eudoxius, qui tum aderat, ſuggeſſit Imperatori, perſuadendum eſſe Gothis, ut cum ipſo communicarent: Nam cum diu antea divinæ cognitionis radiis illuſtrati eſſent, in Apoſtolica doctrina ſemper fuerant innutriti. Quippe, ajebat Eudoxius, unius dogmatis communio pacem firmiorem efficiet. Quod conſilium cum approbaſſet

Valens, optimatibus Gothorum propoſuit, ut in doctrina fidei cum ipſo conſentirent. At illi reſponderunt, nunqvam ſe adduci poſſe ut à majorum ſuorum doctrina diſcederent. Porro ea tempeſtate, Ulfila totius gentis erat Epiſcopus, magnæ apud illos auctoritatis, & cujus verba pro firmiſſimis legibus habebant: hunc Eudoxius cum & verbis demulſiſſet, & muneribus illexiſſet, eo impulit, ut Gothos ad communionem Imperatoris amplectendam adduceret. Id autem perſuaſit, cum diceret contentionem ex ambitione ortam eſſe; dogmatum verò nullam eſſe diſcrepantiam. Quamobrem Gothi hactenus, Patrem quidem Filio majorem eſſe dicunt. Filium tamen creaturam dicere non ſuſtinent, licet cum iis communicent, qui ita dicunt. Nec tamen à majorum doctrina penitus diſceſſerunt. Etenim Ulfila, cum eis perſuadere vellet, ut cum Valente & Eudoxio communicarent, nullam dogmatum diſcrepantiam eſſe dixerat; ſed ex inani altercatione ortum fuiſſe diſſidium

A ὁ οὐάλης, προὔτεινε τοῖς ἐκείνων ἡγεμόσι τῶν δογμάτων τὴν συμφωνίαν. οἱ δὲ οὐκ ἀνέξεσθαι ἔλεγον τὴν πατρῴαν καταλείψειν διδασκαλίαν. κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν χρόνον, οὐλφίλας αὐτῶν ἐπίσκοπος ἦν, ᾧ μάλα ἐπείθοντο, καὶ τοὺς ἐκείνου λόγους ἀκινήτους ὑπελάμβανον νόμους. τοῦτον καὶ λόγοις καταχηλήσας εὐδόξιος, καὶ χρήμασι δελεάσας, πεῖσαι παρεσκεύασε τοὺς βαρβάρους τὴν βασιλέως κοινωνίαν ἀσπάσασθαι. ἔπεισε δὲ, φήσας ἐκ φιλοτιμίας γεγενῆσθαι τὴν ἔριν, δογμάτων δὲ μηδεμίαν εἶναι διαφοράν. B οὗ δὴ ἕνεκα, μέχρι καὶ τήμερον οἱ γότθοι μείζονα μὲν τὸν πατέρα λέγουσι τοῦ υἱοῦ· κτίσμα δὲ τὸν υἱὸν εἰπεῖν οὐκ ἀνέχονται, καίτοι κοινωνοῦντες τοῖς λέγουσιν. ἀλλ' ὅμως οὐ παντάπασι τὴν πατρῴαν διδασκαλίαν κατέλιπον. καὶ γὰρ οὐλφίλας εὐδοξίῳ καὶ οὐάλεντι κοινωνῆσαι πείθων αὐτοὺς, οὐκ εἶναι δογμάτων ἔφη διαφορὰν, ἀλλὰ ματαίαν ἔριν ἐργάσασθαι τὴν διάστασιν.

*Explicit Liber quartus.*

C

Τετάρτου λόγου τέλος.

D

## ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ Λόγος Ε′.


α′. Περὶ τῆς γρατιανοῦ τοῦ βασιλέως εὐσεβείας.

β′. Περὶ τῆς ἐπανόδου τῶν ἐπισκόπων.

γ′. Περὶ τῆς παυλίνου φιλονεικίας, καὶ τῆς ἀπολιναρίου τοῦ λαοδικέως καινοτομίας, καὶ περὶ τῆς μελετίου φιλοσοφίας τε καὶ φιλοθείας.

δ′. Περὶ εὐσεβίου τοῦ ἐπισκόπου σαμοσάτων.

ε′. Περὶ τῆς θεοδοσίου στρατηγίας.

ς′. Περὶ τῆς τούτου βασιλείας, καὶ ὧν προεῖδεν ὀνείρων.

ζ′. Τίνες ἐπίσημοι προεστάται τῆς ἀρείου συμμορίας ἐγένοντο.

η′. Περὶ τῆς ἐν κωνσταντινουπόλει συναθροισθείσης συνόδου.

θ′. Συνοδικὸν παρὰ τῆς ἐν κωνσταντινουπόλει συνόδου.

ι′. Συνοδικὸν δαμάσου ἐπισκόπου ῥώμης κατὰ ἀπολιναρίου καὶ τιμοθέου γραφέν.

ια′. Ἄλλο τούτου συνοδικὸν κατὰ διαφόρων αἱρέσεων.

ιβ′. Περὶ τῆς γρατιανοῦ τελευτῆς καὶ τῆς μαξίμου τυραννίδος.

ιγ′. Περὶ ἰουστίνης τῆς οὐαλεντινιανοῦ γαμετῆς καὶ τῆς κατὰ ἀμβροσίου γεγενημένης ἐπιβουλῆς.

ιδ′. Περὶ τῶν παρὰ μαξίμου τοῦ τυράννου οὐαλεντινιανῷ τῷ νέῳ δηλωθέντων.

ιε′. Περὶ τῶν παρὰ θεοδοσίου τοῦ βασιλέως περὶ τούτου γραφέντων.

ις′. Περὶ ἀμφιλοχίου ἐπισκόπου ἰκονίου.

ιζ′. Περὶ τῶν ἐν θεσσαλονίκῃ γεγενημένων σφαγῶν.

ιη′. Περὶ τῆς ἀμβροσίου τοῦ ἐπισκόπου παρρησίας καὶ τῆς τοῦ βασιλέως εὐσεβείας.

ιθ′. Περὶ πλακίλλης τῆς βασιλίδος.

κ′. Περὶ τῆς ἐν ἀντιοχείᾳ γεγονυίας στάσεως.

κα′. Περὶ τῶν πανταχοῦ γῆς καταλυθέντων εἰδωλικῶν ναῶν.

κβ′. Περὶ θεοφίλου ἐπισκόπου ἀλεξανδρείας, καὶ τῶν ἐν τῇ καθαιρέσει τῶν εἰδώλων αὐτόθι γεγενημένων.

κγ′. Περὶ φλαβιανοῦ τοῦ ἀντιοχείας ἐπισκόπου, καὶ τῆς διὰ παυλῖνον γεγενημένης τοῖς δυτικοῖς διαστάσεως.

κδ′. Περὶ τῆς εὐγενίου τυραννίδος καὶ τῆς θεοδοσίου τοῦ βασιλέως διὰ πίστεως νίκης.

κε′. Περὶ τῆς θεοδοσίου τοῦ βασιλέως τελευτῆς.

κς′. Περὶ ὀνωρίου τοῦ βασιλέως, καὶ τηλεμάχου μονάζοντος.

κζ′. Περὶ τῆς ἀρκαδίου τοῦ βασιλέως εὐσεβείας, καὶ ἰωάννου τοῦ χρυσοστόμου χειροτονίας.

κη′. Περὶ τῆς κατὰ θεὸν τοῦ αὐτοῦ ἐπισκόπου παρρησίας.

κθ′. Περὶ τῶν ἐν φοινίκῃ δι᾽ αὐτοῦ καταλυθέντων εἰδωλικῶν ναῶν.

λ′. Περὶ τῆς ἐκκλησίας τῶν γότθων. ζήλου.

λα′. Περὶ τῆς εἰς σκύθας ὑπ᾽ αὐτοῦ γεγενημένης προνοίας, καὶ τοῦ κατὰ τῶν μαρκιανιστῶν

λβ′. Περὶ τῆς γαϊνοῦ αἰτήσεως καὶ τῆς ἰωάννου τοῦ χρυσοστόμου ἀντιρρήσεως.

λγ′. Περὶ τῆς παρὰ τοῦ χρυσοστόμου πρὸς αὐτὸν πρεσβείας.

λδ′. Περὶ τῶν δι᾽ αὐτὸν συμβεβηκότων.

λε′. Περὶ θεοφίλου τοῦ ἐπισκόπου ἀλεξανδρείας.

λς′. Περὶ τῆς ὕστερον γεγενημένης τοῖς πεπολεμηκόσιν ἰωάννῃ τῷ ἐπισκόπῳ μεταμελείας, καὶ τῆς τῶν λειψάνων αὐτοῦ μετακομιδῆς.

λζ′. Περὶ τῆς πίστεως θεοδοσίου τοῦ μικροῦ, καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ.

λη′. Περὶ θεοδότου τοῦ ἐπισκόπου ἀντιοχείας.

λθ΄. Περὶ τοῦ ἐν περσίδι διωγμοῦ καὶ τῶν ἐκεῖ μαρτυρησάντων.
μ΄. Περὶ θεοδώρου τοῦ ἐπισκόπου μοψουεστίας.

## *IN LIBRO QVINTO ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ hæc continentur.*

Cap. I. De pietate Imperatoris Gratiani.
II. De reditu Epiſcoporum.
III. De Paulini contentione; & de novitate doctrinæ Apollinaris Laodiceni, & de Meletii ſapientia ac pietate.
IV. De Euſebio Samoſatenſi Epiſcopo.
V. De Theodoſio Magiſtro militum.
VI. De Imperio Theodoſii & de ſomniis ab eo viſis.
VII. Quinam fuerint inſignes Arianæ factionis Antiſtites.
VIII. De Concilio Conſtantinopolitano.
IX. Epiſtola Synodica Concilii Conſtantinopolitani.
X. Epiſtola Synodica Damaſi Epiſcopi urbis Romæ contra Apollinarem & Timotheum ſcripta.
XI. Alia ejusdem Damaſi Synodica Epiſtola contra diverſas hæreſes.
XII. De interitu Gratiani & de Maximi Tyrannide.
XIII. De Juſtina Valentiniani uxore, deque inſidiis ab ea ſtructis Ambroſio.
XIV. De iis, quæ Maximus tyrannus Valentiniano Juniori ſcripſit.
XV. De his, quæ à Theodoſio Imperatore ſcripta ſunt his de rebus.
XVI. De Amphilochio Iconii Epiſcopo.
XVII. De hominum cæde, quæ facta eſt Theſſalonicæ.
XVIII. De Ambroſii Epiſcopi in loquendo libertate; & de pietate Imperatoris.
XIX. De Flaccilla Imperatrice.
XX. De ſeditione, quæ facta eſt Antiochiæ.
XXI. De templis Idolorum ubique ſubverſis.
XXII. De Theophilo Alexandriæ Epiſcopo & de his, quæ in everſione Idolorum illic geſta ſunt.
XXIII De Flaviano Antiochiæ Epiſcopo; & de diſſidio propter Paulinum inter Occidentales & Orientales exorto.
XXIV. De Tyrannide Eugenii, & quomodo Theodoſius ob fidei ſuæ meritum, victoriam reportavit.
XXV. De morte Imperatoris Theodoſii.
XXVI. De Honorio Imperatore & de Telemacho Monacho.
XXVII. De pietate Imperatoris Arcadii, & de Joannis Chryſoſtomi Ordinatione.
XXVIII. De Joannis Epiſcopi divina in loquendo libertate.
XXIX. De templis Idolorum à Joanne ſubverſis in Phœnice.
XXX. De Eccleſia Gothorum.
XXXI. De ejusdem erga Scythas providentia, & de zelo adverſus Marcioniſtas.
XXXII. De petitione Gainæ, & de Joannis Chryſoſtomi reſponſione.
XXXIII. De Chryſoſtomi ad Gainam legatione.
XXXIV. De his, quæ Joannis causâ acciderunt.
XXXV. De Cyrillo Epiſcopo Alexandriæ, & de Alexandro Epiſcopo Antiochiæ.
XXXVI. Quomodo eos, qui Joannem perſecuti fuerant, poſtea facti ſui pœnituerit: & de reliquiarum ejus translatione.
XXXVII. Fides Theodoſii Junioris & ſororum ejus.
XXXVIII. De Theodoro Antiochenſi Epiſcopo.
XXXIX. De perſecutione Chriſtianorum in Perſide, & qui illic Martyrium perpeſſi ſint.
XL. De Theodoto Epiſcopo Mopſueſtiæ.

A

## ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΘΕΟΔΩΡΙΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ Λόγος Ε΄.

### Κεφ. α΄.

Περὶ τῆς γρατιανοῦ τοῦ βασιλέως εὐσεβείας.

Ὅπως μὲν ἐπὶ πλεῖστον φέρει τοὺς καθ᾽ αὐτοῦ λυττῶντας ὁ δεσπότης θεὸς, καὶ ὅπως κολάζει τοὺς οὐκ εἰς δέον τῇ μακροθυμίᾳ χρωμένους, τοιαῦτα καὶ δεδρακὼς καὶ πεπονθὼς ὁ οὐάλης ἐδίδαξεν ἀκριβῶς. B οἷον γάρ τισι σταθμοῖς καὶ ζυγοῖς, οἴκτῳ καὶ δικαιοσύνῃ χρώμενος ὁ φιλάνθρωπος, ὅταν ἴδῃ τινὰ τῷ μεγέθει τῶν πλημμελημάτων ὑπερβάλλοντα τῆς φιλανθρωπίας τὰ μέτρα, τῇ δικαίᾳ τιμωρίᾳ κωλύει τὴν ἐπὶ τὰ πρόσω φοράν. Γρατιανὸς δὲ, ὁ οὐαλεντινιανοῦ μὲν υἱὸς, οὐάλεντος δὲ ἀδελφιδοῦς, πᾶσαν τὴν ῥωμαίων ἡγεμονίαν παρέλαβε. πάλαι μὲν γὰρ τῆς εὐρώπης παρειλήφει τὰ σκῆπτρα μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς C τελευτήν. καὶ ἐκείνου δέ γε περιόντος, ἐκοινώνει τῆς βασιλείας. προσέλαβεν οὖν καὶ τὴν ἀσίαν καὶ τὰ λειπόμενα τῆς λιβύης, ἄπαιδος ἀναιρεθέντος τοῦ οὐάλεντος.

### Κεφ. β΄.

Περὶ τῆς ἐπανόδου τῶν ἐπισκόπων.

Εὐθὺς μέντοι τὴν εὐσέβειαν ἣν εἶχεν, ἐκδηλοτέραν κατέστησε, καὶ τῆς βασιλείας τὰς ἀπαρχὰς τῷ παμβασιλεῖ τῶν ὅλων προσήνεγκε. νόμον γὰρ ἔγραψε, καὶ τοὺς ἐληλαμένους ποιμένας ἐπανελθεῖν κελεύων καὶ τοῖς σφετέροις ἀποδοθῆναι ποιμνίοις, καὶ τοὺς θείους οἴκους παραδοθῆναι τοῖς τὴν δαμάσου κοινωνίαν D προαιρουμένοις. δάμασος δὲ ὁ τῆς ῥώμης ἐπίσκοπος ἦν, καὶ ἀξιεπαίνῳ βίῳ κοσμούμενος, καὶ πάντα λέγειν καὶ πράττειν ὑπὲρ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων αἱρούμενος. μετὰ λιβέριον γὰρ τὴν τῆς ἐκκλησίας παρειλήφει κηδεμονίαν. συνεξέπεμψε δὲ τῷ νόμῳ καὶ σάπωρα τὴν στρατηγὸν ὀνομαστότατον τηνικάδε ὄντα. καὶ τῆς μὲν ἀρείου

## THEODORITI EPISCOPI CYRI ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ LIBER QVINTUS.

### Cap. I.

*De pietate Imp. Gratiani.*

Qualiter Dominus DEUS homines furore atque inſania contra ipſum elatos, diutiſſime ſuſtineat, & qualiter puniat eos, qui ipſius abutuntur patientiâ, Valentis actus quos retulimus, ejusdemque exitus perſpicue demonſtrant. Miſericordiâ enim ac juſtitiâ, velut quibusdam libris ac trutinis utens clementiſſimus Dominus, ubi aliquem viderit magnitudine ſcelerum, clementiæ modum excedere, impetū ad ulteriora tendentem juſta animadverſione comprimit. Gratianus verò Valentiniani filius, cujus Valens patruus fuerat, Imperii Romani ſummam obtinuit. Jam enim antea Europæ ſceptra poſt obitum patris ſui ſuſceperat. Sed & ab illo adhuc ſuperſtite in conſortium Imperii fuerat adſcitus: Valente vero abſque liberis extincto, Aſiam quoque & reſiduam Africæ partem Imperio ſuo adjunxit. Statim ergo pietatem quam in animo inſitam habebat, manifeſtiorem reddidit, & Imperii ſui primitias ſummo omnium Imperatori conſecravit.

### Cap. II.

*De reditu Epiſcoporum.*

Lege enim lata præcepit, ut paſtores, qui in exilium ejecti fuerant, redirent, ſuisque gregibus reſtituerentur, utque ædes ſacræ iis traderentur, qui cum Damaſo communicarent. Hic autem Damaſus, Epiſcopus erat urbis Romæ, qui poſt Liberium Eccleſiæ illius curam ſuſceperat: vir ſanctitate vitæ conſpicuus, & qui pro Apoſtolica doctrina nihil non dicere atque agere paratus eſſet. Porro ſimul cum lege, Saporem quoque Magiſtrum militum miſit, qui tunc celeberrimus habebatur. Et Arianæ

quidem blaſphemiæ prædicatores, tanquam feras quaſdam, à ſacris ædibus excludi juſſit: optimis autem Paſtoribus ac divino gregi eaſdem reſtitui. Atque id quidem in ſingulis provinciis ſine controverſia executioni mandatum eſt. Antiochiæ vero, quæ Metropolis eſt Orientis, hujuſmodi contentio extitit.

## Cap. III.

*De Paulini contentione, & de novitate doctrinæ Apollinaris Laodiceni, & de Meletii ſapientia ac pietate.*

DUas in partes, uti ſupra retulimus diviſi erant Apoſtolicæ doctrinæ propugnatores. Et alii quidem, ſtatim poſt inſidias in magnum Euſtathium ſtructas, Arianam perfidiam deteſtati, & ſeorſum conventus agentes, Paulinum Antiſtitem habebant. Alii vero, qvi poſt ordinationem Euzoii, unà cum præſtantiſſimo Meletio ſeſe ab impiis ſecreverant, eaque diſcrimina pertulerant, quæ ſupra commemoravimus, à ſapientiſſimo Doctore Meletio regebantur. Præter hæc Apollinaris Laodicenus tertiæ quoque factionis ſeipſum auctorem præbuit. Qui aſſumpta pietatis perſona, cum Apoſtolicam doctrinam viſus eſſet defendere, paulo poſt manifeſtus hoſtis apparuit. De divina enim natura perperàm diſſeruit, gradus quoſdam dignitatum in illa excogitans: & diſpenſationis myſterium imperfectum auſus eſt affirmare, & animam ratione præditam cui corporis regendi cura commiſſa eſt, ſalutis exſortem fuiſſe aſſeveravit. Nam cum Deus Verbum juxta ſententiam illius, eam non aſſumpſerit, nec medelam ei attulit, nec honorem impertiit. Sed corpus quidem terrenum, ab inviſibilibus poteſtatibus adoratur. Anima vero, quæ ad imaginem DEI facta eſt, inferius remanſit, peccati infamiâ ac dedecore operta. Multa quoque alia, cæco mentis errore ductus aſſeruit. Interdum enim Chriſtum ex ſancta virgine carnem ſumpſiſſe aſſentiebatur: interdum vero ajebat, illam unà cum DEO verbo è cœlo delapſam eſſe: nonnunquam vero Verbum carnem factum eſſe, ſed nihil ex nobis aſſumpſiſſe. Alias prætereà fabulas ac nugas divinis promiſſionibus adjunxit, quas hoc loco recenſere ſuperfluum puto. Hæc ille cum diceret, non ſuos ſolum peſtifera labe

A βλασφημίας τοὺς κήρυκας, οἷόν τινας θῆρας, τῶν ἱερῶν σηκῶν ἐξελάσαι, τοῖς δὲ ἀρίστοις ποιμέσι καὶ τοῖς θείοις ποιμνίοις τούτους ἀποδοθῆναι προσέταξε. καὶ ἐν ἑκάστῳ μὲν ἔθνει τοῦτο γε ἀδηρίτως ἐγένετο, ἐν Ἀντιοχείᾳ δὲ τῇ τῆς ἑῴας ἡγουμένῃ ἔρις ἐγένετο τοιάδε.

## Κεφ. γ'.

Περὶ τῆς Παυλίνου φιλονεικίας, καὶ τῆς Ἀπολιναρίου τοῦ Λαοδικέως καινοτομίας, καὶ περὶ τῆς Μελετίου φιλοσοφίας τε καὶ φιλοθείας.

Δίχῃ μέν, ὡς καὶ πρόσθεν εἰρήκαμεν, οἱ τῶν ἀποστολικῶν ὑπερηγωνιζόμενοι B δογμάτων διῄρηντο· καὶ οἱ μὲν εὐθὺς μετὰ τὴν καθ' Εὐσταθίου τοῦ μεγάλου τυρευθεῖσαν ἐπιβουλὴν τὴν ἀρειανικὴν βδελυξάμενοι βδελυρίαν, καὶ καθ' σφᾶς αὐτοὺς ἀθροιζόμενοι, Παυλῖνον εἶχον ἡγούμενον. οἱ δὲ μετὰ τὴν Εὐζωΐου χειροτονίαν σὺν Μελετίῳ τῷ πάνυ τῶν δυσσεβούντων ἀποκριθέντες, καὶ τοὺς κινδύνους ἐκείνους οὓς διεξήλθομεν ὑπομείναντες, ὑπὸ τῆς Μελετίου σοφωτάτης διδασκαλίας ἰθύνοντο. πρὸς δὲ τούτοις Ἀπολινάριος ὁ Λαοδικεὺς, ἑτέρας νῦν συμμορίας ἑαυτὸν ἀπέφηνεν ἀρχηγόν· ὃς τὸ τῆς εὐσεβείας περιθέμενος προσωπεῖον, καὶ τῶν ἀποστολικῶν C δογμάτων δόξας ὑπερασπίζειν, μικρὸν ὕστερον προφανὴς ὤφθη πολέμιος. καὶ γὰρ περὶ τῆς θείας φύσεως κιβδήλοις ἐχρήσατο λόγοις, βαθμούς τινας ἀξιωμάτων γεννήσας, καὶ τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον, ἀτελὲς ἀποφῆναι τετόλμηκε, καὶ τὴν λογικὴν ψυχὴν τὴν ἰθύνειν τὸ σῶμα πεπιστευμένην, ἐστέρησε τῆς γεγενημένης ἐφ... σωτηρίας. οὐκ εἰληφὼς γὰρ ταύτην κατὰ τὸν ἐκείνου λόγον ὁ θεὸς λόγος, οὔτε ἰατρείας ἠξίωσεν, οὔτε τιμῆς μετέδωκεν. ἀλλὰ τὸ μὲν σῶμα τὸ γήϊνον ὑπὸ τῶν ἀοράτων προσκυνεῖται δυνάμεων· ἡ δὲ ψυχὴ ἡ κατ' εἰκόνα θείαν γεγενη-D μένη, κάτω μεμένηκε, τὴν τῆς ἁμαρτίας ἀτιμίαν περικειμένη. πολλὰ δὲ καὶ ἕτερα πρὸς τούτοις εἶπεν ἐσφαλμένῃ καὶ τυφλωττούσῃ διανοίᾳ. ποτὲ μὲν γὰρ συνωμολόγει καὶ αὐτὸς ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου προσειλῆφθαι τὴν σάρκα, ποτὲ δὲ οὐρανόθεν ταύτην τῷ θεῷ λόγῳ συγκαταληλυθέναι φησίν· ἄλλοτε δὲ αὐτὸν γεγενῆσθαι σάρκα, οὐδὲν ἐξ ἡμῶν εἰληφότα. καὶ ἑτέρους δὲ μύθους καὶ λήρους ταῖς θείαις ἐπαγγελίαις συνέζευξεν, οὓς καὶ λέγειν περιττὸν ἐπὶ τοῦ παρόντος νενόμικα. ἐκεῖνος μὲν οὖν τοιαῦτα λέγων, οὐ μόνον

τοὺς

τοὺς οἰκείους τῆς λύμης ἐνέπλησεν, ἀλλὰ καί τισι τῶν ἡμετέρων τῆς νόσου μετέδωκε. χρόνῳ γὰρ ὕστερον τὴν σφετέραν ὁρῶντες εὐτέλειαν, καὶ τὴν τῆς ἐκκλησίας θεώμενοι περιφάνειαν, συνήφθησαν μὲν πλὴν ὀλίγων ἅπαντες, καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας μετέλαχον. τὴν δὲ προτέραν οὐκ ἀπέθεντο νόσον, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς τῶν πάλαι ἐρρωμένων, ταύτης ἐνέπλησαν. ἐκ ταύτης δὲ τῆς ῥίζης ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐβλάστησεν ἡ μία τῆς σαρκὸς καὶ τῆς θεότητος φύσις, καὶ τὸ τῇ θεότητι τοῦ μονογενοῦς προσάπτειν τὸ πάθος, καὶ τἄλλα ὅσα τοῖς τε λαοῖς καὶ τοῖς ἱερεῦσι τὴν διαμάχην γεγέννηκεν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον γεγένηται. ὅτε δὲ ἀφικομένου Σάπωρος τοῦ στρατηγοῦ, καὶ τὸν βασιλικὸν ἐπιδείξαντος νόμον, ἰσχυρίζετο μὲν ὁ Παυλῖνος, αὐτὸς εἶναι τῆς Δαμάσου μερίδος. ἰσχυρίζετο δὲ καὶ Ἀπολινάριος, κατακρύπτων τὴν νόσον. ὁ δὲ θεῖος Μελέτιος ἡσυχῇ καθῆστο, τῆς ἐκείνων ἀνεχόμενος ἔριδος. Φλαβιανὸς δὲ ὁ σοφώτατος, τῷ τῶν πρεσβυτέρων ἐγκατειλεγμένος ἔτι χορῷ, πρῶτον μὲν πρὸς τὸν Παυλῖνον ἔφη, τοῦ στρατηγοῦ ἐπαίοντος· εἰ τὴν Δαμάσου ὦ φιλότης κοινωνίαν ἀσπάζῃ, ἐπίδειξον ἡμῖν σαφῶς τὴν τῶν δογμάτων συμφωνίαν. ἐκεῖνος γὰρ μίαν τῆς τριάδος οὐσίαν ὁμολογῶν, τὰς τρεῖς ὑποστάσεις διαῤῥήδην κηρύττει. σὺ δὲ ἄντικρυς τῶν ὑποστάσεων ἀναιρεῖς τὴν τριάδα. δεῖξον δὴ οὖν τῶν δογμάτων τὴν συμφωνίαν, καὶ λάβε τὰς ἐκκλησίας κατὰ τὸν νόμον. οὕτως ἐκεῖνον τοῖς ἐλέγχοις ἐπιστομίσας, πρὸς τὸν Ἀπολινάριον ἔφη· θαυμάζω σε ὦ φίλος, οὕτως ἀναιδῶς τῇ ἀληθείᾳ μαχόμενον, καὶ ταῦτα σαφῶς ἐπιστάμενον, ὡς ὁ θαυμάσιος Δάμασος τελείαν ὑπὸ τοῦ θεοῦ λόγου τὴν ἡμετέραν φύσιν ἀνειλῆφθαι φησίν· σὺ δὲ τοὐναντίον λέγων διατελεῖς. τὸν γὰρ νοῦν τὸν ἡμέτερον τῆς σωτηρίας ἀποστερεῖς. εἰ δὲ ψευδῆ φαμὲν, ταῦτά σου κατηγοροῦντες, νῦν γοῦν τὴν ὑπὸ σοῦ τεχθεῖσαν ἀρνήθητι καινοτομίαν, καὶ τὴν Δαμάσου στέρξον διδασκαλίαν, καὶ τοὺς θείους λάβε σηκούς. ὁ μὲν οὖν σοφώτατος Φλαβιανὸς, τοῖς ἀληθέσι λόγοις τὴν ἐκείνων κατέπαυσε παρρησίαν. Μελέτιος δὲ, ὁ πάντων ἀνθρώπων πρᾳότατος, φιλοφρόνως ἅμα καὶ ἠπίως ἔφη πρὸς τὸν Παυλῖνον. ἐπειδὴ καὶ ἐμοὶ τῶνδε τῶν προβάτων τὴν ἐπιμέλειαν ὁ τῶν προβάτων ἐνεχείρισε κύριος, καὶ σὺ τῶν

A contaminavit; ſed quoſdam etiam ex noſtris eadem contagione infecit. Etenim aliquanto poſt tempore, cum ſuam ipſorum imbecillitatem & Eccleſiæ ſplendorem conſiderarent, omnes, paucis exceptis, ad unitatem redierunt & ad Eccleſiaſticam communionem ſuſcepti ſunt: priorem tamen morbum minime abjecerunt, ſed multos eorum, qui antea recte ſentiebant, in errorem ſuum pertraxerunt. Ex hac radice pullulavit in Eccleſiis opinio illa, unam eſſe naturam carnis ac Deitatis; & illa, quæ unigeniti divinitati paſſionem attribuit, & aliæ plures, quæ tum inter po-
B pulos, tum inter ſacerdotes aliarum provinciarum, magnam diſcordiam concitarunt. Verum hæc poſtea geſta ſunt. Tunc vero cum Sapores Magiſter militum Antiochiam advenisſet, & Imperatoris legem protuliſſet, Paulinus quidem affirmare cœpit ſe Damaſo communicare. Idem quoque aſſerebat Apollinaris, hæreſin ſuam occultans. Divinus autem Meletius, quietus ſedebat contentionem illorum ſuſtinens. Tunc ſapientiſſimus Flavianus, qui in Presbyterorum ordine adhuc erat conſtitutus, primum quidem ita Paulinum allocutus eſt, Magiſtro mi-
C litum audiente. Si Damaſi communionem amplecteris, ô amice! doctrinæ nobis manifeſtam ſimilitudinem oſtende. Nam ille quidem unam eandemque Trinitatis ſubſtantiam confitens, tres hypoſtaſes diſerte prædicat. Tu contra, Trinitatem tollis hypoſtaſum. Oſtende igitur conſenſionem doctrinæ, & Eccleſias accipe, ut lex jubet. Hujusmodi convictione cum os Paulino obſtruxiſſet, ad Apollinarem converſus, hæc dixit. Miror te, ô amice! tam impudenter repugnare veritati; idque cum probe ſcias, Damaſum aſſe-
D rere perfectum hominem à Deo Verbo aſſumptum eſſe. Tu vero contrarium affirmare non ceſſas. Mentem enim noſtram à ſalute excludis. Quod ſi falſa ſunt, quæ tibi objicimus, nunc ſaltem renuntia novitati quam excogitaſti, & Damaſi doctrinam amplectere: ac tum demum ſacras ædes obtine. Ac prudentiſſimus quidem Flavianus, certiſſimis rationibus fiduciam illorum compreſſit. Meletius vero, vir omnium mortalium mitiſſimus, amanter ſimul ac leniter Paulinum his verbis compellavit. Quandoquidem & mihi harum ovium Dominus ipſe curam commiſit,

& tu aliarum curam ſuſcepiſti, ovesque A inter ſe in religione conſentiunt, jungamus greges, ô amice, & contentionem de primatu deponamus: gregemqve in commune paſcentes, communem iis curam ex æquo impendamus. Quod ſi cathedra in medio poſita contentionem facit, eam ego auferre conabor. Poſito enim ſuper illa Evangeliorum libro, nos ex utraq; parte ſedeamus. Ac ſi quidem ego prior ex hac vita diſceſſero, tu ſolus, ô amice, præſulatum totius gregis obtine. Si vero id tibi prius contigerit, tum ego, prout potero, gregis curam geram. Et divinus quidem Meletius, amanter & placide iſta dice- B bat: Paulinus vero conditionem oblatam accipere noluit. Tunc Magiſter militiæ his, quæ dicta fuerant, perpenſis atque examinatis, Eccleſias magno Meletio tradidit. Paulinus autem, gregis illius, qui ab initio ſeparatus fuerat, antiſtes permanſit.

## Cap. IV.

*De Euſebio Samoſatenſe Epiſcopo.*

Apollinaris vero, cum Eccleſiarum adminiſtratione excidiſſet, novam deinceps quam excogitaverat do- C ctrinam palam prædicavit, ſeque hæreſeos auctorem profeſſus eſt. Et ipſe quidem Laodiceæ utplurimum morabatur. Antiochiæ vero, jam antea Vitalem ordinarat Epiſcopum: virum eximia quidem virtute & ſanctitate præditum, & in Apoſtolica doctrina à puero educatum: poſtmodum vero hæretica labe corruptum. Porro divinus Meletius, Diodorum illum, cujus ſupra meminimus, qui in graviſſima illa tempeſtate navem Eccleſiæ incolumem ſervaverat, Tarſenſium Epiſcopum conſtituit, & Cilicum ei provinciam commendavit. Apameæ vero, Pontifica- D tum Joanni tradidit; qui & ipſe claro genere ortus, ſuis tamen meritis quàm majorum rebus præclare geſtis erat illuſtrior. Nam & doctrina & vitæ ſanctitas, in eo pariter eminebant. Hic dum tempeſtas ſæviret, Orthodoxorum illic conventum rexerat, adjutorem operis habens Stephanum omni laude digniſſimum. Sed hunc quoque divinus Meletius ad alia tranſtulit certamina. Nam cum urbem Germaniciam Eudoxiani erroris labe corruptam eſſe didiciſſet, hunc

ἄλλων ἀναδέδεξαι τὴν φροντίδα, κοινωνεῖ ἀλλήλοις τῆς εὐσεβείας τὰ θρέμματα, συνάψωμεν ὦ φιλότης τὰ ποίμνια, καὶ τὴν περὶ τῆς ἡγεμονίας καταλύσωμεν διαμάχην κοινῇ δὲ τὰ πρόβατα νέμοντες, κοινὴν αὐτοῖς προσενέγκωμεν θεραπείαν. εἰ δὲ ὁ μέσος θῶκος τὴν ἔριν γεννᾷ, ἐγὼ καὶ ταύτην ἐξελάσαι πειράσομαι. ἐν γὰρ τούτῳ τὸ θεῖον προθεὶς εὐαγγέλιον, ἑκατέρωθεν ἡμᾶς καθῆσθαι παρεγγυῶ. καὶ εἰ μὲν πρῶτος ἐγὼ δεξαίμην τοῦ βίου τὸ πέρας, μόνος ἕξεις ὦ φίλος τὴν τῆς ποίμνης ἡγεμονίαν. εἰ δὲ σὺ πρότερος τοῦτο πάθοις, ἐγὼ πάλιν εἰς δύναμιν τῶν προβάτων ἐπιμελήσομαι. ταῦτα ἠπίως μὲν ἅμα καὶ φιλοφρόνως ὁ θεῖος εἶπε μελέτιος· ὁ δὲ παυλῖνος, οὐκ ἔστερξεν. ὁ δὲ στρατηγὸς κριτὴς τῶν εἰρημένων γενόμενος, τῷ μεγάλῳ μελετίῳ τὰς ἐκκλησίας παρέδωκεν. ὁ δὲ παυλῖνος διέμεινε τῶν ἐξ ἀρχῆς ἀποκριθέντων προβάτων ἡγεμών.

## Κεφ. δʹ.

*Περὶ εὐσεβίου τοῦ ἐπισκόπου σαμοσάτων.*

Ἀπολινάριος δὲ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν ἡγεμονίας διαμαρτών, διαῤῥήδην λοιπὸν τὴν καινοτομηθεῖσαν διδασκαλίαν ἐκήρυττε, καὶ τῆς αἱρέσεως ἑαυτὸν ἀπέφηνεν ἀρχηγόν. καὶ αὐτὸς μὲν ἐν λαοδικείᾳ τὰ πλεῖστα διέτριβεν. ἐν ἀντιοχείᾳ δὲ ἤδη πρότερον ἐκεχειροτονήκει βιτάλιον, βίῳ μὲν ἀρίστῳ κοσμούμενον, καὶ τοῖς ἀποστολικοῖς δόγμασιν ἐντεθραμμένον, ὕστερον δὲ τὴν νόσον δεξάμενον. ὁ δὲ θεῖος μελέτιος διόδωρον ἐκεῖνον οὗ καὶ πρόσθεν ἐμνήσθημεν, τὸν ἐν τῷ παγχαλέπῳ κλύδωνι ἀβάπτιστον τὸ τῆς ἐκκλησίας διασώσαντα σκάφος, ταρσέων κατέστησε ποιμένα, καὶ τὸ κιλίκων αὐτῷ ἐνεχείρισεν ἔθνος. ἀπαμείας δὲ τὴν ἀρχιερατικὴν ἐπιμέλειαν ἰωάννῃ πεπίστευκεν, ὃς εἶχε μὲν καὶ τοῦ γένους τὴν περιφάνειαν, κατορθώμασι δὲ μᾶλλον οἰκείοις ἢ προγονικοῖς ἐλαμπρύνετο. κατὰ ταὐτὸν γὰρ αὐτὸν καὶ λόγος ἐκόσμει καὶ βίος. οὗτος ἐν τῷ τῆς ζάλης καιρῷ, τὸν τῶν ὁμοπίστων ἐκυβέρνησε σύλλογον· συνεργὸν δὲ εἶχε τὸν ἀξιέπαινον στέφανον. ἀλλὰ καὶ τοῦτον ὁ θεῖος μελέτιος εἰς ἑτέρους ἀγῶνας μετέστησε. μαθὼν γὰρ ὑπὸ τῆς εὐδοξίου λώβης διεφθάρθαι τὴν γερμανικέων

τοῦτον ἀπέστειλεν ἰατρὸν ἀλεξίκακον. καὶ διὰ πάσης γὰρ ἥκει παιδείας ἑλληνικῆς, καὶ τοῖς θείοις ἐνετέθραπτο δόγμασι. καὶ τῆς ἐλπίδος οὐκ ἐψεύσθη. τῇ γὰρ πνευματικῇ χρώμενος διδασκαλίᾳ, μετέβαλε τοὺς λύκους εἰς πρόβατα. ὁ δὲ μέγας εὐσέβιος, ἐκ τῆς ὑπερορίας ἐπανελθὼν, ἀκάκιον μὲν οὗ πολὺ τὸ κλέος, ἐν βεῤῥίᾳ κεχειροτόνηκεν· ἐν ἱεραπόλει δὲ θεόδοτον, οὗ τὴν ἀσκητικὴν πολιτείαν μέχρι καὶ τήμερον ᾄδουσιν ἅπαντες· εὐσέβιον δὲ χαλκίδος· κύρου δὲ τῆς ἡμετέρας ἰσίδωρον. ἀξιαγάστω δὲ ἤστην ἄμφω, καὶ ζήλῳ θείῳ κεκοσμημένω. φασὶ δὲ αὐτὸν, καὶ εὐλόγιον ἐκεῖνον, τὸν ὑπὲρ τῶν ἀποστολικῶν ἠγωνισμένον δογμάτων, καὶ εἰς τὴν ἀντινῶ μετὰ πρωτογένους ἀπεσταλμένον, τῆς ἐδέσσης κεχειροτονηκέναι ποιμένα. βάρσης γὰρ ὁ θεσπέσιος, ἤδη τοῦ βίου τὸ τέλος ἐδέδεκτο. εὐλόγιος δὲ, πρωτογένην τῶν ἀγώνων τὸν κοινωνὸν, ταῖς κάρραις ἐπέστησεν, ἰατρὸν ἀλεξίκακον σφόδρα δυσδιακειμένῃ δωρησάμενος πόλει. ὁ δὲ θεῖος εὐσέβιος, ἔσχατον ἐπίσκοπον μάριν τῇ δολίχῃ κεχειροτόνηκε. πολίχνη δὲ αὕτη σμικρὰ, καὶ τῆς ἀρειανικῆς νόσου κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ μετειλήφει. τοῦτον τὸν μάριν ἀξιέπαινον ὄντα, καὶ πολλοῖς εἴδεσιν ἀρετῶν ἠγλαϊσμένον, ἐνιδρῦσαι τοῖς ἱερατικοῖς ἐθελήσας θώκοις ὁ μέγας εὐσέβιος, τὴν δολίχην κατέλαβεν. εἰσιόντα δὲ αὐτὸν, γυνή τις τῆς ἀρειανικῆς νόσου ἐμπεπλησμένη, κέραμον ἄνωθεν ἐπαφῆκεν ἀπὸ τοῦ στέγους, ὃς τήν τε κεφαλὴν συνέτριψε, καὶ μετ' ὀλίγον εἰς τὸν ἀμείνω βίον παρέπεμψεν. ὁ δὲ τελευτῶν παρηγγύησεν, ὅρκοις τοὺς παρόντας πεδήσας, μηδὲ μίαν τὴν τοῦτο δράσασαν εἰσπράξαι ποινήν. καὶ τὸν οἰκεῖον γὰρ ἐζήλου δεσπότην, ὃς ὑπὲρ τῶν ἐσταυρωκότων ἔφη· πάτερ ἄφες αὐτοῖς, οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσι· καὶ τὸν ὁμόδουλον στέφανον, μετὰ τὰς πολλὰς τῶν λίθων νιφάδας βοήσαντα, κύριε μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην. τοιοῦτο μετὰ τοὺς παντοδαποὺς ἀγῶνας ὁ μέγας εὐσέβιος ἐδέξατο τέλος· καὶ τοὺς ἐν τῇ θρᾴκῃ βαρβάρους διαφυγὼν, τὰς τῶν δυσσεβῶν αἱρετικῶν οὐ διέφυγε χεῖρας, ἀλλὰ δι' ἐκείνων τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἀνεδήσατο. ταῦτα μὲν οὖν μετὰ τὴν ἐπάνοδον τῶν ἐπισκόπων ἐγένετο. γρατιανὸς δὲ τὴν θρᾴκην δῃουμένην μαθὼν, ὑπὸ τῶν τὸν οὐάλεντα κεκαυκότων βαρβάρων, καταλιπὼν τὴν ἰταλίαν, εἰς τὴν παννονίαν ἀφίκετο.

A ſalutarem medicum eò miſit. Quippe & Græcorum diſciplinis egregie erat inſtructus, & in veræ fidei doctrina ab ineunte ætate educatus. Nec ſane Meletium ſpes ſua fefellit. Spiritualem enim doctrinam adhibens, lupos in oves mutavit. Magnus autem Euſebius ab exilio reverſus, BerϾæ quidem Acacium, cujus celebris fama eſt, Epiſcopum ordinavit: Hierapoli vero Theodotum, cujus religioſa converſatio omnium ſermonibus etiamnum prædicatur. Euſebium præterea Chalcidi, & Iſidorum Cyro noſtræ antiſtites
B dedit, utrumque admiratione dignum, & divino zelo inſignem. Sed & Eulogium, qui pro Apoſtolica doctrina fortiſſime certaverat, & in oppidum Antinoum unà cum Protogene fuerat relegatus, Epiſcopum Edeſſæ ab illo ordinatum ferunt. Barſes enim ille admirandus, jam è vivis exceſſerat. Porro Eulogius Protogenem, qui certaminum ipſius ſocius ac particeps fuerat, Carris Epiſcopum conſtituit, urbi male habenti ſalutarem medicum tribuens. Poſtremus omnium Maris, à divino Euſebio Dolichæ Epiſcopus creatus eſt. Urbs eſt exigua, quæ tunc temporis A-
C riana labe erat infecta. Hunc igitur laudabilem virum & multis virtutum inſignibus refulgentem, cum illic in ſacerdotali ſolio collocare vellet M. Euſebius, Dolicham ingreſſus eſt. Ingredienti vero, mulier quædam Ariana labe maculata tegulam è ſuperiore ædium parte immiſit, quæ caput ejus obtrivit, nec multo poſt ad meliorem vitam eum tranſmiſit. Sed ille moriens, eos qui aderant jurejurando obſtrinxit, ne à muliere pœnas hujus facti ullas exigerent. Imitari enim ſtudebat Dominum ſuum, qui pro illis, à quibus
D crucifixus fuerat, dixit: Pater, dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt. Et conſervum ſuum Stephanum, qui poſt lapidum denſiſſimum imbrem, clamabat: Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum. Hunc exitum vitæ poſt varia tandem certamina ſortitus eſt M. Euſebius: & qui Barbaros in Thracia degentes effugerat, impiorum hæreticorum manus vitare non potuit; ſed eorum operâ, Martyrii coronam adeptus eſt. Et hæc quidem geſta ſunt poſt reditum Epiſcoporum. Gratianus vero, cum à Barbaris, qui Valentem cremaverant, Thraciam vaſtari didiciſſet, relictâ Italiâ, in Pannoniam profectus eſt.

## Cap. V.

*De Theodoſio Magiſtro militum.*

PEridem tempus Theodoſius, tum ob Majorum ſuorum nobilitatem, tum ob propriam virtutem, omnium ſermonibus celebrabatur: atque idcirco cum æqualium invidiâ premeretur, in Hiſpaniis degebat: illic enim & natus fuerat, & educatus. Imperator igitur ad inopiam redactus conſilii: quippe Barbari victoria elati, & erant & videbantur inſuperabiles: finem malis futurum eſſe credidit, ſi Theodoſius Dux belli gerendi conſtitueretur. Continuò itaque illum ab Hiſpania accitum, & Magiſtri militum dignitate auctum, cum copiis, quas collectas habebat, adverſus Barbaros mittit. Ille vero fide munitus, alacri animo iter arripuit. Ingreſſuſque in Thraciam & Barbaros infeſtis ſignis irruentes conſpicatus, milites ſuos inſtruxit ad prælium. Commiſſaque pugna, Barbari cum impetum noſtrorum ferre non poſſent, ordines deſeruerunt. Et in fugam verſi, ipſi quidem terga dabant; Romani vero fugientibus acriter inſtabant. Magna tunc facta eſt ſtrages Barbarorum. Non enim à Romanis ſolum, verum etiam à ſuis ipſi cædebantur. Ita plurimis interfectis, paucisque qui ſe occultare potuerant, Iſtrum transgreſſis, ſtatim Dux præſtantiſſimus cum per vicinas urbes exercitum ſuum diſperſiſſet: ipſe contento curſu ad Imperatorem Gratianum perrexit, victoriæ ſuæ futurus nuntius. Ac primo, ne Imperatori quidem ipſi, magnitudine rei attonito, veriſimilia eſſe videbantur, quæ narrabat. Illi vero, quos invidia ſtimulabat, & fugiſſe eum dicebant, & exercitum amiſiſſe. Tum ille, ipſos æmulos atque adverſarios ſuos mitti poſtulavit, qui cæſorum Barbarorum multitudinem cernerent. Facile porro eſſe ajebat, vel ex ſpoliis numerum peremptorum cognoſcere. His verbis aſſenſus Imperator, miſit qui rem ipſam inſpicerent, ac ſibi renuntiarent.

## Κεφ. ε'.

Περὶ τῆς Θεοδοσίου στρατηγίας.

ΚΑΤ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν Θεοδόσιος, διά τε τὴν τῶν προγόνων περιφάνειαν, καὶ διὰ τὴν οἰκείαν ἀνδρείαν, ὀνομαστότατος ἦν· καὶ τούτου χάριν ὑπὸ τοῦ φθόνου τῶν ὁμοτίμων βαλλόμενος, ἐν ταῖς Ἱσπανίαις διέτριβεν. ἐν ἐκείναις γὰρ ἔφυ τε καὶ ἐτράφη· ἀπορῶν δὴ οὖν ὁ βασιλεὺς, ὅ τι χρὴ δρᾶσαι· φυσηθέντες γὰρ ἐκ τῆς νίκης οἱ βάρβαροι, δύσμαχοι ἦσάν τε καὶ ἐδόκουν· τὴν Θεοδοσίου στρατηγίαν λύσιν ὑπέλαβε τῶν κακῶν. αὐτίκα δὴ οὖν ἐκ τῶν Ἱσπανιῶν τὸν ἄνδρα μεταπεμψάμενος, καὶ στρατηγὸν χειροτονήσας, μετὰ τῆς συνειλεγμένης ἐξέπεμψε στρατιᾶς. ὁ δὲ τῇ πίστει φραξάμενος θαρσαλέως ἐξώρμησε· καὶ τῆς Θρᾴκης ἐπιβὰς, καὶ τοὺς βαρβάρους θεασάμενος ὁμόσε χωροῦντας, ἔταξε τὴν στρατιὰν ὡς εἰς μάχην. ἀμφιμαχίας δὲ γινομένης, οὐκ ἐνεγκόντες ἐκεῖνοι τὴν ἐμβολὴν, τὴν τάξιν κατέλιπον. τῆς δὲ τροπῆς γινομένης, οἱ μὲν ἔφυγον, οἱ δὲ κατακράτος ἐδίωκον. πολὺς δὲ φόνος τῶν βαρβάρων ἐγένετο. οὐ μόνον γὰρ ὑπὸ Ῥωμαίων, ἀλλὰ καὶ ὑπ' ἀλλήλων ἐκτείνοντο. οὕτω δὲ τῶν πλείστων ἀναιρεθέντων, ὀλίγων δὲ τῶν λαθεῖν δυνηθέντων διαβάντων τὸν Ἴστρον, εὐθὺς ὁ ἄριστος στρατηγὸς, ἣν εἶχε στρατιὰν ἐν ταῖς πελαζούσαις πόλεσι διελὼν, αὐτὸς πρὸς τὸν βασιλέα Γρατιανὸν καὶ τάχος ἐλαύνων ἀφίκετο, τῶν οἰκείων τροπαίων γινόμενος ἄγγελος. καὶ πιστὰ μὲν λέγειν οὐδὲ αὐτῷ ἐδόκει τῷ βασιλεῖ, ὑπερεκπληττομένῳ τὸ γεγονός· οἱ δὲ ταῖς ἀκίσι τοῦ φθόνου βαλλόμενοι, καὶ πεφευγέναι αὐτὸν ἔλεγον καὶ διεφθαρκέναι τὴν στρατιάν. ὁ δὲ τοὺς ἀντιταγμένους ἐξῄτησεν ἀποστεῖλαι, καὶ γνῶναι τῶν ἀνῃρημένων βαρβάρων τὸ πλῆθος. ῥᾴδιον δὲ ἔφη, καὶ ἀπὸ τῶν σκύλων ἐπιγνῶναι τὸν ἀριθμόν. τούτοις εἴξας τοῖς λόγοις ὁ βασιλεὺς, ἀπέστειλε τοὺς ὀψομένους τὰ πεπραγμένα, καὶ ταῦτα μηνύσοντας.

A

## Κεφ. ϛ'.

Περὶ τῆς τούτου βασιλείας, καὶ ὧν προεῖδεν ὀνείρων.

Ὁ δὲ ἄριστος στρατηγὸς αὐτοῦ μείνας, ὄψιν εἶδε θεσπεσίαν τινά, καὶ παρ' αὐτοῦ σαφῶς αὐτῷ δειχθεῖσαν τοῦ τῶν ὅλων θεοῦ. ἐδόκει γὰρ ὁρᾶν τὸν θεῖον μελέτιον, τῆς ἀντιοχέων ἐκκλησίας τὸν πρόεδρον, χλανίδα τε αὐτῷ βασιλικὴν περιθέντα, καὶ παραπλησίῳ στεφάνῳ κοσμοῦντα τὴν κεφαλὴν ταῦτα νύκτωρ ἰδὼν, ἐμήνυσεν ἕωθεν τῶν συνήθων τινί. ὁ δὲ σαφὲς B εἶναι τὸ ἐνύπνιον ἔφη, καὶ μηδὲν αἰνιγματῶδες μηδὲ ἀμφίβολον ἔχειν. ὀλίγων δὲ ἄγαν διελθουσῶν ἡμερῶν, ἐπανῆλθον μὲν τῶν πεπραγμένων οἱ ἔφοροι, καὶ κατηκοντίσθαι τὰς πολλὰς τῶν βαρβάρων ἔφησαν μυριάδας· πεισθεὶς δὲ ὁ βασιλεὺς, ὡς ἄριστα ψηφισάμενος αὐτὸν στρατηγὸν, βασιλέα κεχειροτόνηκεν, καὶ τῆς οὐάλεντος μοίρας τὰ σκῆπτρα παρέδωκε. καὶ αὐτὸς μὲν ἐπὶ τὴν ἰταλίαν ἐξώρμησεν. ἐκεῖνον δὲ εἰς τὴν δοθεῖσαν ἡγεμονίαν παρέπεμψεν. εὐθὺς δὴ οὖν τὴν βασιλείαν παραλαβὼν, τῆς τῶν ἐκκλησιῶν πρὸ τῶν ἄλλων συμφωνίας ἐπεμελήθη, καὶ τοὺς τῆς οἰκείας ἡγεμονίας ἐπισκόπους εἰς τὴν κωνσταντινούπολιν δραμεῖν παρηγγύησε. αὕτη γὰρ μόνη τῆς ἀρειανικῆς C ἐνεπέπληστο λώβης. ἡ γὰρ ἑσπέρα τῆς νόσου ταύτης ἐλευθέρα διέμεινε. κωνσταντῖνος μὲν γὰρ, ὁ τῶν κωνσταντίνου παίδων πρεσβύτατος, καὶ κώνστας ὁ νεώτατος, τὴν πατρῴαν πίστιν ἀκήρατον διετήρησαν· καὶ αὖ πάλιν οὐαλεντινιανὸς ὁ τῆς ἑσπέρας βασιλεὺς, ἀκραιφνῆ διεφύλαξε τὴν εὐσέβειαν.

## Cap. VI.

*De Imperio Theodoſii, & de ſomniis ab eo viſis.*

Interim vero cum illic remanſiſſet Dux præſtantiſſimus, admirabilis quædam & ab ipſo haud dubie univerſorum Deo immiſſa viſio, ei oblata eſt. Videbatur enim ſibi videre divinum Meletium, Antiochenſis Eccleſiæ Præſulem, qui Imperiali clamide ipſum indueret, & Regalem coronam capiti ipſius imponeret. Hæc noctu in ſomnis cum vidiſſet, mane cuidam ex familiaribus indicavit. Ille perſpicuum eſſe ſomnium dixit, nec obſcuri quidquam aut ambigui continere. Paucis poſtea diebus elapſis, ii qui ad res inſpiciendas miſſi fuerant, rediere, multa Barbarorum millia interfecta eſſe nuntiantes. Quibus fidem habens Imperator, utpote qui feliciter admodum eum Magiſtrum militiæ elegiſſet, Imperatorem renuntiavit, & Imperii partem quam Valens rexerat, eidem attribuit. Et ipſe quidem in Italiam reverſus eſt: Theodoſium vero in Orientis partes, quas regendas acceperat, direxit. Qui ſimulatque Imperio potitus eſt, ante omnia concordiam Eccleſiarum reparare ſtuduit, & Epiſcopos ditionis ſuæ Conſtantinopolim evocavit. Sola enim hæc Imperii Romani pars, Ariana labe erat infecta: Occidentis vero partes, ab hoc morbo vacuæ remanſerant. Conſtantinus enim Conſtantini filiorum natu maximus, & Conſtans minimus natu, patris fidem ac religionem intemeratam ſervaverant. Valentinianus poſtea Occidentalium partium Imperator, ſinceram pietatem retinuit.

D

## Κεφ. ζ.

Τίνες ἐπίσημοι προστάται τῆς ἀρειανῆς συμμορίας ἐγένοντο.

Τὸ δὲ τμῆμα τὸ ἑῷον πολλαχόθεν τὴν λώβην ταύτην ἐδέξατο. ἄρειος τε γὰρ ἀλεξανδρείας τῆς αἰγυπτίας πρεσβύτερος ὢν, ἐκεῖ τὴν βλασφημίαν ἐβλάστησε· καὶ εὐσέβιος καὶ πατρόφιλος καὶ ἀέτιος οἱ παλαιστῖνοι, καὶ παυλῖνος καὶ γρηγόριος οἱ φοίνικες, καὶ λαοδικείας θεόδοτος, καὶ ὁ μετὰ τοῦτον γεώργιος, καὶ μετὰ τούτους ἀθανάσιός τε καὶ νάρκισσος οἱ κίλικες, τὰ κακῶς καταβληθέντα ἐξέθρεψαν

## Cap. VII.

*Quinam fuerint inſignes Arianæ factionis Antiſtites.*

Orientalis vero Imperii portio multis in locis hanc labem contraxit. Primo enim Arius, Alexandriæ quæ eſt in Ægypto presbyter, impietatem ſuam illic proſeminavit. Euſebius deinde & Patrophilus atque Ætius Palæſtini; & Paulinus ac Gregorius Phoenices; Laodiceni item Theodotus & ſucceſſor illius Georgius; poſt hos denique Athanaſius & Narciſſus Cilices, male jactis ſeminibus incrementū præ-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

buere. Euſebius quoque ac Theognius Bithyni, Menophantus Epheſius, ac Theodorus Perinthius, aliique nonnulli ex Thracia, ſola improbitate inſignes zizaniorum ſementem rigare ac fovere diutiſſime perſeverarunt. His malis agricolis, & levitas Conſtantii, & Valentis improbitas, plurimum contulit. Hanc igitur ob cauſam, Theodoſius Epiſcopos duntaxat Imperii ſui Conſtantinopolim juſſit convenire. Quo cum adveniſſent: erant autem centum & quinquaginta: vetuit ne quis ipſi renuntiaret quisnam eſſet Magnus Meletius. Eum enim ipſe ex ſomnii ſui memoria volebat agnoſcere. Cumque univerſus ille Epiſcoporum cœtus in palatium veniſſet. Imperator relictis cæteris, ad M. Meletium accucurrit. Ac velut filius patris amantiſſimus, poſt longum temporis ſpatium paterno conſpectu fruens, complecti eum cœpit, ac deoſculari ejus oculos, labra, pectus, caput & dextram, quæ ipſum coronaverat. Viſionem quoque quam in ſomnis viderat, ei narravit. Poſthæc cum reliquos etiam omnes benigne excepiſſet, hortatus eſt, ut tanquam patres de rebus propoſitis deliberarent.

A σπέρματα· εὐσέβιός τε καὶ θεόγνιος οἱ βιθυνοί, καὶ μηνόφαντος ὁ ἐφέσιος, καὶ θεόδωρος ὁ περίνθιος, καὶ μάρις ὁ χαλκηδόνιος, καὶ ἕτεροί τινες ἀπὸ τῆς θράκης, ἀπὸ κακίας μόνης ἐπίσημοι, μέχρι πολλοῦ διετέλεσαν τὴν τῶν ζιζανίων σπορὰν ἄρδοντές τε καὶ θάλποντες. τοῖς δὲ κακοῖς συνέπραξεν γεωργοῖς, κωνσταντίου τε ἡ εὐκολία, καὶ οὐάλεντος μοχθηρία. τούτου δὴ ἕνεκα, μόνους τῆς οἰκείας βασιλείας τοὺς ἐπισκόπους εἰς τὴν κωνσταντινούπολιν συναθροισθῆναι προσέταξεν. ἐπειδὴ δὲ
B ἀφίκοντο, πεντήκοντα δὲ ἦσαν καὶ ἑκατόν, παρηγγύησε μηδένα αὐτῷ μηνύσαι ὅστις ὁ μέγας μελέτιος εἴη. ἐβούλετο γὰρ ἐκ τῆς τοῦ ἐνυπνίου μνήμης μηνυθῆναι τὸν ἄνδρα. καὶ ἐπειδὴ εἰς τὸν βασίλειον εἰσεληλύθει οἶκον ἅπας ἐκεῖνος τῶν ἐπισκόπων ὁ ὅμιλος, τοὺς ἄλλους καταλιπὼν ἅπαντας, τῷ μεγάλῳ μελετίῳ προσέδραμεν· καὶ οἷόν τις παῖς φιλοπάτωρ, διὰ χρόνου μακροῦ θέας πατρικῆς ἀπολαύσας, περιεπτύσσετό τε καὶ κατεφίλει καὶ ὀφθαλμοὺς καὶ χείλη καὶ στέρνα καὶ κεφαλὴν, καὶ τὴν στεφανώσασαν δεξιάν· ἐδήλωσε δὲ καὶ τὴν ὄψιν ἣν εἶδε. φιλοφρονησάμενος δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας, βουλεύσασθαι
C περὶ τῶν προκειμένων ὡς πατέρας ἠξίωσε.

## Cap. VIII.

*De Concilio Conſtantinopolitano.*

DEgebat tunc temporis Conſtantinopoli, is qui Nazianzum noviſſime rexerat: & Arianorum blaſphemiæ ſeſe opponens, populum Dei Evangelicis prædicationibus imbuebat, oves vero à reliquo grege aberrantes requirebat, & ab exitiali pabulo revocabat. Hoc modo gregem illum ex modico magnum reddidit. Hunc cum vidiſſet divinus Meletius, & eorum, qui regulam condiderant, conſilium probe noſſet: ambitionis enim præcidendæ cauſâ, translationes Epiſcoporum prohibuerant, ſanctiſſimum Gregorium in Epiſcopatu Conſtantinopoleos confirmavit. Brevi poſt tempore divinus Meletius ad vitam doloris expertem migravit, omnium qui dicendi facultate pollebant, funebribus orationibus celebratus. Timotheus vero Alexandrinæ urbis Epiſcopus, ſucceſſor Petri illius, qui Athanaſio in Epiſcopatu ſucceſſerat, in locum admirabilis Gregorii Maximum quendam Cynicum, detonſo ejus Cynico capillitio, protinus

## Κεφ. η'.

Περὶ τῆς ἐν κωνσταντινουπόλει συναθροισθείσης συνόδου.

ΚΑΤ' ἐκεῖνον δὲ τὸν χρόνον ὁ τὴν ναζιανζοῦ τὰ τελευταῖα ποιμάνας, ἐν κωνσταντινουπόλει διέτριβε, ταῖς ἀρειανικαῖς ἀντιταττόμενος βλασφημίαις· καὶ τόν τε θεῖον λαὸν ταῖς εὐαγγελικαῖς ἄρδων διδασκαλίαις, τούς τε τῆς ποίμνης ἔξω πλανωμένους ἀγρεύων, καὶ τῆς ὀλεθρίας πόας ἐλευθερῶν, οὕτω τὴν ποίμνην ἐκείνην ἐξ ὀλίγου μεγάλην ἀπέφηνεν. τοῦτον ἰδὼν ὁ θεῖος
D μελέτιος, καὶ τῶν τὸν κανόνα γεγραφότων τὸν σκοπὸν ἐπιστάμενος· τὰς γὰρ τῆς φιλαρχίας ἀφορμὰς περικόπτοντες, ἐκώλυσαν τὴν μετάθεσιν· ἐβεβαίωσε τῷ θειοτάτῳ γρηγορίῳ τὴν τῆς κωνσταντινουπόλεως προεδρείαν. ὀλίγου δὲ διελθόντος χρόνου, ὁ μὲν θεῖος μελέτιος εἰς τὴν ἄλυπον μετέστη ζωὴν, ὑπὸ πάντων τῶν τοῦ λόγου μετειληχότων ταῖς ἐπιταφίοις ταινιωθεὶς εὐφημίαις· τιμόθεος δὲ ὁ τῆς ἀλεξανδρέων ἐπίσκοπος, ὃς πέτρον διεδέξατο τὸν τῆς ἀθανασίου προεδρείας κληρονόμον γενόμενον, ἀντὶ τοῦ θαυμασίου γρηγορίου μάξιμόν τινα κεχειροτόνηκε κυνικὸν, εὐθὺς αὐτοῦ τὰς κυνικὰς ἀποκείρας

τείχας. καὶ τῆς ἀπολιναρίου δὲ τερθρείας ἀνάπλεως οὗτος ἦν. ἀλλ' οὐκ ἤνεγκαν τοῦ γεγενημένου τὴν ἀτοπίαν οἱ τηνικαῦτα συνειλεγμένοι. ἦσαν δὲ ἄνδρες ἀξιάγαστοι, καὶ ζήλου θείου καὶ σοφίας ἀνάπλεοι. ἑλλάδιος μὲν ὁ τῆς τοῦ μεγάλου βασιλείου προεδρείας διάδοχος, γρηγόριος δὲ καὶ πέτρος οἱ τοὺς αὐτοὺς βασιλείῳ πατέρας αὐχήσαντες· ἀμφιλόχιος δὲ λυκαόνων ἡγεῖτο, καὶ πισιδῶν ὄπτιμος, καὶ κιλίκων διόδωρος. παρῆν δὲ καὶ πελάγιος ὁ λαοδικείας, καὶ εὐλόγιος ὁ ἐδέσσης, καὶ ἀκάκιος, καὶ ἰσίδωρος ὁ ἡμέτερος, καὶ κύριλλος ὁ ἱεροσολύμων, καὶ γελάσιος ὁ καισαρείας τῆς παλαιστίνης, λόγῳ καὶ βίῳ κοσμούμενος, καὶ ἕτεροι πλεῖστοι τῆς ἀρετῆς ἀθληταί. ὅτε δὴ οὖν οὗτοι πάντες τῶν αἰγυπτίων σφᾶς αὐτοὺς ἀποκρίναντες, σὺν τῷ μεγάλῳ γρηγορίῳ τὰς πανηγύρεις ἐπετέλουν τὰς θείας. ὁ δὲ θεῖος παρεκάλει γρηγόριος, περὶ συμφωνίας συνηθροισμένους, τὴν πρὸς ἀλλήλους ὁμόνοιαν προτιμῆσαι τῆς ἑνὸς ἀνδρὸς ἀδικίας. ἐγώ τε γὰρ, ἔφη, τῶν πλειόνων φροντίδων ἀπαλλαγεὶς, τὴν ἐμοὶ φίλην ἀπολήψομαι ἡσυχίαν, καὶ ὑμεῖς τὴν περιπόθητον εἰρήνην μετὰ τὸν μακρὸν ἐκεῖνον καὶ χαλεπὸν ἀπολήψεσθε πόλεμον· τῶν γὰρ λίαν ἀτοπωτάτων, ἄρτι τῶν πολεμικῶν ἀπαλλαγέντας βελῶν, ἀλλήλους βάλλειν καὶ τὴν οἰκείαν ἀναλίσκειν ἰσχύν. ἐπίχαρτοι γὰρ οὕτω τοῖς δυσμενέσιν ἐσόμεθα. ἄνδρα δὴ οὖν ἐπιζητήσαντες ἀξιέπαινον καὶ νοῦν ἔχοντα, τῶν φροντίδων τὸ πλῆθος καὶ δέξασθαι καὶ εὖ διαθεῖναι δυνάμενον, ἀρχιερέα προβάλλεσθε. ταύταις οἱ ἄριστοι ποιμένες ταῖς ὑποθήκαις πεισθέντες, νεκτάριον εὐπατρίδην ἄνδρα, καὶ περιφανείᾳ γένους κοσμούμενον, καὶ τοῖς τῆς ἀρετῆς εἴδεσι λαμπρυνόμενον, ἐπίσκοπον τῆς μεγίστης ἐκείνης ἐχειροτόνησαν πόλεως· τὸν δὲ μάξιμον, ὡς τῆς ἀπολιναρίου φρενοβλαβείας μετειληχότα, τῆς ἀρχιερατικῆς ἀξίας γυμνώσαντες ἀπεκήρυξαν. καὶ κανόνας δὲ περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς γράψαντες εὐκοσμίας, καὶ τὴν ἐκτεθεῖσαν πίστιν ἐν νικαίᾳ βεβαίαν μένειν διαγορεύσαντες, εἰς τὰς οἰκείας ἐπανῆλθον πατρίδας. τοῦ δὲ ἐπιγινομένου θέρους, εἰς ἐκείνην αὖθις τὴν πόλιν οἱ πλεῖστοι τούτων παραγενόμενοι· ἐκκλησιαστικαὶ γὰρ αὐτοὺς πάλιν συνεκάλεσαν χρεῖαι· συνοδικὴν ἐπιστολὴν τῶν τῆς ἑσπέρας ἐπισκόπων ἐδέξαντο, εἰς τὴν ῥώμην αὐτοὺς ἀφικέσθαι προτρέπουσαν, ὡς

A Epiſcopum ordinavit. Erat hic Apollinaris quoque veſaniâ refertus. Verum Epiſcopi, qui tunc congregati erant, facinus tam abſurdum nequaquam tulere. Erant autem viri admirabiles, & zelo divino ac ſapientia ſingulari præditi: Helladius ſcilicet, Magni Baſilii ſucceſſor in Epiſcopatu; Gregorius item ac Petrus, iisdem quibus Baſilius parentibus nati: Amphilochius præterea Antiſtes Lycaoniæ, & Optimus Piſidiæ, & Ciliciæ Diodorus. Aderat etiam Pelagius Epiſcopus Laodiceæ, Eulogius Edeſſæ, Acacius Berœæ, & noſter Iſido-
B rus; Cyrillus item Hieroſolymorum, & Gelaſius Cæſareæ Palęſtinæ, vir doctrina ſimul & ſanctitate vitæ conſpicuus; aliique inſuper plures eximiæ virtutis athletæ. Hi igitur omnes cum ſe ab Ægyptiorum communione tunc removiſſent, unà cum Magno Gregorio Collectas celebrabant. Divinus autem Gregorius eos hortabatur, ut quoniam reſtituendæ concordiæ causâ congregati erant, mutuam inter ipſos pacem & conſenſionem unius hominis injuriæ anteponerent. Nam & ego, ajebat, multis curis liberatus, jucundam mihi quietem recuperabo: & vos
C poſt diuturnum & graviſſimum illud bellum, optatiſſimam vobis pacem recipietis. Abſurdiſſimum enim fuerit, eos qui hoſtilia tela recens evaſerint, ſeſe mutuò telis configere, & ſuas vires incaſſum conſumere. Hoc enim pacto adverſariis noſtris maximam afferemus voluptatem. Quocirca virum laudabilem ac prudentem, qui tot curarum pondus ſuſtinere ac probe ordinare poſſit, conquirite, eumque Antiſtitem renuntiate. His monitionibus obſecuti præſtantiſſimi Paſtores, Nectarium virum nobilem,
D omnique virtutis genere, non minus quàm ſplendore generis illuſtrem, Regiæ urbis Epiſcopum ordinarunt. Maximum vero, utpote Apollinaris infectum dementia, Pontificali dignitate exutum damnarunt. Conditis præterea aliquot regulis de Eccleſiaſtica diſciplina & fide, quæ Nicææ expoſita fuerat denuò confirmatâ, ad ſuas quique urbes reverſi ſunt. Sequenti vero æſtate, cum plerique eorum ad eandem urbem veniſſent: Eccleſiaſtica enim negotia eos rurſus illuc evocaverant: Occidentalium Epiſcoporum ſynodicam Epiſtolam acceperunt, quæ ipſos hortabatur, ut Romam ad maximam

A ſynodum, quæ illic parabatur, ſe conferrent. Verum profectionem qvidem, ut quæ nihil emolumenti eſſet habitura ſuſcipere recuſarunt: ſcripſerunt tamen ad illos litteras, quibus & tempeſtatem quæ adverſus Eccleſias excitata fuerat ſignificabant, & illorum præteritam negligentiam ſubobſcure innuebant. Apoſtolicam quoque doctrinam brevi compendio iiſdem literis inſeruerunt. Verum prudentiam illorum ac fortitudinem, ipſæ quas ſcripſerunt litteræ apertius declarabunt.

B

## Cap. IX.

*Epiſtola Synodica Concilii Conſtantinopolitani.*

Dominis chariſſimis ac religioſiſſimis fratribus & comministris, Damaſo, Ambroſio, Brittoni, Valeriano, Aſcholio, Anemio, Baſilio & reliquis ſanctis Epiſcopis, qui in magna urbe Roma collecti ſunt, ſancta ſynodus Orthodoxorum Epiſcoporum, qui in magna urbe Conſtantinopoli convenerunt, in Domino ſalutem. Superfluum fortaſſe fuerit inſinuare reverentiæ veſtræ, & tanquam res geſtas ignorantibus, referre multitudinem malorum, C quæ ab Arianorum furore ac potentia perpeſſi ſumus. Neque enim putamus, pietatem veſtram tam parvi facere res noſtras, ut opus habeatis ea nunc diſcere, quibus condolere vos jampridem oportuit. Nec tempeſtates, quibus vexati ſumus ejusmodi fuere, ut ob tenuitatem latere poſſent. Sed & tempus perſecutionum recens, vigentem adhuc ſervat memoriam malorum, non ſolum apud eos, qui paſſi ſunt, verum etiam apud illos, qui aliorum calamitates ob charitatem ſuas eſſe ducunt. Heri enim, ut ita dicamus, ac nudiuſtertiùs alii exilii vinculis liberati, non ſine in- D numerabilibus ærumnis ad ſuas Eccleſias redierunt. Aliorum qui in exilio mortem oppetierant, reportatæ ſunt reliquiæ. Nonnulli etiam poſt reditum ab exilio, cùm hæreticorum furorem adhuc ferventem offendiſſent, acerbiora domi ſuſtinuerunt, quàm quæ apud exteros paſſi fuerant; lapidum jactu ab illis obruti, ut olim beatus Stephanus. Alii variis cruciatibus lacerati, ſtigmata Chriſti ac vibices in corporibus ſuis circumferunt. Jam vero pecuniarum damna & mulctas civitatibus inflictas, & ſingulorum proſcriptiones, inſidias, contu-

συνόδου μεγίστης αὐτόθι συγκροτουμένης. ἀλλὰ τὴν μὲν ἀποδημίαν παρῃτήσαντο, ὡς οὐδὲν ἔχουσαν κέρδος· ἐπέστειλαν δὲ τόν τε κλύδωνα τὸν κατὰ τῶν ἐκκλησιῶν ἐπαναστάντα σημαίνοντες, καὶ τὴν γεγενημένην αὐτῶν ἀμέλειαν αἰνιττόμενοι. ἐν κεφαλαίῳ δὲ καὶ τὸ ἀποστολικὸν τοῖς γράμμασιν ἐνέθηκαν φρόνημα. σαφέστερον δὲ τὴν τῶν γεγραφότων ἀνδρείαν τε καὶ σοφίαν αὐτὰ δηλώσει τὰ γράμματα.

## Κεφ. θʹ.

Συνοδικὸν παρὰ τῆς ἐν κωνσταντινουπόλει συνόδου.

Κυρίοις τιμιωτάτοις, καὶ εὐλαβεστάτοις ἀδελφοῖς καὶ συλλειτουργοῖς, δαμάσῳ, ἀμβροσίῳ, βρίττωνι, οὐαλεριανῷ, ἀσχολίῳ, ἀνεμίῳ, βασιλείῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς ἁγίοις ἐπισκόποις τοῖς συνεληλυθόσιν ἐν τῇ μεγαλοπόλει ῥώμῃ, ἡ ἁγία σύνοδος τῶν ὀρθοδόξων ἐπισκόπων, τῶν συνεληλυθότων ἐν τῇ μεγαλοπόλει κωνσταντινουπόλει, ἐν κυρίῳ χαίρειν. τὸ μὲν ὡς ἀγνοοῦσαν τὴν ὑμετέραν εὐλάβειαν διδάσκειν, καὶ διηγεῖσθαι τῶν παθῶν τὸ πλῆθος τῶν ἐπαχθέντων ἡμῖν παρὰ τῆς τῶν ἀρειομανιτῶν δυναστείας, περιττὸν ἴσως. οὔτε γὰρ οὕτω πάρεργον τὰ καθ' ἡμᾶς κρίνειν τὴν ὑμετέραν ἡγούμεθα θεοσέβειαν, ὡς δεῖσθαι τοῦ μαθεῖν ταῦτα, οἷς ἐχρῆν συναλγεῖν· οὔτε τοιοῦτοί τινες οἱ περισχόντες ἡμᾶς χειμῶνες, ὡς λανθάνειν ὑπὸ σμικρότητος· ὅ τε χρόνος τῶν διωγμῶν νεαρὸς ἔναυλον ἐπιφυλάττων τὴν μνήμην, οὐ τοῖς πεπονθόσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς δι' ἀγάπην τὰ τῶν πεπονθότων οἰκειουμένοις· χθὲς γὰρ ὡς εἰπεῖν ἔτι καὶ πρώην, οἱ μὲν τῶν τῆς ἐξορίας λυθέντες δεσμῶν, εἰς τὰς ἑαυτῶν ἐκκλησίας διὰ μυρίων ἐπανήκασι θλίψεων· τῶν δὲ καὶ τελειωθέντων ἐν ταῖς ἐξορίαις, ἐπανεκομίσθη τὰ λείψανα. τινὲς δὲ καὶ μετὰ τὴν τῆς ἐξορίας ἐπάνοδον, ἔτι βράσσοντι τῷ τῶν αἱρετικῶν περιπεσόντες θυμῷ, πικρότερα τῶν ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας ἐπὶ τῆς οἰκείας ὑπέμειναν, λίθοις παρ' αὐτῶν τελειωθέντες κατὰ τὸν μακάριον στέφανον. ἄλλοι διαφόροις καταξανθέντες αἰκίαις, ἔτι τὰ στίγματα τοῦ χριστοῦ καὶ τοὺς μώλωπας ἐν τῷ σώματι περιφέρουσι. χρημάτων δὲ ζημίας καὶ προστιμήσεις πόλεων, καὶ τὰς τῶν καθ' ἕνα δημοσιεύσεις, καὶ

συσκευάς

συσκευὰς καὶ ὕβρεις καὶ δεσμωτήρια, τίς ἂν ἐξαριθμήσασθαι δύναιτο; πᾶσαι γὰρ ὄντως ἐφ' ἡμᾶς αἱ θλίψεις ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ ἀριθμόν, ἴσως μὲν, ἐπειδὴ δίκας ἁμαρτημάτων ἐτίνομεν· ἴσως δὲ καὶ τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ, διὰ τοῦ πλήθους τῶν παθημάτων ἡμᾶς γυμνάζοντος· τούτων μὲν οὖν τῷ θεῷ χάρις, ὃς καὶ διὰ τοσούτων θλίψεων τοὺς ἑαυτοῦ δούλους ἐξεπαίδευσε, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν αὐτοῦ πάλιν ἐξήγαγεν ἡμᾶς εἰς ἀναψυχήν. ἡμῖν δὲ μακρᾶς μὲν ἔδει σχολῆς, καὶ πολλοῦ χρόνου καὶ πόνου πρὸς τὴν τῶν ἐκκλησιῶν ἐπανόρθωσιν, ἵν' ὥσπερ ἐκ μακρᾶς B ἀρρωστίας, ταῖς κατὰ μικρὸν ἐπιμελείαις τὸ σῶμα τῆς ἐκκλησίας ἐκνοσηλεύοντες, πρὸς τὴν ἀρχαίαν τῆς εὐσεβείας ὑγίειαν ἐπαναγάγωμεν· καὶ γὰρ εἰ τὰ μάλιστα δοκοῦμεν τῆς τῶν διωγμῶν ἀπηλλάχθαι σφοδρότητος, καὶ τὰς ἐκκλησίας χρονίως παρὰ τῶν αἱρετικῶν κατασχεθείσας ἀρτίως ἀνακομίζεσθαι, πλὴν ἀλλὰ βαρεῖς ἡμῖν λύκοι, καὶ μετὰ τὸ τῆς μάνδρας ἐξωσθῆναι, κατὰ τὰς νάπας τὰ ποίμνια διαρπάζοντες, ἀντισυνάξεις τολμῶντες, δήμων κινοῦντες ἐπαναστάσεις, ὀκνοῦντες οὐδὲν εἰς τὴν τῶν ἐκκλησιῶν βλάβην. ἦν μὲν οὖν ὅπερ εἰρήκαμεν ἀναγκαῖον, πλείονα ἡμᾶς C προσασχοληθῆναι χρόνον. ἐπειδὴ μέντοι τὴν ἀδελφικὴν περὶ ἡμᾶς ἀγάπην ἐπιδεικνύμενοι, σύνοδον ἐπὶ τῆς ῥώμης θεοῦ βουλήσει συγκροτοῦντες, καὶ ἡμᾶς ὡς οἰκεῖα μέλη προσεκαλέσασθε διὰ τῶν τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως γραμμάτων ἵν' ἐπειδὴ τότε τὰς θλίψεις μόνοι κατεδικάσθημεν, νῦν ἐν τῇ τῶν αὐτοκρατόρων περὶ τὴν εὐσέβειαν συμφωνίᾳ, μὴ χωρὶς ἡμῶν βασιλεύσητε, ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς ὑμῖν κατὰ τὴν ἀποστολικὴν φωνὴν συμβασιλεύσωμεν, εὐχὴ μὲν ἦν ἡμῖν, εἰ δυνατὸν, ἅπασιν ἀθρόως καταλιποῦσι τὰς ἐκκλησίας, τῷ πόθῳ ἢ τῇ χρείᾳ χαρίσασθαι. τίς γὰρ ἡμῖν δώσει D πτέρυγας ὡσεὶ περιστερᾶς, καὶ πετασθησόμεθα, καὶ πρὸς ὑμᾶς καταπαύσομεν; ἐπειδὴ δὲ τοῦτο παντελῶς ἐγύμνου τὰς ἐκκλησίας, ἄρτι τῆς ἀνανεώσεως ἀρχομένας, καὶ τὸ πρᾶγμα παντάπασιν ἦν τοῖς πολλοῖς ἀδύνατον, συνδεδραμήκειμεν γὰρ εἰς τὴν κωνσταντινούπολιν, ἐκ τῶν πέρυσι γραμμάτων τῶν παρὰ τῆς ὑμετέρας τιμιότητος μετὰ τὴν ἐν ἀκυληΐα σύνοδον, πρὸς τὸν θεοφιλέστατον βασιλέα θεοδόσιον ἐπισταλέντων, πρὸς μόνην ταύτην τὴν ἀποδημίαν τὴν μέχρι κωνσταντινουπόλεως παρεσκευασμένοι, καὶ περὶ

A Amelias & carceres, quis poſſit enumerare? Revera enim omnes ærumnæ adverſus nos multiplicatæ ſunt ſuper numerum: ſeu quod peccatorum noſtrorum pœnas perſolvimus: ſeu quod benignus Deus per hanc malorum multitudinem exercere nos voluit. Pro his ergo gratias agimus Deo, qvi tot ac tantis calamitatibus famulos ſuos erudivit, & pro magnitudine miſerationum ſuarum rurſus eduxit nos in refrigerium. Nobis v. ad reparationem Eccleſiarum diuturno otio & multo tempore ac labore opus foret, ut corpus Eccleſiæ, tanquam ex diuturno morbo, ſollicita curatione paulatim recreantes, ad priſtinam pietatis ſanitatem revocaremus. Etſi enim perſecutionum violentiâ penitus liberati videmur, & Eccleſias diu ab hæreticis poſſeſſas perfecte recuperaſſe; tamen moleſti ſunt nobis lupi, qui poſtquam ab ovilibus depulſi ſunt, ovium greges in ſaltibus diripiunt; contrarios conventus agere præſumunt; populorum concitant ſeditiones; & ad Eccleſiarum perniciem nihil agere detrectant. Proinde neceſſe nobis foret, ut diximus, diutius huic negotio vacare. Sed quoniam fraternam erga nos charitatem declarantes, ad ſynodum quam Dei nutu ac voluntate Romæ congregatis, nos quoque velut membra propria piiſſimi Imperatoris litteris evocaſtis, eo conſilio ut quia tunc ſoli ad perferendas ærumnas damnati ſumus, nunc concordantibus in cauſa pietatis Imperatoribus, vos non ſoli regnetis, ſed juxta Apoſtolicam ſententiam, nos qvoqve vobiſcum regnemus: Nobis quidem in votis erat, ut ſi fieri poſſet, univerſi ſimul relictis Eccleſiis deſiderio, ſeu potius neceſſitati obſequeremur. Quis enim det nobis pennas ſicut columbæ, ut volemus & requieſcamus apud vos? Sed quoniam ea res prorſus nudaret Eccleſias, quæ nunc primum incipiunt renovari, & plerique noſtrûm id facere nullo modo poſſent: conveneramus enim Conſtantinopolim, juxta litteras reverentiæ veſtræ, ſuperiore anno poſt Aquilejenſe Concilium ad piiſſimum Imperatorem Theodoſium miſſas, ad hanc ſolam profectionem inſtructi Conſtantinopolim usque; & de hac tantum ſynodo, Epiſcoporum qui in provinciis remanſerant conſenſum adferentes: de longioris autem profectionis neceſſitate, nihil ſuſpicati eramus,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A nec omnino quidquam audieramus priusquam Conſtantinopoli conveniſſemus: cum præterea præſtituti temporis anguſtia, nec ad longioris itineris apparatum, nec ad omnes communionis noſtræ Epiſcopos, qui in diverſis provinciis ſunt, commonendos, & conſenſus ab iiſdem accipiendos ſufficeret: quoniam, inquam, hæc & alia inſuper plurima multos venire prohibebant, quod ſecundum fuit, tum ad res reſtituendas, tum ad noſtram erga vos charitatem declarandam, id fecimus; reverendiſſimos & chariſſimos fratres & B comminiſtros noſtros, Cyriacum, Euſebium & Priſcianum deprecati, ut ad vos alacri animo proficiſcerentur. Per quos voluntatem noſtram pacificam eſſe, nihilque aliud qvam unitatem ſpectare oſtendimus, & zelum quem pro recta fide habemus, vobis declaramus. Nos enim ſive perſecutiones, ſive vexationes, ſive Imperiales minas, ſive crudelitatem Præſidum, ſive aliam quamcunque tentationem ab hęreticis pertulimus, pro Evangelica fide, quæ Nicææ in Bithynia à trecentis & octodecim patribus confirmata eſt, ſuſtinuimus. Hanc enim & vobis & nobis & C omnibus, qvi veræ fidei ſermonem non pervertunt, probari decet: quam nos vix tandem retinemus ac ſervamus, quippe quæ antiquiſſima ſit, & Baptiſmo conſentanea, docens nos credere in nomen Patris & Filii & Spiritus Sancti, unam ſcilicet Deitatem & potentiam ac ſubſtantiam Patris, Filiique, & Spiritus Sancti credentes; æqualem item dignitatem & coæternum Imperium in tribus perfectis hypoſtaſibus, ſive in tribus perfectis perſonis. Ita ut nec Sabellii morbus locum habeat, confundendo hypoſtaſes & tollendo proprietates; nec Eunomianorum & D Arianorum ac Pnevmatomachorum blaſphemia vim ullam obtineat, ſubſtantiam & naturam ac Deitatem dividens, & increatæ & conſubſtantiali ac coæternæ Trinitati recentiorem quandam aut creatam, aut alterius ſubſtantiæ Trinitatem ſuperinducens. Incarnationis quoque Domini noſtri doctrinam incorruptam ſervamus: nec ſine anima, nec ſine mente, nec imperfectam carnis diſpenſationem admittentes, ſed totum ſcientes, ante ſecula quidem perfectum extitiſſe Dei Verbum: in noviſſimis autem diebus propter noſtram ſalutem perfectum ho

A ταύτης μόνης τῆς συνόδου τὴν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις μενόντων ἐπισκόπων συγκατάθεσιν ἐπαγομένης, μείζονος δὲ ἀποδημίας μήτε προσδοκησάσης χρείαν, μήτε προακούσαντες ὅλως, πρὶν ἐν Κωνσταντινουπόλει συνελθεῖν. πρὸς δὲ τούτοις καὶ τῆς προθεσμίας διὰ στενότητα, μήτε πρὸς παρασκευὴν μακροτέρας ἀποδημίας ἐνδιδούσης καιρόν, μήτε πάντας τοὺς ἐν ταῖς ἐπαρχίαις κοινωνικοὺς ἐπισκόπους ὑπομνησθῆναι, καὶ τὰς παρ' αὐτῶν συγκαταθέσεις λαβεῖν. ἐπειδὴ ταῦτα καὶ πολλὰ πρὸς τούτοις ἕτερα τὴν τῶν πλειόνων B ἄφιξιν διεκώλυσεν, ὃ δεύτερον ἦν, εἴς τε τὴν τῶν πραγμάτων ἐπανόρθωσιν, καὶ τὴν τῆς ὑμετέρας περὶ ἡμᾶς ἀγάπης ἀπόδειξιν, τοῦτο πεποιήκαμεν, τοὺς αἰδεσιμωτάτους καὶ τιμιωτάτους ἀδελφοὺς καὶ συλλειτουργοὺς ἡμῶν ἐπισκόπους, Κυριακόν, Εὐσέβιον, καὶ Πρισκιανὸν προθύμως καμεῖν ἄχρις ὑμῶν δυσωπήσαντες· δι' ὧν καὶ τὴν ἡμετέραν προαίρεσιν εἰρηνικὴν οὖσαν καὶ σκοπὸν ἑνώσεως ἔχουσαν ἐπιδείκνυμεν, καὶ τὸν ζῆλον ἡμῶν τὸν ὑπὲρ τῆς ὑγιοῦς πίστεως, φανερὸν ποιοῦμεν. ἡμεῖς γὰρ εἴτε διωγμούς, εἴτε θλίψεις, εἴτε βα- C σιλικὰς ἀπειλάς, εἴτε τὰς τῶν ἀρχόντων ὠμότητας, εἴτε τινὰ πειρασμὸν ἕτερον, παρὰ τῶν αἱρετικῶν ὑπεμείναμεν, ὑπὲρ τῆς εὐαγγελικῆς πίστεως τῆς ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας παρὰ τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ ἁγίων θεοφόρων πατέρων κυρωθείσης, ὑπέστημεν· ταύτην γὰρ καὶ ὑμῖν καὶ ἡμῖν καὶ πᾶσι τοῖς μὴ διαστρέφουσι τὸν λόγον τῆς ἀληθοῦς πίστεως, συναρέσκειν δεῖ· ἣν μόλις ποτὲ πρεσβυτάτην τε οὖσαν, καὶ ἀκόλουθον τῷ βαπτίσματι, καὶ διδάσκουσαν ἡμᾶς πιστεύειν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, δηλαδὴ θεότητός τε καὶ δυνάμεως καὶ οὐσίας μιᾶς D τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος πιστευομένης, ὁμοτίμου τε τῆς ἀξίας καὶ συναϊδίου τῆς βασιλείας, ἐν τρισὶ τελείαις ὑποστάσεσιν, ἤγουν τρισὶ τελείοις προσώποις· ὡς μήτε τὴν Σαβελλίου νόσον χώραν λαβεῖν, συγχεομένων τῶν ὑποστάσεων, εἴτουν τῶν ἰδιοτήτων ἀναιρουμένων. μήτε μὴν τὴν τῶν Εὐνομιανῶν καὶ Ἀρειανῶν καὶ πνευματομάχων βλασφημίαν ἰσχύειν, τῆς οὐσίας, ἢ τῆς φύσεως ἢ τῆς θεότητος τεμνομένης καὶ τῇ ἀκτίστῳ καὶ ὁμοουσίῳ καὶ συναϊδίῳ τριάδι μεταγενεστέρας τινός, ἢ κτιστῆς, ἢ ἑτεροουσίου φύσεως ἐπαγομένης. καὶ τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως δὲ τοῦ κυρίου λόγον ἀδιάστροφον σώζομεν,

οὔτε ἄψυχον, οὔτε ἄνουν, ἢ ἀτελῆ τὴν τῆς σαρκὸς οἰκονομίαν παραδεχόμενοι· ὅλον δὲ εἰδότες, τέλειον μὲν ὄντα πρὸ αἰώνων θεοῦ λόγον, τέλειον δὲ ἄνθρωπον ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν γενόμενον. Τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν πίστιν τὴν παρ' ἡμῶν ἀνυποστόλως κηρυττομένην ὡς ἐν κεφαλαίῳ τοιαῦτα· περὶ ὧν καὶ ἐπὶ πλεῖον ψυχαγωγηθῆναι δυνήσεσθε, τῷ τε ἐν ἀντιοχείᾳ τόμῳ παρὰ τῆς ἐκεῖ συνελθούσης συνόδου γεγενημένῳ καταξιώσαντες ἐντυχεῖν, καὶ τῷ πέρυσιν ἐν κωνσταντινουπόλει παρὰ τῆς οἰκουμενικῆς ἐκτεθέντι συνόδου· ἐν οἷς πλατύτερον τὴν πίστιν ὡμολογήσαμεν, καὶ τῶν ἔναγχος καινοτομηθεισῶν αἱρέσεων ἀναθεματισμὸν ἔγγραφον πεποιήκαμεν· περὶ δὲ τῆς οἰκονομιῶν τῶν κατὰ μέρος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, παλαιός τε, ὡς ἴστε, θεσμὸς κεκράτηκε, καὶ τῶν ἁγίων ἐν νικαίᾳ πατέρων ὅρος, καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τοὺς τῆς ἐπαρχίας, καὶ εἴ που ἐκεῖνοι βούλοιντο, σὺν αὐτοῖς τοὺς ὁμόρους πρὸς τὸ συμφέρον ποιεῖσθαι τὰς χειροτονίας. οἷς ἀκολούθως, τάς τε λοιπὰς ἐκκλησίας παρ' ἡμῖν οἰκονομεῖσθαι γινώσκετε, καὶ τῶν ἐπισημοτάτων ἐκκλησιῶν ἀναδεδεῖχθαι τοὺς ἱερέας. ὅθεν τῆς μὲν ἐν κωνσταντινουπόλει νεοπαγοῦς, ὡς ἂν εἴποι τις, ἐκκλησίας, ἣν ὥσπερ ἐκ στόματος λέοντος τῆς τῶν αἱρετικῶν βλασφημίας ἀρτίως ἐξηρπάσαμεν διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ θεοῦ, τὸν αἰδεσιμώτατον, καὶ θεοφιλέστατον νεκτάριον ἐπίσκοπον κεχειροτονήκαμεν, ἐπὶ τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου, μετὰ κοινῆς ὁμονοίας, ὑπ' ὄψεσι καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως θεοδοσίου, παντός τε τοῦ κλήρου καὶ πάσης ἐπιψηφιζομένης τῆς πόλεως. τῆς δὲ πρεσβυτάτης καὶ ὄντως ἀποστολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν ἀντιοχείᾳ τῆς συρίας, ἐν ᾗ πρώτῃ τὸ τίμιον τῶν χριστιανῶν ἐχρημάτισεν ὄνομα, τὸν αἰδεσιμώτατον καὶ θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον φλαβιανόν, οἵ τε τῆς ἐπαρχίας καὶ τῆς ἀνατολικῆς διοικήσεως συνδραμόντες κανονικῶς ἐχειροτόνησαν, πάσης συμψήφου τῆς ἐκκλησίας ὥσπερ διὰ μιᾶς φωνῆς τὸν ἄνδρα τιμησάσης· ἥνπερ ἔνθεσμον χειροτονίαν ἐδέξατο καὶ τὸ τῆς συνόδου κοινόν. τῆς δέ γε μητρὸς ἁπασῶν τῶν ἐκκλησιῶν τῆς ἐν ἱεροσολύμοις, τὸν αἰδεσιμώτατον καὶ θεοφιλέστατον κύριλλον ἐπίσκοπον εἶναι γνωρίζομεν, κανονικῶς τε παρὰ τῶν τῆς ἐπαρχίας χειροτονηθέντα πάλαι, καὶ πλεῖστα πρὸς τοὺς ἀρειανοὺς ἐν διαφόροις τόποις ἀθλήσαντα. οἷς

A minem factum eſſe. Et fides quidem, quæ conſtanter à nobis prædicatur, in ſumma ſic ſe habet. Ex qua majorem adhuc voluptatem vobis capere licebit ſi & libellum Antiochiæ conditum à ſynodo, quæ illic celebrata eſt, legere dignemini, & illum, qui ſuperiore anno editus eſt Conſtantinopoli ab œcumenica ſynodo. Quibus in libellis & fidem noſtram latius expoſuimus, & contra hæreſes nuper exortas anathema, manuum noſtrarum ſubſcriptione protulimus. De particulari autem adminiſtratione ſingularum Eccleſiarum, B antiqua, ut probe noſtis, obtinuit ſanctio, & ſanctorum Patrum, qui Nicææ congregati ſunt, regula: Ut in ſingulis provinciis Epiſcopi illius provinciæ, &, ſi illis placuerit, unà cum ipſis finitimi, prout utile judicaverint, ordinationes faciant. Ex quarum legum præſcripto, tum reliquas apud nos Eccleſias adminiſtrari ſcitote, tum nobiliſſimarum Eccleſiarum Epiſcopos eſſe renuntiatos. Unde etiam Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ recens, ut ita dicam, fundatæ, quam nuper ex hæreticorum blaſphemia, tanquam ex leonis faucibus, adjuvante Dei miſericordiâ eripuimus, re- C verendiſſimum ac religioſiſſimum Nectarium ordinavimus Epiſcopum, in Concilio univerſali, comuni omnium conſenſu, coram religioſiſſimo Imperatore Theodoſio, adſtipulante omni clero & univerſa civitate. Antiquiſſimæ vero veræque Apoſtolicæ Antiochenſium in Syria Eccleſiæ, in qua venerandum Chriſtianorum nomen primùm innotuit, reverendiſſimum & religioſiſſimum Flavianum, tum illi9 provinciæ, tum Orientalis Diœceſis Epiſcopi in unum congregati, communi ſuffragio Epiſcopum ordinarunt; univerſâ Eccleſiâ communi conſenſu & D quaſi uno ore eum honorante. Quam quidem legitimam ordinationem ſynodus etiam univerſa ſuſcepit. Hieroſolymitanæ autem Eccleſiæ, quæ mater eſt omnium Eccleſiarum, reverendiſſimum ac religioſiſſimum Cyrillum Epiſcopum eſſe indicamus, qui & canonice ab Epiſcopis provinciæ olim fuit ordinatus, & plurima variis in locis contra Arianos certamina ſubiit. Quibus tanquam canonice ac legitime apud nos conſtitutis, veſtram quoq; reverentiam gratulari hortamur, intercedente ſpiritali charitate, & Domini timore, omnem quidem humanum affectum

comprimente; Eccleſiarum autem æ- A dificationem privatę erga ſingulos benevolentiæ & gratiæ præponente. Hac enim ratione, ubi verbum fidei communi conſenſu ſtabilitum, & Chriſtiana charitas inter nos fuerit confirmata, poſthac deſinemus dicere id, quod ab Apoſtolo condemnatum eſt: Ego quidem ſum Pauli, ego vero Apollo, ego autem Cephæ. Sed dum omnes videbimur eſſe Chriſti, qui non eſt ſciſſus in nobis, integrum, Deo juvante, ſine ſciſſura corpus Eccleſiæ ſervabimus, & ad tribunal Chriſti ſtabimus cum fiducia. B Hæc illi adverſus Arii, Aëtii & Eunomii veſaniam: Sabellii item, Photini, Marcelli, & Pauli Samoſateni ac Macedonii ſcripſerunt. Sed & Apollinaris novam doctrinam aperte damnarunt his verbis: Incarnationis quoque Domini noſtri doctrinam incorruptam ſervamus: nec ſine anima, nec ſine mente, nec imperfectam carnis diſpenſationem admittentes. Qvin etiam laudatiſſimus Damaſus, cum hanc hæreſin exortam eſſe didiciſſet, non Apollinarem modo, verùm etiam Timotheum ejus diſcipulum depoſuit, & ab Eccleſiæ comunione alienos pronun- C tiavit. Idque Orientalibus Epiſcopis per litteras ſignificavit, quas huic operi inſerere operæ pretium duxi.

ἐνθέσμως καὶ κανονικῶς παρ' ἡμῖν κεκρατηκότα, καὶ τὴν ὑμετέραν συγχαίρειν παρακαλοῦμεν εὐλάβειαν, τῆς πνευματικῆς μεσιτευούσης ἀγάπης, καὶ τοῦ κυριακοῦ φόβου, πᾶσαν μὲν καταστέλλοντος ἀνθρωπίνην προσπάθειαν, τὴν δὲ τῶν ἐκκλησιῶν οἰκοδομὴν προτιμοτέραν ποιοῦντος τῆς πρὸς τὸν καθ' ἕνα συμπαθείας ἢ χάριτος. οὕτω γὰρ τοῦ τε τῆς πίστεως συμφωνηθέντος λόγου, καὶ τῆς χριστιανικῆς κυρωθείσης ἐν ἡμῖν ἀγάπης, παυσόμεθα λέγοντες τὸ παρὰ τῶν ἀποστόλων καταγνωσμένον· ἐγὼ μὲν εἰμὶ Παύλου, ἐγὼ δὲ Ἀπολλώ, ἐγὼ δὲ Κηφᾶ. πάντες δὲ Χριστοῦ φανέντες, ὃς ἐν ἡμῖν μεμέρισται, Θεοῦ καταξιοῦντος, ἄσχιστον τὸ σῶμα τῆς ἐκκλησίας τηρήσομεν, καὶ τῷ βήματι τοῦ κυρίου μετὰ παῤῥησίας παραστησόμεθα. ταῦτα κατά τε τῆς Ἀρείου καὶ Ἀετίου καὶ Εὐνομίου μανίας, καὶ μέντοι γε καὶ κατὰ Σαβελλίου καὶ Φωτεινοῦ καὶ Μαρκέλλου, Παύλου τε τοῦ Σαμοσατέως καὶ Μακεδονίου γεγράφασιν· ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν Ἀπολιναρίου καινοτομίαν προφανῶς ἀπεκήρυξαν εἰρηκότες, καὶ τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ κυρίου λόγον ἀδιάστροφον σώζομεν, οὔτε ἄψυχον, οὔτε ἄνουν ἢ ἀτελῆ τῆς σαρκὸς οἰκονομίαν παραδεχόμενοι. καὶ Δάμασος δὲ ὁ πανεύφημος, ταύτην μαθὼν ἀναφυεῖσαν τὴν αἵρεσιν, οὐκ Ἀπολινάριον μόνον, ἀλλὰ καὶ Τιμόθεον τὸν ἐκείνου γε φοιτητὴν καθελὼν ἀπεκήρυξε· καὶ τοῦτο τοῖς τὴν ἑῴαν ἰθύνουσιν ἐπισκόποις, διὰ γραμμάτων δεδήλωκεν, ἅπερ ἐνθεῖναι τῇ συγγραφῇ νενόμικα χρήσιμον.

---

## Cap. X.

*Epiſtola Synodica Damaſi Epiſcopi urbis Romæ, contra Apollinarem & Timotheum ſcripta.*

QVod debitam Apoſtolicæ ſedi reverentiam exhibet Charitas veſtra, in eo vobis ipſis plurimum præſtatis, filii chariſſimi. Etſi enim in ſancta Eccleſia, in qua ſanctus Apoſtolus ſedens docuit, decet nos præcipue D quodammodo clavum tenere quem regendum ſuſcepimus, tamen hoc honore inferiores nos eſſe profitemur. Atque idcirco omnibus modis laboramus, ut ſi fieri poteſt, ad gloriam beatitudinis illius perveniamus. Scitote igitur, quod profanum olim Timotheum Apollinaris hæretici diſcipulum, unà cum impio ejus dogmate damnavimus, nec reliqvias ejus deinceps ulla ratione valituras eſſe confidimus. Quod ſi antiquus ille ſerpens ſemel atque iterum percuſſus, adhuc in ſuum ſupplicium reviviſcit, qui extraneus eſt ab Eccleſia, & qui lethalibꝰ ſuis

## Κεφ. ι.

Συνοδικὸν Δαμάσου ἐπισκόπου Ῥώμης, κατὰ Ἀπολιναρίου καὶ Τιμοθέου γραφέν.

Ὅτι τῇ ἀποστολικῇ καθέδρᾳ τὴν ὀφειλομένην αἰδῶ ἡ ἀγάπη ὑμῶν ἀπονέμουσα, αὐτοῖς τὸ πλεῖστον παρέχετε, υἱοὶ τιμιώτατοι· καὶ γὰρ εἰ τὰ μάλιστα ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ, ἐν ᾗ ὁ ἅγιος ἀπόστολος καθεζόμενος ἐδίδαξε, πῶς προσήκει ἡμᾶς τοὺς οἴακας ἰθύνειν οὓς ἀνεδεξάμεθα, ὅμως ὁμολογοῦμεν ἑαυτοὺς ἐλάττονας εἶναι τῆς τιμῆς. ἀλλὰ διὰ τοῦτο οἱῳδήποτε τρόπῳ σπουδάζομεν, εἴ πως δυνηθείημεν πρὸς τὴν δόξαν τῆς μακαριότητος αὐτοῦ παραγενέσθαι. γινώσκετε τοίνυν, ὅτι τὸν πάλαι Τιμόθεον τὸν βέβηλον, τὸν μαθητὴν Ἀπολιναρίου τοῦ αἱρετικοῦ, μετὰ τοῦ ἀσεβοῦς αὐτοῦ δόγματος καθείλομεν, καὶ οὐδαμῶς πιστεύομεν αὐτοῦ τὰ λείψανα λόγῳ τινὶ τοῦ λοιποῦ ἰσχύειν. εἰ δ' ἔτι ἐκεῖνος ὁ ὄφις ὁ παλαιὸς, ἅπ-

παξ καὶ δεύτερον καταδηχθεὶς, πρὸς ἰδίαν τιμωρίαν ἀναζῇ, ὅστις ἐκτὸς τῆς ἐκκλησίας ὑπάρχει, ὅς σφῆλαι τοῖς ἑαυτοῦ θανατηφόροις φαρμάκοις τινὰς ἀπίστους διαπειράζων ἐπανίσταται, ταύτην ὥσπερ φθοράν τινα ἐκκλίνατε. ὅμως μεμνημένοι τῆς ἀποστολικῆς πίστεως, ταύτης μάλιστα ἥτις ἐν νικαίᾳ παρὰ τῶν πατέρων ἐγγράφως ἐξετέθη, βεβαίῳ βαθμῷ ἰσχυρῶς τῇ πίστει ἀμετακίνητοι διαμένετε· καὶ μὴ ματαιολογίας καὶ ἠφανισμένας ζητήσεις, μετὰ τοῦτο ὑπομένετε ἀκούειν τοὺς κληρικοὺς ἢ τοὺς λαϊκοὺς ὑμῶν. ἤδη γὰρ ἅπαξ τύπον ἐδώκαμεν, ἵνα ὁ γινώσκων ἑαυτὸν χριστιανὸν, ἐκεῖνο φυλάττοι, ὅπερ παρὰ τῶν ἀποστόλων παρεδόθη, λέγοντος τοῦ ἁγίου παύλου, εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. ὁ γὰρ χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ὁ κύριος ἡμῶν, τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων διὰ τοῦ ἰδίου πάθους πληρεστάτην ἀπέδωκε τὴν σωτηρίαν, ἵνα ὅλον τὸν ἄνθρωπον ταῖς ἁμαρτίαις ἐνεχόμενον, πάσης ἁμαρτίας ἐλευθερώσῃ. τοῦτον εἴ τις ἤτοι ἀνθρωπότητος, ἢ θεότητος ἔλαττον ἐσχηκέναι εἴποι, πνεύματος διαβόλου πεπληρωμένος, τῆς γεέννης υἱὸν ἑαυτὸν ἀποδείκνυσι. τί τοίνυν πάλιν παρ' ἐμοῦ ζητεῖτε τὴν καθαίρεσιν τιμοθέου; ὃς καὶ ἐνταῦθα κρίσει τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας, παρόντος καὶ πέτρου τοῦ ἐπισκόπου τῆς ἀλεξανδρέων πόλεως, καθῃρέθη ἅμα τῷ διδασκάλῳ αὐτοῦ ἀπολιναρίῳ, ὃς ἐν ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως τὰς ὀφειλομένας τιμωρίας καὶ βασάνους ὑπομθμεῖ. εἰ δέ τινας κουφοτέρους πείθει ἐκεῖνος, ὥς τινα ἐλπίδα ἔχων, ὅστις τὴν ἀληθῆ ἐλπίδα τὴν εἰς χριστὸν τῇ ὁμολογίᾳ μετέβαλε, μετὰ τούτου ὁμοίως ἀπολεῖται, ὅστις δήποτε βούλεται τῷ κανόνι τῆς ἐκκλησίας ἀντιπαλαίσας. ὁ θεὸς ὑμᾶς ὑγιαίνοντας διαφυλάττοι, υἱοὶ τιμιώτατοι. καὶ ἄλλα δέ τινα συναθροισθέντες ἐν τῇ μεγάλῃ ῥώμῃ γεγράφασι κατὰ διαφόρων αἱρέσεων, ἅπερ ἀναγκαῖον ᾠήθην ἐνθεῖναι τῇ συγγραφῇ.

Ἄλλο τοῦ αὐτοῦ συνοδικὸν κατὰ διαφόρων αἱρέσεων.

ΟΜολογία τῆς καθολικῆς πίστεως, ἣν ὁ πάπας δάμασος ἀπέστειλεν πρὸς ἐπίσκοπον παυλῖνον ἐν τῇ μακεδονίᾳ, ὅτε ἐγένετο ἐν θεσσαλονίκῃ. ἐπειδὴ μετὰ τὴν ἐν νικαίᾳ σύνοδον, αὕτη ἡ πλάνη ἀνέκυψεν, ὥστε τολμᾶν τινὰς βεβήλῳ στόματι εἰπεῖν, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον γεγενῆσθαι διὰ τοῦ υἱοῦ, ἀναθεματίζομεν τοὺς μὴ μετὰ πάσης ἐλευθερίας κηρύττοντας σὺν τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ τῆς μιᾶς εἶναι τῆς αὐτῆς οὐσίας τε καὶ ἐξουσίας ὑπάρχειν τὸ

A venenis quoſdam infidelium aſſidue conatur inficere, hunc vos tanquam peſtem quandam declinate: & memores Apoſtolicæ fidei, ejus potiſſimum, quæ Nicææ à Patribus conſcripta & publicata eſt, firmo gradu ſtabiles in ea atque immobiles permanete; nec patiamini poſthac ut clerici & laici veſtri has ſermonum vanitates & quæſtiones abolitas auſcultent. Jam enim ſemel formam dedimus, ut qui ſe Chriſtianum eſſe profitetur, id quod ab Apoſtolis traditum eſt, cuſtodiat: Cum dicat beatus Paulus: Si quis vobis evangelizaverit præter id, quod accepiſtis, anathema ſit. CHRISTUS enim Filius Dei, Dominus noſter, generi humano pleniſſimam ſalutem paſſione ſua contulit, ut totum hominem peccatorum nexibus implicatum, ab omni peccato liberaret. Hunc ſi quis humanitatem aut Deitatem imperfectam habuiſſe dixerit, ſpiritu diaboli plenus, ſe gehennæ filium oſtendit. Quid igitur depoſitionem Timothei à me denuò poſtulatis? Qui & hic judicio ſedis Apoſtolicæ, præſente etiam Petro Alexandrinorum urbis Epiſcopo, depoſitus eſt unà cum magiſtro ipſius Apollinare, & in die judicii debita ſupplicia ac tormenta patietur. Quod ſi leviores quoſdam homines in ſuam ſententiam perducit, quaſi aliquam ſpem habens, ipſe qui veram ſpem in Chriſtum ſua confeſſione mutavit: cum illo pariter peribit quiſquis vult regulæ Eccleſiæ repugnare. DEUS incolumes vos ſervet, filii chariſſimi. Sed & alia quædam contra diverſas hæreſes ſcripſerunt Epiſcopi Romæ congregati, quæ huic hiſtoriæ intexere neceſſarium duxi.

## CAP. XI.

*Alia ejusdem Damaſi Synodica Epiſtola contra diverſas hæreſes.*

COnfeſſio fidei quam Papa Damaſus miſit ad Paulinum Epiſcopum, cùm eſſet Theſſalonicæ in Macedonia. Et quia poſt Concilium Nicænum hic error inolevit, ut quidam ore ſacrilego auderent dicere, Spiritum Sanctum factum eſſe per Filium, anathematizamus eos, qui non tota libertate proclamant, eum cum Patre & Filio unius poteſtatis eſſe atque ſubſtantiæ. Anathematizamus quoque eos, qui Sabellii

ſequuntur errorem, eundem dicentes Patrem eſſe quem & Filium. Anathematizamus Arium atque Eunomium, qui pari impietate, licet ſermone diſſimili, Filium & Spiritum Sanctum aſſerunt eſſe creaturas. Anathematizamus Macedonianos, qui de Arii ſtirpe venientes, non perfidiam mutavere, ſed nomen. Anathematizamus Photinum, qui Ebionis hæreſin inſtaurans, Dominum JESUM CHRISTUM tantum ex Maria confitetur. Anathematizamus eos, qui duos Filios aſſerunt, unum ante ſæcula, & alterum poſt aſſumptionem carnis ex virgine. Anathematizamus eos, qui pro hominis anima rationabili dicunt DEI Verbum in humana carne verſatum; cum ipſe Filius & Verbum DEI, non pro anima rationabili & intelligibili in ſuo corpore fuerit, ſed noſtram, id eſt, rationabilem & intelligibilem, ſine peccato, animam ſuſceperit atque ſalvaverit. Anathematizamus etiam eos, qui Verbum DEI extenſione & collectione à Patre ſeparatum, & inſubſtantivum, & finem habiturum eſſe contendunt. Eos quoque, qui de Eccleſiis ad Eccleſias migraverunt, tamdiu à communione noſtra habemus alienos, quamdiu ad eas redierint civitates, in quibus primum ſunt conſtituti. Quod ſi alius alio tranſmigrante, in locum viventis eſt ordinatus, tamdiu vacet ſacerdotii dignitate, qui ſuam deſeruit civitatem, quamdiu ſucceſſor ejus quieſcat in Domino. Si quis non dixerit ſemper Patrem, ſemper Filium, ſemper Spiritum Sanctum fuiſſe & eſſe, anathema ſit. Si quis non dixerit Filium natum de Patre, id eſt, de ſubſtantia divina ipſius, anathema ſit. Si quis non dixerit verum DEUM Filium Dei, ſicut verum Deum Patrem ejus, & omnia poſſe, & omnia noſſe, & Patri æqualem, anathema ſit. Si quis dixerit, quod in carne conſtitutus Filius DEI cum eſſet in terra, in cœlis cum Patre non erat, anathema ſit. Si quis dixerit, quod in paſſione crucis dolorem ſuſtinebat Filius DEI DEUS, & non caro, cum anima quam induerat, forma ſervi quam ſibi acceperat, ſicut ait Scriptura, anathema ſit. Si quis non dixerit, Ver-

A ἅγιον πνεῦμα. Ὁμοίως δὲ ἀναθεματίζομεν καὶ τοὺς τῇ Σαβελλίου ἀκολουθοῦντας πλάνῃ, τὸν αὐτὸν λέγοντας καὶ πατέρα εἶναι καὶ υἱόν. ἀναθεματίζομεν Ἄρειον καὶ Εὐνόμιον, οἳ τῇ ἴσῃ δυσσεβείᾳ, εἰ καὶ τοῖς ῥήμασι διαφέρονται, τὸν υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, κτίσμα εἶναι διϊσχυρίζονται. ἀναθεματίζομεν τοὺς Μακεδονιανούς, οἵτινες ἐκ τῆς Ἀρείου ῥίζης καταγόμενοι, οὐχὶ τὴν ἀσέβειαν ἀλλὰ τὴν προσηγορίαν ἐνήλλαξαν. ἀναθεματίζομεν Φωτεινόν, ὃς τὴν τοῦ Ἐβίωνος αἵρεσιν ἀνακαινίζων, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, μόνον ἐκ B τῆς Μαρίας ὡμολόγει. ἀναθεματίζομεν καὶ τοὺς δύο εἶναι υἱοὺς διϊσχυριζομένους, ἕνα πρὸ τῶν αἰώνων, καὶ ἄλλον μετὰ τὴν τῆς σαρκὸς ἐκ τῆς Μαρίας ἀνάληψιν. ἀναθεματίζομεν κἀκείνους οἵτινες ἀντὶ λογικῆς ψυχῆς διϊσχυρίζονται, ὅτι ὁ τοῦ θεοῦ λόγος ἐστράφη ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ σαρκί. αὐτὸς γὰρ ἐστὶν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, οὐχὶ ἀντὶ τῆς λογικῆς καὶ νοερᾶς ψυχῆς ἐν τῷ ἑαυτοῦ σώματι γέγονεν, ἀλλὰ τὴν ἡμετέραν, τουτέστι λογικὴν καὶ νοερὰν, ἄνευ τῆς ἁμαρτίας ψυχὴν ἀνέλαβε καὶ ἔσωσεν. ἀναθεματίζομεν καὶ τοὺς λέγοντας τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, τῇ ἐκτάσει καὶ τῇ συστολῇ ἀπὸ τοῦ C πατρὸς κεχωρίσθαι, καὶ ἀνυπόστατον αὐτὸν εἶναι, καὶ μέλλειν τελευτᾶν βλασφημοῦντας. τοὺς δὲ ἀπὸ ἐκκλησιῶν εἰς ἑτέρας ἐκκλησίας μετελθόντας, ἄχρι τοσούτου ἀπὸ τῆς ἡμετέρας κοινωνίας ἀλλοτρίους ἔχομεν, ἄχρις οὗ πρὸς αὐτὰς ἐπανέλθωσι τὰς πόλεις ἐν αἷς πρῶτον ἐχειροτονήθησαν. ἐὰν δέ τις ἄλλου ἀπὸ τόπου εἰς τόπον μετελθόντος, ἐν τόπῳ τοῦ ζῶντος ἐχειροτονήθη, ἄχρι τοσούτου σχολάσῃ ἀπὸ τοῦ ἱερατικοῦ ἀξιώματος ὁ τὴν ἰδίαν πόλιν καταλείψας, ἄχρις οὗ ὁ διαδεξάμενος αὐτὸν ἀναπαύσηται ἐν κυρίῳ. εἴ τις μὴ εἴπῃ, τὸν πατέρα ἀεὶ, καὶ ἀεὶ τὸν υἱὸν, καὶ ἀεὶ τὸ D πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις μὴ εἴπῃ, τὸν υἱὸν γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς, τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας τῆς θείας αὐτοῦ, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις μὴ εἴπῃ ἀληθινὸν θεὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, ὡς ἀληθινὸν θεὸν τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ πάντα δύνασθαι καὶ πάντα εἰδέναι καὶ τῷ πατρὶ ἴσον, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις εἴπῃ, ὅτι ἐν σαρκὶ διάγων ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ὅτε ἦν ἐν τῇ γῇ, ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ σὺν τῷ πατρὶ οὐκ ἦν, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις εἴπῃ, ὅτι ἐν τῷ πάθει τοῦ σταυροῦ τὴν ὀδύνην ὑπέμεινεν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ θεότητι, καὶ οὐχὶ σαρκὶ καὶ ψυχῇ λογικῇ, ἣν ἀνέλαβεν ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ, ὡς εἴρηκεν ἡ ἁγία γραφή, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις μὴ εἴπῃ τὸν

θεοῦ λόγον παθόντα σαρκὶ, καὶ ἐσταυρωμένον σαρκὶ, καὶ θανάτου γευσάμενον σαρκὶ, γεγονότα τε πρωτότοκον ἐκ τῶν νεκρῶν καθὸ ζωή ἐστι καὶ ζωοποιὸς ὡς θεὸς, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις μὴ εἴπῃ, ὅτι ἐν σαρκὶ ἥν περ ἀνέλαβε, καθέζεται ἐν τῇ δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, ἐν ᾗ καὶ ἐλεύσεται κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις μὴ εἴπῃ, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι ἀληθῶς καὶ κυρίως, ὡς καὶ τὸν υἱὸν ἐκ τῆς θείας οὐσίας καὶ θεὸν θεοῦ λόγον, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις μὴ εἴπῃ, πάντα δύνασθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ πάντα εἰδέναι, καὶ πανταχοῦ παρεῖναι, ὡς καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸν πατέρα, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις εἴποι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ποίημα, ἢ διὰ τοῦ υἱοῦ γεγενῆσθαι, ἀνάθεμα ἔστω· εἴ τις μὴ εἴπῃ, πάντα διὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ σαρκωθέντος καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὸν πατέρα πεποιηκέναι, τουτ' ἔστι τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις μὴ εἴπῃ, τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος μίαν θεότητα, ἐξουσίαν, δυναστείαν, μίαν δόξαν, κυριότητα, μίαν βασιλείαν, μίαν θέλησιν καὶ ἀλήθειαν, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις τρία πρόσωπα μὴ εἴπῃ ἀληθινὰ, τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, εἰς ἀεὶ ζῶντα, τὰ πάντα κατέχοντα, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, πάντα δυνάμενα, πάντα κρίνοντα, πάντα ζωοποιοῦντα, πάντα δημιουργοῦντα, πάντα σώζοντα, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις μὴ εἴπῃ, προσκυνητὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον παρὰ πάσης τῆς κτίσεως, ὡς καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸν πατέρα, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις περὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καλῶς φρονήσει, περὶ δὲ τοῦ ἁγίου πνεύματος οὐκ ὀρθῶς ἔχει, αἱρετικός ἐστιν, ὅτι πάντες οἱ αἱρετικοὶ περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ καὶ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος κακῶς φρονοῦντες, ἐν τῇ τῶν ἰουδαίων καὶ τῶν ἐθνικῶν ἀπιστίᾳ τυγχάνειν ἐλέγχονται. εἴ τις δὲ μερίσει θεότητα, θεὸν τὸν πατέρα λέγων ἀνὰ μέρος, καὶ θεὸν τὸν υἱὸν, καὶ θεὸν τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ διϊσχυρίσαιτο θεοὺς λέγεσθαι καὶ οὐ θεὸν, διὰ τὴν μίαν θεότητα καὶ δυναστείαν, ἥν περ εἶναι πιστεύομεν καὶ οἴδαμεν, τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, θεὸν ἕνα ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν· ἢ πάλιν ὑπεξελόμενος τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς μόνον ὑπονοήσαι τὸν πατέρα θεὸν λέγεσθαι, ἢ μὴ πιστεύεσθαι ἕνα θεὸν, ἀνάθεμα ἔστω· τὸ γὰρ ὄνομα τῶν θεῶν καὶ τοῖς ἀγγέλοις καὶ πᾶσι τοῖς ἁγίοις παρὰ θεοῦ ἐχαρίσθη. περὶ δὲ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, διὰ τὴν μίαν καὶ ἴσην θεότητα, οὐχ ἡ τῶν

bum DEI carne paſſum, & carne crucifixum, & carne mortuum, factumque primogenitum ex mortuis, quatenus vita eſt, & vitæ auctor tanquam Deus, anathema ſit. Si quis non dixerit, quod in carne quam aſſumpſit, ſedet ad dexteram Patris, in qua venturus eſt judicare vivos & mortuos, anathema ſit. Si quis non dixerit, Spiritum Sanctum de Patre eſſe vere ac proprie ſicut Filius de divina ſubſtantia, & Deum verum, anathema ſit. Si quis non dixerit, omnia poſſe Spiritum Sanctum, omnia noſſe, & ubique eſſe ſicut Filium & Patrem, anathema ſit. Si quis dixerit Spiritum Sanctum facturam eſſe, aut per Filium factum, anathema ſit. Si quis non dixerit, omnia per Filium, qui incarnatus eſt & Spiritum Sanctum, Patrem feciſſe, id eſt, viſibilia & inviſibilia, anathema ſit. Si quis non dixerit, Patris & Filii & Spiritus Sancti unam divinitatem, poteſtatem, majeſtatem, potentiam, unam gloriam, dominationem; unum regnum, atque unam voluntatem ac veritatem, anathema ſit. Si quis tres perſonas non dixerit veras, Patrem & Filium ac Spiritum Sanctum, æquales, ſemper viventes, omnia continentes viſibilia & inviſibilia, omnipotentes, omnia judicantes, omnia vivificantes, omnia facientes, omnia ſalvantes, anathema ſit. Si quis non dixerit Spiritum Sanctum adorandum ab omni creatura ſicut Filium & Patrem, anathema ſit. Si quis de Patre & Filio bene ſenſerit, de Spiritu autem Sancto non recte habuerit, hæreticus eſt: quia omnes hæretici de Filio Dei & Spiritu Sancto male ſentientes, in Judæorum atque Gentilium perfidia inveniuntur. Quod ſi quis partiatur divinitatem, ſigillatim Deum Patrem dicens, & Deum Filium ejus, & Deum Spiritum Sanctum, affirmetque Deos dici, & non Deum propter unam divinitatem ac potentiam, quam credimus & ſcimus Patris & Filii ac Spiritus Sancti, Deum unum in tribus perſonis: ſubtrahens vero Filium & Spiritum Sanctum, ita ſolum exiſtimet Deum Patrem dici aut credi unum Deum, anathema ſit. Nomen namque Deorum, & Angelis & Sanctis omnibus à Deo eſt impoſitum & donatum. De Patre autem & Filio & Spiritu Sancto propter unam & æqualem divinitatem,

non nomen Deorum, ſed Dei, nobis oſtenditur atq; indicatur, ut credamus quia in Patre & Filio & Spiritu Sancto ſolùm baptizamur, non in Archangelorum nominibus aut Angelorum, quomodo hæretici, aut Judæi, aut etiam Gentiles dementes faciunt. Hæc eſt ergo ſalus Chriſtianorum, ut credentes Trinitati, id eſt, Patri & Filio ac Spiritui Sancto, & in eam baptizati, veram ſolamque divinitatem, potentiam, majeſtatem & ſubſtantiam ejuſdem ſine dubio credamus.

## Cap. XII.

*De interitu Gratiani, & de Maximi Tyrannide.*

SEd hęc quidem geſta ſunt ſuperſtite adhuc Gratiano, qui bello ſtrenuus & civitates moderate regens, cum tandem per inſidias interiiſſet, nullis relictis liberis, qui Imperio ſuccederent, ſed ſolo fatre ſuperſtite admodum puero, qui Patri erat cognominis: Maximus quidam contempta Valentiniani adoleſcentiâ, Occidentis Principatum invaſit.

## Cap. XIII.

*De Juſtina Valentiniani uxore, deque inſidiis ab ea ſtructis Ambroſio.*

PEr idem tempus Juſtina, uxor quidem majoris Valentiniani, junioris autem mater, Arianæ doctrinæ ſemina quæ jam pridem ſuſceperat, filio ſuo patefecit. Nam cum ardorem fidei viri ſui probe noſſet, quamdiu is vixit, ſemper ipſa latere ſtuduerat. Sed eo mortuo, cum animum filii ſui tenerum ac flexibilem cerneret, fraudem ſuam fidentiùs proferre cœpit. Ille matris monita ſibi utilia eſſe arbitratus: illecebras enim naturæ duntaxat ſpectans, hamum lethalem minime cernebat. Primò omnium Ambroſio his de rebus locutus eſt; ratus ſi illum in ſuam ſententiam pertraxiſſet, aliis facile ſe idem perſuaſurum. Verum Ambroſius paternam ei pietatem in memoriam revocavit, hortatusque eſt ut quam acceperat hæreditatem, inviolatam ſervaret. Præterea utriusque dogmatis diſcrepantiam ei oſtendit, & quo pacto alterū quidem cum Domini doctrina & Apoſtolorū prædicationib⁹ conſentiret: alterum v. prorſus contrarium eſſet legiq; repugnaret ſpirituali. Adoleſcens verò, utpote adoleſcens, & à matre in fraudem inducta ſtimulatus,

A θεῶν ὀνόματα, ἀλλὰ τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἐνδείκνυται καὶ σημαίνεται, ἵνα πιστεύωμεν ὅτι εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα βαπτιζόμεθα, καὶ οὐχὶ εἰς τὰ τῶν ἀρχαγγέλων ἢ ἀγγέλων ὀνόματα, ὡς οἱ αἱρετικοί, ἢ ὡς ἰουδαῖοι ἢ ἐθνικοὶ παραφρονοῦντες. αὕτη τοίνυν ἡ τῶν χριστιανῶν σωτηρία ἐστίν, ὥστε πιστεύοντες τῇ τριάδι, τουτέστι τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, καὶ βαπτιζόμενοι εἰς τὴν αὐτὴν μίαν θεότητα καὶ δυναστείαν καὶ θειότητα, καὶ οὐσίαν, εἰς αὐτὸν πιστεύωμεν.

B

## Κεφ. ιβ'.

Περὶ τῆς γρατιανοῦ τελευτῆς καὶ τῆς μαξίμου τυραννίδος.

ΤΑῦτα μὲν οὖν γρατιανοῦ περιόντος ἐγένετο. ἐπειδὴ δὲ ἐκεῖνος ἔν τε πολέμοις ἀριστεύων, καὶ τὰς πόλεις σωφρόνως τε καὶ δικαίως ἰθύνων, ἐξ ἐπιβουλῆς ἐτελεύτησε, παῖδας μὲν οὐ καταλιπὼν κληρονόμους τῆς βασιλείας, ἀδελφὸν δὲ κομιδῆ νέον ὁμώνυμον τῷ πατρός, μάξιμός τις τοῦ οὐαλεντινιανοῦ καταφρονήσας νεότητος, ἥρπασε τὴν τῆς ἑσπέρας ἡγεμονίαν.

C

## Κεφ. ιγ'.

Περὶ ἰουστίνης τῆς οὐαλεντινιανοῦ γαμετῆς, καὶ τῆς κατὰ ἀμβροσίου γεγενημένης ἐπιβουλῆς.

ΚΑτ' ἐκεῖνον δὲ τὸν χρόνον, ἰουστῖνα ἡ οὐαλεντινιανοῦ μὲν τοῦ μεγάλου γαμετή, τοῦ δὲ νέου μήτηρ, ἃ πάλαι τῆς ἀρειανικῆς διδασκαλίας ἐδέξατο σπέρματα, δῆλα πεποίηκε τῷ παιδί. τοῦ μὲν γὰρ ὁμοζύγου τὸ θερμὸν ἐπισταμένη τῆς πίστεως, λαθεῖν ἅπαντα τὸν χρόνον ἐσπούδασε. τοῦ δὲ παιδὸς τὸ τῶν φρενῶν ἁπαλὸν καὶ εὐενδότον θεωμένη, προσενεγκεῖν τὴν ἐξαπάτην ἐθάρρησεν. D ὁ δὲ τοῦ μητρὸς τὰς ὑποθήκας ὀνησιφόρους ὑπολαβών· εἰς γὰρ τὸ τῆς φύσεως δέλεαρ ἀποβλέπων, τὸ θανατηφόρον ἄγκιστρον οὐχ ἑώρα. ἀμβροσίῳ πρώτῳ τοὺς περὶ τούτων προσενήνοχε λόγους, νομιζόμενος εἰ τοῦτον μεταπείσοι, τῶν ἄλλων ῥᾳδίως ἂν περιέσεσθαι. ὁ δὲ, τῆς τε τοῦ πατρὸς ἀνεμίμνησκεν εὐσεβείας, καὶ τὸν κλῆρον παρεκάλει φυλάττειν, ὃν παρέλαβεν, ἄσυλον. ἐδίδασκε καὶ τὴν τῶν δογμάτων διαφοράν, καὶ ὅπως τὰ μὲν, τῇ τοῦ κυρίου διδασκαλίᾳ καὶ τοῖς τῶν ἀποστόλων συμβαίνει κηρύγμασι· τὰ δέ, ἄντικρυς ἐναντία, καὶ τῇ πνευματικῇ νομοθεσίᾳ μαχόμενα. ὁ δὲ νέος, οἷα δὴ νέος, καὶ παρὰ μητρὸς ἠπατημένης θηγόμενος

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

μενος οὐ μόνον οὐ προσίετο τὰ λεγόμενα, ἀλλὰ καὶ θυμοῦ πλήρης ἐγίνετο, καὶ λόχοις ὁπλιτῶν τε καὶ πελταστῶν τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς περιβόλους ἐκύκλου. ἐπειδὴ δὲ τὸν μέγιστον ἐκεῖνον ἀριστέα οὐδὲν ἐδεδίξατο τῶν ὑπ' αὐτοῦ γινομένων· μορμολύκεια γὰρ ὑπέλαβε ταῦτα, μειρακυλλίοις ὑπό τινων προσφερόμενα· τότε δὴ χαλεπήνας, περιφανῶς αὐτὸν ἐκέλευσε τῶν ἱερῶν ἔξω βῆναι προθύρων. ὁ δὲ, ἑκὼν μὲν ἔφη τοῦτο οὐ δράσω, οὐδὲ προδώσω τοῖς λύκοις τὸν τῶν προβάτων σηκόν, οὐδὲ τοῖς βλασφημοῦσι τὸν θεῖον παραδώσω νεών· ἀλλ' εἴ σοι κτεῖναι δοκεῖ, ἔνδον ἐπένεγκέ μοι τὸ ξίφος ἢ τὴν αἰχμήν. ἀσπασίως γὰρ δέξομαι τὴν τοιαύτην σφαγήν.

A verba Ambroſii nonmodo non admiſit, verum etiam ira exarſit; leviſque & gravis armaturæ militibus Eccleſiæ ambitum circumſepſit. Sed cum nihil eorum, quæ ab ipſo facta erant, fortiſſimum virum terruiſſet: pro larvis enim cuncta ducebat, quæ pueris à quibusdam objici ſolent: tandem indignatus, palam ei mandavit ut extra veſtibulum Eccleſiæ prodiret. Verum Ambroſius: Ego, inquit, mea ſponte id non faciam, nec ovium ſepta lupis prodam, nec Dei templum blaſphemantibus tradam. Sed ſi tibi libitum eſt occidere, intus B enſem vel haſtam in me adige. Libenter enim hujusmodi mortem excipiam.

## Κεφ. ιδʹ.

*Περὶ τῶν παρὰ Μαξίμου τοῦ τυράννου Οὐαλεντινιανῷ τῷ νέῳ δηλωθέντων.*

Χρόνου δὲ συχνοῦ τριβομένου, μεμάθηκε μὲν ὁ Μάξιμος τὰ κατὰ τοῦ μεγαλοφώνου κήρυκος τῆς ἀληθείας τολμώμενα· ἐπέστειλε δὲ τῷ Οὐαλεντινιανῷ, τὸν κατὰ τῆς εὐσεβείας πόλεμον καταλῦσαι παρεγγυῶν, καὶ παραινῶν μὴ προέσθαι τὴν πατρῴαν εὐσέβειαν· προστέθεικε δὲ καὶ τοῦ πολέμου τὴν ἀπειλήν, εἰ μὴ πείθοιτο· καὶ μέντοι καὶ τὸ ἔργον τοῖς λόγοις ἐπέθηκε. τὴν γὰρ στρατιὰν ἀγείρας, ἐπὶ τὴν Μεδιόλανον ὥρμησεν, ἔνθα ἐκεῖνος διῆγεν. ὁ δὲ μαθὼν τὴν ἔφοδον, εἰς Ἰλλυριοὺς ᾤχετο φεύγων, τῇ πείρᾳ μαθὼν τίνων ἐκ τῆς μητρῴας ἀπώνατο συμβουλῆς.

## Cap. XIV.

*De iis, quæ Maximus tyrannus Valentiniano juniori ſcripſit.*

Cum jam multum temporis in his tereretur, certior factus eſt Maximus de rebus, quę contra egregium veritatis præconem tentabantur. Scripſit itaque litteras ad Valentinianum, qui- C bus eum hortabatur, ut pietati bellum inferre deſiſteret, monebatque ne paternam religionem proderet. Adjecit etiam minas belli, niſi Valentinianus morem gereret: ſtatimque verba factis confirmavit. Collectis enim copiis, Mediolanum verſus contendit, in qua tum Valentinianus degebat. Qui audita Maximi expeditione fugit in Illyricum, experimento ipſo edoctus, quid ſibi profuiſſent matris conſilia.

## Κεφ. ιεʹ.

*Περὶ τῶν παρὰ Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως περὶ τούτου γραφέντων.*

Πυθόμενος δὲ Θεοδόσιος ὁ πανεύφημος βασιλεὺς τά τε παρὰ τοῦ βασιλέως πραχθέντα καὶ παρὰ τοῦ τυράννου γραφέντα, ἔγραψε τῷ πεφευγότι νέῳ, μὴ χρῆναι θαυμάζειν, εἰ τῷ βασιλεῖ μὲν τὸ δέος, τῷ δὲ τυράννῳ τὸ κράτος συνέζευκται. τῇ γὰρ εὐσεβείᾳ πεπολέμηκε μὲν ὁ βασιλεύς· ὁ δὲ τύραννος ἐπεκούρησε. καὶ ὁ μὲν ταύτην προέμενος, ἀποδιδράσκει γυμνός· ὁ δὲ ταύτῃ καθωπλισμένος, τοῦ γεγυμνωμένου κρατεῖ· τῇ γὰρ εὐσεβείᾳ καὶ ὁ ταύτης σύνεσι νομοθέτης· ταῦτα μὲν οὖν ἑκὰς ὢν

## Cap. XV.

*De iis, quæ à Theodoſio Imperatore ſcripta ſunt his de rebus.*

D Porro Imperator Theodoſius nunquam ſatis laudatus, cum ea, quæ à Juniore Valentiniano facta, & quæ à Maximo tyraño ſcripta fuerant, cognoviſſet, ad profugum adoleſcentem ſcripſit: mirandum non eſſe, ſi Imperatori quidem terror, tyranno verò robur accreſceret: quippe cum Imperator pietati bellum intuliſſet, tyrannus autem tuliſſet auxilium. Itaque is quidem, qui eam deſeruit, nudus fugit: ille vero, qui pietatis armis munitꝰ eſt, nudatum vincit. Pietati enim ſemper conjunctus eſt legiſlator pietatis. Et hæc quidem ſcripſit ad illum Theodoſius, dum procul



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

abeſſet. Ubi vero de fuga ejus certior factus, ad opem ei ferendam adfuit, eumque relictis Imperii ſui partibus ad partes ſuas confugientem vidit: Primum quidem animo illius curationem adhibuit, & extrinſecùs invectum impietatis expulit morbum, & adoleſcentem ad paternam pietatem revocavit. Deinde verò, cum bono animo eum eſſe juſſiſſet, ſuſcepta expeditione adverſus tyrañum, Imperium adoleſcenti citra ſanguinem reſtituit, tyrannum vero interfecit. Injuſte enim ſe facturum exiſtimavit, & inita cum Gratiano fœdera violaturum, niſi cædis pœnas ab interfectoribus exegiſſet.

A ἐπέστειλεν. ἐπειδὴ δὲ τὴν φυγὴν μεμαθηκὼς εἰς ἐπικουρίαν ἀφίκετο, καὶ τὴν μὲν οἰκείαν καταλελοιπότα βασιλείαν, εἰς δὲ τὴν αὐτοῦ παραγενόμενον εἶδε, πρῶτον μὲν τῇ ψυχῇ τὴν θεραπείαν προσήνεγκεν, καὶ τὴν ἐπιγενομένην τῆς ἀσεβείας ἐξήλασε νόσον, καὶ εἰς τὴν πατρῴαν εὐσέβειαν ἐπανήγαγεν· εἶτα θαῤῥεῖν παρεγγυήσας, καὶ κατὰ τοῦ τυράννου στρατεύσας, ἀναιμωτὶ μὲν τῷ νέῳ τὴν βασιλείαν παρέδωκε, τὸν δὲ τύραννον ἔκτεινεν. ἀδικεῖν γὰρ ὑπέλαβεν καὶ τὰς πρὸς γρατιανὸν γεγενημένας παραβαίνειν συνθήκας, B εἰ μὴ ποινὴν τοὺς ἀπεκταγκότας εἰσπράξαιτο τῆς σφαγῆς.

---

## CAP. XVI.

*De Amphilochio Iconii Epiſcopo.*

POſt hæc cum in Orientem reverſus eſſet, acceſſit ad eum admirandus ille Amphilochius, cujus jam antea mentionem feci, poſcens ut Arianorum conventicula ex urbibus pellerentur. Verum Imperator hanc petitionem duriorem eſſe ratus, nequaquàm admiſit. Tunc ſapientiſſimus Amphilochius, illicò tacitus rem excogitavit memoratu digniſſimam, ingreſſus enim denuo in palatium, cum Arcadium filium Imperatori adſtantem vidiſſet, quem ille paulò ante Auguſtum renuntiaverat, ipſum quidem Imperatorem ſolito more ſalutavit; Filium vero honoris expertem dimiſit. Imperator vero id ab Amphilochio per oblivionem exiſtimans factum, accedere eum juſſit & filium oſculari. Verum Amphilochius ſufficere honorem dixit quem ipſi exhibuiſſet. Quod indigne ferens Imperator, contemptum filii ſuam eſſe ajebat injuriam. Tum verò ſapientiſſimus Amphilochius facti ſui cauſam aperuit, & contenta voce dixit: Vides Imperator te filii tui contumeliam ferre non poſſe, ſed ſuccenſere iis, qui illi contumeliam faciunt. Crede igitur, DEUM quoque hujus univerſi eos averſari, qui Filium ipſius unigenitum blaſphemant; eosque tanquam ingratos erga Servatorem ac bene de ſe meritum, odio habere. Re hoc modo intellecta Imperator, tum factum, tum dictum Amphilochii admodum miratus, legem extemplò dedit; qua hæreticorum conventicula vetabantur. Verum enimverò omnes comunis homi-

## Κεφ. ιϛ'.

*Περὶ ἀμφιλοχίου ἐπισκόπου ἰκονίου.*

ΜΕτὰ δὲ τὴν ἐκεῖθεν ἐπάνοδον, ἀφίκετο μὲν ἀμφιλόχιος ὁ θαυμάσιος, οὗ πολλάκις ἐμνήσθην, ἀντιβολῶν τοὺς τῶν ἀρειανῶν ἐκ τῶν πόλεων ἐξελαθῆναι συλλόγους. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀπηνεστέραν ὑπολαβὼν τὴν αἴτησιν, οὐκ ἐδέξατο. ὁ δὲ σοφώτατος ἀμφιλόχιος παραυτίκα σιγήσας, μνήμης ἀξίαν ἐξεῦρε μηχανήν. εἴσω γὰρ αὖθις C τῶν βασιλείων γενόμενος, καὶ παρεστῶτα τῷ βασιλεῖ τὸν υἱὸν ἀρκάδιον θεασάμενος, νεωστὶ δὲ οὗτος κεχειροτόνητο βασιλεὺς, αὐτὸν μὲν ἠσπάσατο συνήθως τὸν βασιλέα, ἀγέραστον δὲ κατέλιπε τὸν υἱόν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπιλελῆσθαι νομίσας τὸν ἀμφιλόχιον, προσελθεῖν καὶ φιλῆσαι προσέταξε τὸν υἱόν. ὁ δὲ ἀποχρῆναι ἔφη τὴν αὐτῷ παρ' αὐτοῦ προσενεχθεῖσαν τιμήν. ὁ δὲ δυσχεράνας, οἰκείαν ἐκάλει παροινίαν τὴν τοῦ παιδὸς ἀτιμίαν. τηνικαῦτα λοιπὸν ὁ σοφώτατος ἀμφιλό- D χιος ἐκκαλύπτει τὸν τοῦ γεγενημένου σκοπόν, καὶ βοῶν ἔφη. ὁρᾷς ὦ βασιλεῦ, ὅπως οὐ φέρεις τὴν τοῦ παιδὸς ἀτιμίαν, ἀλλὰ τοῖς εἰς τοῦτον παροινοῦσι χαλεπαίνεις πικρῶς· πίστευσον δὴ οὖν, καὶ τὸν τῶν ὅλων θεὸν τοὺς τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ βλασφημοῦντας βδελύττεσθαι, καὶ ὡς ἀχαρίστους περὶ τὸν σωτῆρα καὶ εὐεργέτην γεγενημένους μισεῖν. οὕτω συνεὶς ὁ βασιλεὺς, καὶ τά τε πεπραγμένα καὶ τὰ εἰρημένα θαυμάσας, νόμον εὐθὺς ἔγραψε, τοὺς τῶν αἱρετικῶν συλλόγους κωλύοντα. ἀλλὰ γὰρ οὐ ῥᾴδιον πάσας διαφυγεῖν τὰς κοινὰς

τῶν ἀνθρώπων πολεμίου τὰς ἄρκυς. πολλάκις γάρ τις διαδρὰς τῆς ἀσελγείας τὸ πάθος, τῇ τῆς πλεονεξίας περιπείρεται παγῇ· εἰ δὲ καὶ ταύτης κρείττων φανείη, ἑτέρωθεν ἀναφύεται τοῦ φθόνου τὸ βάραθρον. κἂν τοῦτο δὲ πάλιν ὑπερπηδήσῃ, τοῦ θυμοῦ τὸ δίκτυον εὑρήσει προκείμενον. καὶ ἄλλας δὲ μυρίας τοῖς ἀνθρώποις τίθησι ποδοστράβας, ἀγρεύων εἰς ὄλεθρον· καὶ τὰ μὲν πάθη τοῦ σώματος ὑπουργοῦντα ἔχει ταῖς κατὰ τῆς ψυχῆς τεκταινομέναις ὑπ' αὐτοῦ μηχαναῖς. μόνος δὲ ὁ νοῦς ἐγρηγορὼς περιγίνεται, τῇ περὶ τὰ θεῖα ῥοπῇ τῶν μηχανημάτων διαλύων τὴν ῥύμην. τῆς ἀνθρωπείας δὴ οὖν φύσεως καὶ ὁ θαυμάσιος ἐκεῖνος μετέχων βασιλεὺς, καὶ τῶν παθημάτων μετέλαχε· καὶ τῷ δικαίῳ θυμῷ ἀμετρία προσγενομένη, ὠμόν τε καὶ παράνομον εἰργάσατο πάθος. ἐρῶ δὲ καὶ τοῦτο τῆς τῶν ἐντευξομένων ὠφελείας ἕνεκα. οὐ γὰρ μόνον κατηγορίαν ἔχει τοῦ θαυμαστοῦ βασιλέως, ἀλλὰ καὶ εὐφημίαν μνήμης ἀξιωτάτην.

A num hoſtis fraudes atque inſidias evitare haudquaquam facile eſt. Nam ſæpenumerò, qui laſciviæ morbum evaſit, avaritiæ laqueis capitur. Quod ſi hoc vitio ſuperior exſtiterit, aliunde invidiæ barathrum objicitur. Ac ſi forte hoc etiam tranſilierit, obvium offendet laqueum iracundiæ. Alias præterea innumerabiles pedicas hominibus prætendit, quibus eos in exitium pertrahat. Et corporis quidem perturbationes, inſidiarum quas animæ ſtruit, adjutrices habet. Sola mens vigil ac ſobria victoriam aſſequitur, rerum divinarum B ſtudio inſidiarum impetum frangens. Admirandus igitur Imperator cum naturæ humanæ particeps eſſet, humanas quoque paſſus eſt perturbationes. Dumque juſtæ iræ immoderate indulget, crudele atq; iniquum facinus perpetravit. Quod quidem in gratiam atque utilitatem eorum, qui hæc lecturi ſunt, commemorabo. Neque enim reprehenſionem admirandi Imperatoris ſolum complectitur, ſed ejus quoque laudem, dignam in primis memoria.

## Κεφ. ιζ.

Περὶ τῶν ἐν Θεσσαλονίκῃ γεγενημένων σφαγῶν.

ΘΕσσαλονίκη πόλις ἐστὶ μεγίστη καὶ πολυάνθρωπος, εἰς μὲν τὸ Μακεδόνων ἔθνος τελοῦσα, ἡγουμένη δὲ καὶ Θετταλίας καὶ Ἀχαΐας, καὶ μέντοι καὶ ἄλλων παμπόλλων ἐθνῶν, ὅσα τῶν Ἰλλυριῶν τὸν ὕπαρχον ἡγούμενον ἔχει. ἐν ταύτῃ στάσεως γενομένης τινὸς, κατελεύσθησάν τε καὶ κατεσύρησαν τῶν ἀρχόντων τινές. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐξαφθεὶς ὑπὸ τῶν ἀγγελθέντων, οὐκ ἤνεγκε τοῦ θυμοῦ τὴν ὁρμὴν, οὐδὲ τῷ χαλινῷ τοῦ λογισμοῦ τὴν τούτου ῥύμην ἐκώλυσεν· ἀλλὰ τούτῳ τὴν ψῆφον ἐξενεγκεῖν τῆς τιμωρίας ἐπέτρεψε. ταύτην δὲ τὴν ἐξουσίαν ἐκεῖνος λαβὼν, οἷα δὴ αὐτόνομός τε καὶ τύραννος, τὸν δεσμὸν ἀπορρήξας, καὶ τοῦ λογισμοῦ διαφυγὼν τὸν ζυγὸν, ἄδικα ξίφη κατὰ πάντων ἐγύμνωσε, καὶ τοὺς ἀθῴους μετὰ τῶν ὑπευθύνων κατέκτεινεν. ἑπτὰ γὰρ, ὥς φασιν, ἀνῃρέθησαν χιλιάδες, οὐ κρίσεως ἡγησαμένης, καὶ τῶν τὰ δεινὰ ἐκεῖνα τετολμηκότων κατακριθέντων, ἀλλ' ὡς ἐν ἀμήτῳ πάντων ὁμοῦ δίκην ἀσταχύων κατατμηθέντων.

## Cap. XVII.

C *De hominum cæde, quæ facta eſt Theſſalonicæ.*

THeſſalonica civitas eſt ampla, & incolarum multitudine abundans, ſita quidem in Macedonum provincia: ſed quæ caput eſt Theſſaliæ & Achaiæ, & aliarum plurium provinciarum, quæ ſunt ſub adminiſtratione Præfecti prætorio Illyrici. In hac urbe cùm orta eſſet ſeditio, quidam ex Magiſtratibus obruti ſaxis, & per vicos tracti fuerant. Quibus nuntiatis inflammatus Imperator, iræ impetum non ſuſtinuit, nec rationis freno animi furorem repreſſit: ſed vindictæ arbitrium ei permiſit. D Qui hanc poteſtatem nactus, velut ſui juris & impotens tyrannus, diruptis habenis excuſſoque rationis jugo, injuſtos gladios in omnes diſtrinxit, & inſontes cum noxiis promiſcue trucidavit. Septem enim hominum millia interfecta eſſe dicuntur, nullo prius habito judicio, nec ſceleris illius auctoribus condemnatis: ſed cunctis ſimul, quaſi ſpicis in meſſe deſectis.

A

## Cap. XIIX.

*De Ambroſii Epiſcopi in loquendo libertate, & de pietate Imperatoris.*

HAnc miſerandam calamitatem cum audiſſet Ambroſius, is cujus antea ſæpe mentionem feci, Imperatori Mediolanum ingreſſo, ac more ſolito ad Eccleſiam venienti, obviam proceſſit extra veſtibulum, & à ſacri liminis ingreſſu eum prohibuit his verbis; Ignoras ut puto, Imperator, perpetratæ abs te cædis gravitatem; & furore jam ſedato, nondum ratio ſcelus, quod admiſſum eſt intellexit. Obſtat enim fortaſſe Imperialis potentia, quo minus peccatum agnoſcas, & rationi tenebras offundit licentia. Naturam tamen ſpectare oportet, quæ caduca mortique obnoxia eſt; & primitivum pulverem, ex quo orti ſumus, & in quem reſolvimur. Nec purpuræ ſplendore deceptus, corporis quod ſub illa tegitur, infirmitatem ignorare debes. Ejuſdem tecum naturæ hominibus imperas, imo etiam conſervis, ô Imperator. Unus quippe eſt, omnium Dominus atque Imperator, is qui univerſa condidit. Quibus igitur oculis templum communis Domini adſpecturus es? Quibus pedibus ſanctum ſolum calcaturus? Quomodo manus extenſurus es, injuſte cæſorum ſanguine adhuc ſtillantes? Quomodo ſacroſanctum Domini corpus ejuſmodi manibus excepturus es? Quomodo pretioſum ſanguinem admoturus es ori tuo, qui verbo furoris tui tot hominum ſanguinem injuſte effudiſti. Abſcede igitur, nec poſterioribus factis prius peccatum augere velis. Accipe vinculum, quod Deus omnium Dominus ſurſum ſuffragio ſuo comprobat. Medicabile enim eſt, & ſanitatis reſtituendæ vim habet. His verbis obtemperans Imperator? Divinis quippe innutritus oraculis, probe norat, quæ ſacerdotum, & quæ Imperatorum propria eſſent officia: flens ac gemens reverſus eſt in palatium. Longo poſt tempore elapſo: octo enim menſes exceſſerant: Servatoris noſtri natalis dies advenit. Imperator interim ſedebat in palatio, magnam vim effundens lachrymarum. Id cum animadvertiſſet Rufinus, qui tunc erat Magiſter officiorum, magnaque loquendi pollebat libertate; ut maxime familiaris, ad Principem accedit, & lachrymarum cauſam ſciſcitatur. Ille acerbius inge-

## Κεφ. ιη'.

*Περὶ τῆς Ἀμβροσίου τοῦ ἐπισκόπου παῤῥησίας, καὶ τῆς βασιλέως εὐσεβείας.*

ΤΑύτην μαθὼν τὴν ὀδυρμῶν γέμουσαν συμφορὰν Ἀμβρόσιος ἐκεῖνος, οὗ πολλάκις ἐμνήσθην, ἀφικόμενον εἰς τὴν Μεδιόλανον τὸν βασιλέα, καὶ συνήθως εἰς τὸν θεῖον εἰσελθεῖν βουληθέντα νεών, ὑπαντήσας ἔξω τῶν προθύρων, ἐπιβῆναι τῶν ἱερῶν προπυλαίων τοιάδε λέγων ἐκώλυσεν· οὐκ οἶσθα ὡς ἔοικεν ὦ βασιλεῦ, τῆς εἰργασμένης μιαιφονίας τὸ
B μέγεθος, οὐδὲ μετὰ τὴν τοῦ θυμοῦ παῦλαν ὁ λογισμὸς ἐπέγνω τὸ τολμηθέν. οὐκ ἐᾷ γὰρ ἴσως τῆς βασιλείας ἡ δυναστεία, ἐπιγνῶναι τὴν ἁμαρτίαν, ἀλλ' ἐπιπροσθεῖ ἡ ἐξουσία τῷ λογισμῷ. χρὴ μέντοι εἰδέναι τὴν φύσιν, καὶ τὸ ταύτης θνητόν τε καὶ διαρρέον, καὶ τὸν πρόγονον χοῦν ἐξ οὗ γεγόναμεν, καὶ εἰς ὃν ἀπορρέομεν, καὶ μὴ τῷ ἄνθει τῆς ἁλουργίδος ἀποβουκολούμενον, ἀγνοεῖν τοῦ καλυπτομένου σώματος τὴν ἀσθένειαν. ὁμοφυῶν ἄρχεις ὦ βασιλεῦ, καὶ μὴν δὴ καὶ ὁμοδούλων. εἷς γὰρ ἁπάντων δεσπότης καὶ βασιλεύς, ὁ τῶν ὅλων δημιουργός. ποίοις τοίνυν
C ὀφθαλμοῖς ὄψει τὸν τοῦ κοινοῦ δεσπότου νεών; ποίοις δὲ ποσὶ τὸ δάπεδον ἐκεῖνο πατήσεις τὸ ἅγιον; πῶς δὲ τὰς χεῖρας ἐκτενεῖς, ἀποστάζουσας ἔτι τοῦ ἀδίκου φόνου τὸ αἷμα; πῶς δὲ τοιαύταις ὑποδέξῃ χερσὶ τοῦ δεσπότου τὸ πανάγιον σῶμα; πῶς δὲ τῷ στόματι προσοίσεις τὸ αἷμα τὸ τίμιον, τοσοῦτον διὰ τὸν τοῦ θυμοῦ λόγον ἐκχέας παρανόμως αἷμα; ἄπιθι τοίνυν, καὶ μὴ πειρῶ τοῖς δευτέροις τὴν προτέραν αὔξειν παρανομίαν, καὶ δέχου τὸν δεσμόν, ᾧ ὁ θεὸς τῶν ὅλων δεσπότης ἄνωθεν γίνεται σύμψηφος. ἰατρικὸς δὲ οὗτος, καὶ πρόξενος ὑγιείας. τούτοις
D εἴξας ὁ βασιλεὺς τοῖς λόγοις· τοῖς γὰρ θείοις λογίοις ἐντεθραμμένος, ᾔδει σαφῶς τίνα μὲν τῶν ἱερέων, τίνα δὲ τῶν βασιλέων ἴδια· στένων καὶ δακρύων ἐπανῆλθεν εἰς τὰ βασίλεια. χρόνου δὲ συχνοῦ διελθόντος, ὀκτὼ γὰρ ἀναλώθησαν μῆνες, κατέλαβεν ἡ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν γενέθλιος ἑορτή. ὁ δὲ βασιλεὺς, ἐν τοῖς βασιλείοις ὀλοφυρόμενος καθῆστο, τὴν τῶν δακρύων ἀναλίσκων λιβάδα. τοῦτο θεασάμενος Ῥουφῖνος, μάγιστρος δὲ τηνικαῦτα ἦν, καὶ πολλῆς μετεῖχε παρρησίας, ἅτε δὴ συνηθέστερος ὤν, προσελθὼν ἤρετο τῶν δακρύων τὸ αἴτιον. ὁ δὲ πικρῶς ἀνοιμώξας, καὶ σφοδρότερον προχέας

τὸ δάκρυον, σὺ μὲν, ἔφη, ῥουφῖνε παίζεις. τῶν γὰρ ἐμῶν οὐκ ἐπαισθάνῃ κακῶν· ἐγὼ δὲ στένω καὶ ὀλοφύρομαι τὴν ἐμαυτοῦ συμφορὰν λογιζόμενος, ὡς τοῖς μὲν οἰκέταις καὶ τοῖς προσαίταις ἀνέῳκται ὁ θεῖος νεὼς, καὶ εἰσίασιν ἀδεῶς, καὶ τὸν οἰκεῖον ἀντιβολοῦσι δεσπότην· ἐμοὶ δὲ καὶ οὗτος ἄβατος, καὶ πρὸς τούτῳ μοι ὁ οὐρανὸς ἀποκέκλεισται. μέμνημαι γὰρ τῆς δεσποτικῆς φωνῆς ἣ διαῤῥήδην φησὶν, ὃν ἂν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένος ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ὁ δὲ, δραμοῦμαι, ἔφη, εἴ σοι δοκεῖ, καὶ τὸν ἀρχιερέα πείσω λιπαρήσας, λῦσαί σοι τὰ δεσμά. οὐ πείσεται, ἔφη ὁ βασιλεύς· οἶδα γὰρ ἐγὼ τὴν ἀμβροσίου ψῆφον τὸ δίκαιον· οὐδὲ αἰδεσθεὶς τῆς βασιλείας τὴν ἐξουσίαν, τὸν θεῖον παραβήσεται νόμον. ἐπειδὴ δὲ πλείοσι χρησάμενος ὁ ῥουφῖνος λόγοις, πείθειν ὑπέσχετο τὸν ἀμβρόσιον, ἀπελθεῖν αὐτὸν ὁ βασιλεὺς κατὰ τάχος ἐκέλευσεν. καὶ αὐτὸς δὲ ὑπὸ τῆς ἐλπίδος βουκοληθεὶς, ἠκολούθησε μετὰ βραχὺ, ταῖς ὑποσχέσεσι ῥουφίνου πεισθείς. αὐτίκα δὲ τὸν ῥουφῖνον ἰδὼν ὁ θεῖος ἀμβρόσιος, τὴν τῶν κυνῶν ἀναίδειαν, ἔφη, ῥουφῖνε ζηλοῖς. τοσαύτης γὰρ μιαιφονίας γενόμενος σύμβουλος, τὴν αἰδῶ τῶν μετώπων ἀπέξυσας, καὶ οὔτε ἐρυθριᾷς, οὔτε δέδιας, τοσοῦτον κατὰ τῆς θείας λυττήσας εἰκόνος. ἐπειδὴ δὲ ὁ ῥουφῖνος ἠντιβόλει, καὶ τὸν βασιλέα ἔλεγεν ἥξειν, ὑπὸ τοῦ θείου ζήλου πυρποληθεὶς ἀμβρόσιος ὁ θεσπέσιος· ἐγὼ μὲν ἔφη, ὦ ῥουφῖνε, προλέγω ὡς κωλύσω τῶν ἱερῶν αὐτὸν προβῆναι προθύρων. εἰ δὲ εἰς τυραννίδα τὴν βασιλείαν μεταθήσει, δέξομαι κἀγὼ μεθ' ἡδονῆς τὴν σφαγήν. τούτων ὁ ῥουφῖνος ἀκούσας, ἐμήνυσε διά τινος τῷ βασιλεῖ τὸν τοῦ ἀρχιερέως σκοπόν· καὶ μένειν εἴσω τῶν βασιλείων παρῄνεσεν. ὁ δὲ βασιλεὺς, κατὰ μέσην τὴν ἀγορὰν ταῦτα μαθὼν, ἄπειμι, ἔφη, καὶ τὰς δικαίας δέξομαι παροινίας. ἐπειδὴ δὲ τοὺς ἱεροὺς περιβόλους κατέλαβεν, εἰς μὲν τὸν θεῖον οὐκ εἰσελήλυθε νεών. πρὸς δὲ τὸν ἀρχιερέα παραγενόμενος, ἐν δὲ τῷ ἀσπαστικῷ οἴκῳ οὗτος καθῆστο, ἐλιπάρει λυθῆναι τῶν δεσμῶν. ὁ δὲ τυραννικὴν ἐκάλει τὴν παρουσίαν, καὶ κατὰ τοῦ θεοῦ μεμηνέναι τὸν θεοδόσιον ἔλεγε, καὶ τοὺς ἐκείνου νόμους πατεῖν. ὁ δὲ βασιλεὺς, οὐ θρασύνομαι, ἔφη, κατὰ τῶν κειμένων νόμων, οὐδὲ παρανόμως ἐπιβῆναι τῶν ἱερῶν προθύρων ἐφίεμαι· ἀλλὰ σὲ λῦσαί μοι τῶν δεσμῶν ἀξιῶ, καὶ τὴν τοῦ κοινοῦ δεσπότου

A miſcens & uberiores profundens lachrymas: Tu quidem, inquit, Rufine ludis: mea quippe mala minime ſentis. Ego vero gemo ac doleo, meam conſiderans calamitatem: ſiquidem ſervis quidem ac mendicis patet Eccleſia Dei, in quam libere ingrediuntur, & Domino ſuo ſupplicant. Mihi verò & Eccleſiæ aditus interdictus eſt, & præterea clauſæ ſunt cœli fores. Memor enim ſum Dominicæ vocis, quæ diſerte ita dicit: Quodcunque ligaveritis ſuper terram, erit ligatum & in cœlis. Tum Rufinus: B Curram, inquit, ſi tibi placet, & exorabo Antiſtitem, ut vincula tua ſolvat. Cui Imperator: Non perſuadebis, inquit, Ambroſio. Novi æquitatem ſententiæ illius. Nunquam ille Imperialem reveritus poteſtatem, Dei legem violaturus eſt. Sed cum Rufinus inſtaret, ſeque Ambroſio perſuaſurum polliceretur, Imperator eum illicò abire jubet. Nec multo poſt ipſe quoque ſpe blandiente ſubſecutus eſt, Rufini pollicitationibus credens. Verum divinus Ambroſius, ſimulatque Rufinum vidit; Canum, inquit, impudentiam imitaris Rufi- C ne. Nam cum tantæ cædis ſuaſor extiteris, pudorem è fronte excuſſiſti; & neque erubeſcis, neque formidas, cum adverſus imaginem Dei tanta rabie ſævieris. Cumque Rufinus ſupplicaret, & Imperatorem brevi adfuturum eſſe diceret, admirabilis Ambroſius divino zelo incenſus: Ego quidem, inquit, tibi Rufine prædico atque prænuntio, me illum ab ingreſſu ſacri veſtibuli repulſurum. Si vero Imperium in tyrannidem verterit, ego quoque libenti animo cædem excipiam. His auditis, Rufinus conſilium Epiſcopi Imperatori per nuntium ſi- D gnificavit, ſuaſitque ut intra palatium remaneret. At Imperator, cum hæc in medio foro didiciſſet. Ibo inquit, & juſtas patiar contumelias. Cumque ad Eccleſiæ ſepta pervéniſſet, in ipſam quidem baſilicam ingreſſus non eſt; Sed accedens ad Epiſcopum, qui tum in ſalutatorio reſidebat, ut vinculis ſolveretur rogavit. Ambroſius vero hujusmodi adventum tyrannicum eſſe dixit, & Theodoſium adverſus Deum furere, legesque illius calcare. Tum Imperator: Adverſus leges, inquit, quæ latæ ſunt, non inſurgo: nec contra fas ingredi cupio ſacra veſtibula: ſedà te peto, ut vinculis me abſolvas, & communis Do-

mini clementiam conſideres, nec mihi occludas januam quam cunctis pœnitentiam agentibus Dominus aperuit. Cui Ambroſius: Quam igitur, inquit, pœnitentiam oſtendiſti poſt tam grave facinus? Cujuſmodi medicamentis vulnera tua curaſti? Hic Imperator: Tuum eſt, ait, medicamenta oſtendere ac temperare: mei autem Officii eſt, oblata ſuſcipere. Tunc divinus Ambroſius: Quandoquidem, inquit, judicium permittis furori; nec ratio, ſed ira ſententiam profert, ſcribe legem, quæ furoris ſententias irritas reddat atque inanes: & triginta dierum ſpatio maneant ſcriptæ ſententiæ de cæde ac bonorum proſcriptione, rationis judicium expectantes. Quibus diebus tranſactis, hi qui edictum ſcripſerunt, oſtendant tibi ea, quæ juſſeris. Ac tum ſedato æſtu iracundiæ, ratio per ſe ipſa judicium exercens, examinabit ea, quæ decreta ſunt, diſpicietque utrum juſta ſint, an injuſta. Ac ſi quidem injuſta eſſe deprehenderit, ſcripta proculdubio diſcerpet: ſin juſta, confirmabit: nec dierum ſpatium recte judicatis quidquam detrimenti afferet. Hoc conſilium cum audiſſet Imperator, & utiliſſimum eſſe exiſtimaret, ſtatim legem ſcribi præcepit, eamque manus ſuæ ſubſcriptione firmavit. Quo facto, divinus Ambroſius ejus vincula relaxavit. Atque ita demum in DEI templum intrare auſus fideliſſimus Imperator, non ſtans, nec genibus flexis ſupplicavit Deo: ſed pronus humi jacens, Davidicam hanc vocem emiſit. Adhæſit pavimento anima mea: vivifica me ſecundum verbum tuum. Denique manibus comam vellens, frontemque percutiens, & lachrymarum manantibus guttis ſolum rigans, veniam ſibi dari poſcebat. Cum autem tempus adveniſſet, quo dona ſacræ menſæ erant offerenda, ſurgens cum lachrymis non minoribus quam antea, progreſſus eſt ad altare. Cumque obtuliſſet, intus ad cancellos ſubſtitit, ſicut conſueverat. Tunc rurſus magnus Ambroſius ſilentium non tenuit: ſed locorum diſcrimina, quæ eſſent edocuit. Ac primum quidem interrogavit eum, num quid vellet? Et cum Imperator reſpondiſſet, præſtolari ſe ſacrorum myſteriorum perceptionem; per Archidiaconum hæc ei ſignificavit: Interiora loca, Imperator, ſolis ſacerdotibus patent: Reliquis omnibus inacceſſa ſunt & intacta. Abſcede

A φιλανθρωπίαν λογίσασθαι, καὶ μὴ κλεῖσαί μοι θύραν, ἣν πᾶσι τοῖς μεταμελείᾳ χρωμένοις ὁ δεσπότης ἀνέῳξεν. ὁ δὲ ἀρχιερεὺς ἔφη. ποίαν οὖν μεταμέλειαν ἔδειξας μετὰ τοσαύτην παρανομίαν; ποίοις δὲ φαρμάκοις τὰ δυσίατα ἐθεράπευσας τραύματα; ὁ δὲ βασιλεὺς, σὸν ἔργον, ἔφη, καὶ δεῖξαι καὶ κεράσαι τὰ φάρμακα, καὶ τὰ δυσίατα θεραπεῦσαι· ἐμὸν δὲ τὸ δέξασθαι τὰ προσφερόμενα. τότε ὁ θεῖος ἀμβρόσιος, ἐπειδὴ τῷ θυμῷ, ἔφη, τὸ δικάζειν ἐπιτρέπεις, καὶ οὐχ ὁ λογισμὸς τὴν γνῶσιν, ἀλλ' ὁ θυμὸς ἐκφέρει, γρά-

B ψον νόμον τοῦ θυμοῦ τὰς ψήφους ἀργὰς ποιοῦντα καὶ περιττάς. καὶ τριάκοντα ἡμέρας αἱ φονευτικαὶ καὶ δημευτικαὶ μετέωροι αἱ γνώσεις ἐγγεγραμμέναι, τὴν τοῦ λογισμοῦ προσδεχόμεναι κρίσιν· διελθουσῶν δὲ τῶν ἡμερῶν, οἱ τὰ ἐγνωσμένα γεγραφότες, τὰ προστεταγμένα δεικνύτωσαν· καὶ τηνικαῦτα τοῦ θυμοῦ πεπαυμένου, καθ' ἑαυτὸν δικάζων ὁ λογισμὸς ἐξετάσει τὰ ἐγνωσμένα, καὶ ὄψεται εἴτε ἄδικα, εἴτε δίκαια εἴη· καὶ εἰ μὲν εὕρῃ ἄδικα, δῆλον ὅτι διαρρήξει τὰ γεγραμμένα· εἰ δέ γε δίκαια, βεβαιώσει· καὶ ὁ τῶν ἡμερῶν

C ἀριθμὸς οὐ λυμανεῖται τοῖς ὀρθῶς ἐγνωσμένοις. ταύτην ὁ βασιλεὺς δεξάμενος τὴν εἰσήγησιν, καὶ ἀρίστην εἶναι ὑπολαβὼν, εὐθὺς γραφῆναι τὸν νόμον ἐκέλευσε, καὶ τοῖς τῆς οἰκείας χειρὸς ἐβεβαίωσε γράμμασι. τούτου δὲ γενομένου, διέλυσε τὸν δεσμὸν ὁ θεῖος ἀμβρόσιος, οὕτως ὁ πιστότατος βασιλεὺς εἴσω γενέσθαι θαρρήσας τοῦ θείου νεὼ, οὐχ ἑστὼς τὸν δεσπότην ἱκέτευεν, οὐδὲ τὰ γόνατα κλίνας· ἀλλὰ πρηνὴς ἐπὶ τοῦ δαπέδου κείμενος, τὴν δαυιτικὴν ἀφῆκε φωνήν· ἐκολλήθη τῷ ἐδάφει ἡ ψυχή μου, ζῆσόν με κατὰ τὸν λόγον σου. καὶ ταῖς χερσὶν ἀποτίλλων τὰς τρίχας, καὶ τὸ μέτωπον τύπτων, καὶ ταῖς τῶν δακρύων σταγόσι τὸ ἔ-

D δαφος καταρραίνων, συγγνώμης ἠντιβόλει τυχεῖν. ἐπειδὴ δὲ ὁ καιρὸς ἐκάλει τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ τὰ δῶρα προσενεγκεῖν, ἀναστὰς μετὰ τῶν ἴσων δακρύων τῶν ἀνακτόρων ἐπέβη· προσενεγκὼν δὲ ὥσπερ εἰώθει, ἔνδον παρὰ τὰς κιγκλίδας μεμένηκεν. ἀλλὰ πάλιν ὁ μέγας ἀμβρόσιος οὐκ ἐσιώπησεν· ἀλλ' ἐξεπαίδευσε τὴν τῶν τόπων διαφοράν. καὶ πρῶτον μὲν ἤρετο εἴ τινος δέοιτο. τοῦ δὲ βασιλέως εἰρηκότος, ὡς προσμένει τὴν τῶν θείων μυστηρίων μετάληψιν, ἐδήλωσεν ὑπουργῷ τῷ τῶν διακόνων ἡγουμένῳ χρησάμενος, ὅτι τὰ ἔνδον ὦ βασιλεῦ, μόνοις ἐστὶν ἱερεῦσι βατά. τοῖς δὲ ἄλλοις ἅπασιν, ἄδυτά τε καὶ ἄψαυστα. ἔξε

τοίνυν, καὶ τοῖς ἄλλοις κοινώνει τῆς στάσεως. ἁλουργὶς γὰρ βασιλέας, οὐχ ἱερέας ποιεῖ. καὶ ταύτην δὲ ὁ πιστότατος βασιλεὺς ἀσμένως δεξάμενος τὴν εἰσήγησιν, ἀντεδήλωσεν, ὡς οὐ θρασύτητι χρώμενος, ἔνδον τῶν κιγκλίδων μεμένηκεν, ἀλλ' ἐν κωνσταντινουπόλει τοῦτο εἶναι ἔθος μαθών. χάριν δὲ ὀφείλω, ἔφη, καὶ τῆσδε τῆς ἰατρείας. τοσαύτη καὶ τηλικαύτη καὶ ὁ ἀρχιερεὺς καὶ ὁ βασιλεὺς διέλαμπον ἀρετῇ. ἀμφοτέρων γὰρ ἔγωγε ἄγαμαι, τοῦ μὲν τὴν παρρησίαν, τοῦ δὲ τὴν εὐπείθειαν· καὶ τοῦ μὲν τὴν τοῦ ζήλου θερμότητα, τοῦ δὲ τὴν τῆς πίστεως καθαρότητα. τοὺς δὲ δὴ τῆς εὐσεβείας ὅρους, οὓς παρὰ τοῦ μεγάλου ἀρχιερέως μεμάθηκε, καὶ εἰς τὴν κωνσταντινούπολιν ἐπανελθὼν διετήρησεν. ἑορτῆς γὰρ αὐτὸν πάλιν θείας εἰς τὸν θεῖον ἀγαγούσης νεών, τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ τὰ δῶρα προσενεγκὼν εὐθὺς ἐξελήλυθεν. τοῦ δὲ τῆς ἐκκλησίας προέδρου, νεκτάριος δὲ τηνικαῦτα ἦν, δεδηλωκότος, τί δή ποτε μὴ μεμένηκας ἔνδον, στενάξας· μόγις, ἔφη, βασιλέως καὶ ἱερέως ἐδιδάχθην διαφοράν· μόγις εὗρον ἀληθείας διδάσκαλον. ἀμβρόσιον γὰρ οἶδα μόνον ἐπίσκοπον ἀξίως καλούμενον. τοσοῦτον ὄνησιν ἔλεγχος παρὰ ἀνδρὸς ἀρετῇ λάμποντος προσφερόμενος.

A igitur, & unà cum aliis conſiſte. Nam purpura Imperatores facit, non ſacerdotes. Quam itidem admonitionem æquo animo ſuſcipiens fideliſſimus Imperator, renuntiari juſſit Ambroſio: ſe nequaquam arrogantia elatum intra cancellos ſubſtitiſſe; ſed quia Coſtantinopoli eum morem eſſe didiciſſet. Cæterum pro hac etiam curatione gratiam ſe habere. Talis ac tanta virtus, tum in Sacerdote enituit, tum in Principe. Utrumque certe pariter admiror; alterum ob loquendi libertatem, alterum ob ſubmiſſam obedientiam: & illius
B quidem ardentem Zelum; hujus vero puram ac ſinceram fidem. Porro pietatis regulas, quas à magno Antiſtite acceperat, reverſus poſtea Conſtantinopolim, illic quoque ſervavit. Nam cum feſtus quidam dies ipſum denuò ad Eccleſiam adduxiſſet, oblatis ad ſacram menſam muneribus ſuis, ſtatim abſceſſit. Cumque Eccleſiæ illius Pontifex Nectarius rogaret quamobrem intùs non remanſiſſet, ſuſpirans reſpondit: Vix tandem edoctus ſum, quid eſſet diſcriminis inter Sacerdotem ac Principem: veritatis magiſtrum vix tandem inveni. Unum enim Ambroſium novi,
C qui Epiſcopus dici mereatur. Tantam utilitatem habet reprehenſio, quæ fit à viro excellenti virtute prædito.

## Κεφ. ιθ'.

### Περὶ πλακίλλης τῆς βασιλίδος.

Εἶχε δὲ καὶ ἄλλην ἀφορμὴν ὠφελείας ὁ βασιλεύς. ἡ γὰρ τοῦ γάμου τὸν ζυγὸν σὺν αὐτῷ δεξαμένη, τῶν θείων αὐτῷ συνεχῶς ἀνεμίμνησκε νόμων, ἑαυτὴν τούτους πρῶτον ἀκριβῶς ἐκπαιδεύσασα. οὐ γὰρ ἐπῆρεν αὐτὴν τῆς βασιλείας ἡ δυναστεία, ἀλλὰ τὸν θεῖον πλέον ἐπύρσευσε πόθον. τῆς γὰρ εὐεργεσίας τὸ μέγεθος, μεῖζον τὸ περὶ τὸν δεσπότην εἰργάζετο φίλτρον. αὐτίκα γοῦν καὶ τῶν τὸ σῶμα πεπηρωμένων καὶ ἅπαντα τὰ μέλη λελωβημένων, παντοδαπὴν ἐποιεῖτο φροντίδα, οὐκ οἰκέταις, οὐδὲ δορυφόροις ὑπουργοῖς κεχρημένη, ἀλλ' αὐτουργὸς γιγνομένη, καὶ εἰς τὰς τούτων καταγωγὰς ἀφικνουμένη, καὶ ἑκάστῳ τὴν χρείαν πορίζουσα. οὕτω καὶ τῶν ἐκκλησιῶν τοὺς ξενῶνας περινοστοῦσα, τοὺς κλινοπετεῖς δι' ἑαυτῆς ἐνοσήλευεν, αὐτὴ καὶ χύτρας ἁπτομένη, καὶ ζωμοῦ γευομένη, καὶ τρύβλιον προσφέρουσα, καὶ ἄρτον κλῶσα, καὶ ψωμοὺς ὀρέγουσα,

## Cap. XIX.

### *De Flacilla Imperatrice.*

Aliam præterea occaſionem proficiendi habuit Imperator. Conjux enim, divinæ legis præcepta ei in memoriam aſſiduè revocabat, quibus ſe ipſa prius accurate erudierat. Neque enim Imperiali potentia efferebatur; ſed ad amorem Dei excitabatur arden-
D tius. Quippe accepti beneficii magnitudo, amorem illius erga Dominum augebat. Itaque eorum, qui corpore mutili & omnibus membris debilitati erant, omnibus modis curam gerebat; non ſervorum aut ſatellitum ad eam rem utens miniſterio: ſed ipſa miniſtrans, & illorum adiens diverſoria, & ſingulis utilia præbens. Simili quoque modo Eccleſiarum hoſpitia circumiens, ægros in lecto jacentes ipſamet ſollicite curabat, ollas contrectans, & juſculum ipſa deguſtans; patinam præterea ferens & panem frangens, & eſcam porrigens:

calicem denique lavans, aliaqve omnia faciens, quæ à ſervis & ancillis fieri ſolent. Iis verò, qui ab hoc miniſterio revocare ipſam ſtudebant, dicere ſolebat. Auri diſtributio Imperio convenit. Ego vero pro ipſo Imperio miniſterium meum Deo auctori illius offero. Viro autem ſuo hæc perpetuò dicere conſueverat: Semper cogitare debes, mi vir, quid prius fueris, & quid nunc ſis. Hæc enim ſi continuò perpenderis, nequaquam ingratus eris erga auctorem tuum; Sed Imperium, quod accepiſti, juſtè adminiſtrabis, atque hoc modo coles eum, qui dedit. His ſermonibus cum aſſiduè uteretur, virtutis ſemina, quæ in viro erant, hac egregia & utili irrigatione nutriebat. Et ipſa quidem ante maritum ſuum exceſſit è vita. Aliquanto vero tempore poſt ejus obitum accidit quidpiam, quo Imperatoris erga illam amor eſt declaratus.

## Cap. XX.

*De ſeditione, quæ facta eſt Antiochiæ.*

Bellorum frequentiâ compulſus Imperator, novum tributi genus civitatibus indixerat. Hanc novam exactionem civitas Antiochenſium ferre non potuit. Plebs enim cum eos à quibus exigebatur, ſuſpendi in eculeo videret, tum alia perpetravit, quæ vulgus perpetrare ſolet, ubi ſeditionis occaſionem nactum eſt: tum ſtatuam æneam laudatiſſimæ Flacillæ, id enim nomen fuerat Imperatrici, dejecit, & per plurimos civitatis vicos traxit. His auditis Imperator, ut par erat, graviter commotus, & privilegia urbi ademit, & vicinæ civitati primatum attribuit, ratus hoc Antiochenſibus maximum dolorem allaturum: Jampridem enim Laodicea æmula erat Antiochiæ. Poſtea vero, incenſurum ſe quoque ac deſtructurum urbem minatus eſt, & in vici formam redacturum. Magiſtratus porro, quoſdam in ipſo facinore deprehenſos necaverant, priusquam Imperator de hac ſeditione quidquam comperiiſſet. Et hæc quidem cuncta Imperator fieri præceperat. Sed quo minus fierent, obſtitit lex, quæ Magni Ambroſii hortatu lata erat. Cum igitur veniſſent, qui Imperatoris minas adferebant, Elebichus ſcilicet tunc Magiſter militum, & Cæſarius Magiſter Officiorum: ſic enim Romani vocant

A καὶ κύλικα ἀποκλύζουσα, καὶ τὰ ἄλλα πάν[τα] ἐργαζομένη, ὅσα οἰκετῶν καὶ θεραπαινίδων ἔργα νενόμισται· καὶ τοῖς τὴν αὐτουργίαν ἐπέχειν πειρωμένοις ἔλεγεν, ὡς τὸ μὲν χρυσίον διανέμειν τῇ βασιλείᾳ προσήκει· ἐγὼ δὲ ὑπὲρ αὐτῆς γε τῆς βασιλείας τὴν αὐτουργίαν τῷ δεδωκότι προσφέρω· καὶ τῷ ὁμόζυγι δὲ συνεχῶς εἰώθει λέγειν· ἀεί σε, ὦ ἄνερ, προσήκει λογίζεσθαι, τί μὲν ἦσθα πάλαι, τί δὲ γέγονας νῦν. ταῦτα γὰρ διηνεκῶς ἐνθυμούμενος, οὐκ ἔσῃ περὶ τὸν εὐεργέτην ἀχάριστος, ἀλλ' ἣν ἐδέξω βασιλείαν κυβερνήσεις
B ἐννόμως, καὶ ταύτῃ θεραπεύσεις τὸν δεδωκότα. τούτοις ἀεὶ κεχρημένη λόγοις, οἷόν τινα καλλίστην ἀρδείαν καὶ πρόσφορον, τοῖς τῆς ἀρετῆς τ[οῦ] ἀνδρὸς προσέφερε σπέρμασι. πρωτέρα μέν[τοι] τοῦ ἀνδρὸς ἐτελεύτησε· καὶ συνέβη μετὰ χρόνον τινὰ τῆς τελευτῆς τοιόνδε τι γενέσθαι, ὃ τὴν τοῦ βασιλέως περὶ αὐτὴν φιλοστοργίαν ἐγύμνωσεν.

## Κεφ. κ'.

Περὶ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ γεγονυίας στάσεως.

ΥΠὸ τῶν συχνῶν πολέμων ἀναγκαζόμενος ὁ βασιλεὺς, εἰσφοράν τινα ξέν[ην]
B ταῖς πόλεσιν ἐπιτέθεικεν· ἡ δὲ Ἀντιόχου πόλις τ[ὸ] καινὸν τέλος οὐκ ἤνεγκεν· ἀλλ' ὁρῶν ὁ δῆμος τοὺς εἰσπραττομένους κρεμαννυμένους, ἄλλα τ[ε] ἔδρασεν, ἃ ποιεῖν φιλεῖ ὄχλος πρόφασιν εἰς ἀταξίαν λαμβάνων· καὶ τὴν χαλκῆν εἰκόνα τῆς πανευφήμου Πλακίλλης, τοῦτο γὰρ ὄνομα τῇ βασιλίδι, καθήνεγκέ τε καὶ ἐπὶ πολ[ὺ] τῆς πόλεως κατέσυρε μέρος. ταῦτα πυθόμενος ὁ βασιλεὺς, καὶ χαλεπήνας, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, τά τε τῆς πόλεως ἀφείλετο προνόμια, καὶ τῇ γειτονευούσῃ πόλει τὴν ἡγεμονίαν πα-
D ρέδωκε, ταύτῃ μάλιστα νομίζων ἀνιάσειν. ἐζηλοτύπει γὰρ ἡ Λαοδίκεια τὴν Ἀντιόχειαν ἄνωθεν. μετὰ δὲ ταῦτα καὶ ἐμπλήσειν ἠπείλησε καὶ καταλύσειν, καὶ εἰς κώμην τὸ ἄστυ μετασκευάσειν. οἱ δέ γε ἄρχοντες καὶ ἀνεῖλόν τινας παρ' αὐτὸ συλλαβόντες τὸ τόλμημα, πρὶν γνῶναι τὸν βασιλέα τὴν τραγῳδίαν· ταῦτα δὲ πάντα ὁ βασιλεὺς προσέταττε μὲν, οὐκ ἐγένετο δὲ, τοῦ νόμου κωλύοντος ὃν Ἀμβρόσιος ὁ μέγας τεθῆναι παρῄνεσεν. ἐπειδὴ δὲ ἀφίκοντο οἱ τὰς ἀπειλὰς ἐκείνου κομίζοντες, Ἐλεβῖχος στρατηγὸς τηνικαῦτα ὤν, καὶ Καισάριος ὁ τῶν βασιλείων ἡγούμενος, μάγιστρον δὲ οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσι

τὸν ταύτην ἔχοντα τὴν ἀρχήν, ἐν δέει μὲν ἦσαν ἅπαντες, τὰς ἀπειλὰς πεφρικότες. οἱ δὲ τὴν ὑπώρειαν οἰκοῦντες τῆς ἀρετῆς ἀθληταί, πολλοὶ δὲ ἦσαν τηνικαῦτα καὶ ἄριστοι, πολλὰς καὶ παραινέσεις καὶ παρακλήσεις τοῖς ἀνδράσιν ἐκείνοις προσήνεγκαν. Μακεδόνιος δὲ ὁ θειότατος, οὐδὲν μὲν τῶν κατὰ τὸν βίον ἐπιστάμενος, καὶ τῶν θείων δὲ λογίων πάμπαν ἄπειρος ὤν, ἐν δὲ ταῖς τῶν ὀρῶν κορυφαῖς διαιτώμενος, καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν τῷ σωτῆρι τῶν ὅλων καθαρὰς προσφέρων εὐχάς, οὐ τοῦ βασιλέως καταπλαγεὶς τὴν ὀργήν, οὔτε μὴν τῶν ἀποσταλέντων τὴν ἐξουσίαν εἰς νοῦν λαβών, ἐν μέσῳ τῷ ἄστει, τῆς χλανίδος θατέρου λαβόμενος, ἀμφοτέρους ἐκ τῶν ἵππων καταβῆναι κελεύει. οἱ δέ, μικρὸν γερόντιον εὐτελῆ ῥάκια περιβεβλημένον ἰδόντες, τὸ πρῶτον μὲν ἐχαλέπηναν. ἐπειδὴ δέ τινες τῶν ἡγουμένων τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἐδήλωσαν ἀρετήν, κατεπήδησάν τε ἀπὸ τῶν ἵππων, καὶ τῶν ἐκείνου γονάτων ἐπιλαβόμενοι συγγνώμην ἐζήτουν. ὁ δὲ τῆς θείας σοφίας ἐμφορηθείς, τοιοῖσδε πρὸς αὐτοὺς ἐχρήσατο λόγοις. εἴπατε ὦ φίλοι ἄνδρες τῷ βασιλεῖ· οὐ βασιλεὺς εἶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπος. μὴ τοίνυν μόνην ὅρα τὴν βασιλείαν, ἀλλὰ καὶ τὴν φύσιν λογίζου. ἄνθρωπος γὰρ ὤν, ὁμοφυῶν βασιλεύεις. κατ' εἰκόνα δὲ θείαν καὶ ὁμοίωσιν ἡ τῶν ἀνθρώπων δεδημιούργηται φύσις· μὴ τοίνυν ὠμῶς οὕτως καὶ ἀπηνῶς τοῦ θεοῦ τὴν εἰκόνα κατασφαγῆναι κελεύσῃς· παροξυνεῖς γὰρ τὸν δημιουργόν, τὴν ἐκείνου κολάζων εἰκόνα. σκόπησον γὰρ ὡς καὶ σὺ χαλκῆς ἕνεκα δυσχεραίνων εἰκόνος, ταῦτα ποιεῖς. ὅσον δὲ τῆς ἀψύχου διαφέρει ἡ ἔμψυχός τε καὶ ζῶσα, καὶ λογική, δῆλον ἅπασι τοῖς γε νοῦν ἔχουσι. πρὸς δὲ τούτοις λογισάσθω κἀκεῖνα, ὡς ἡμῖν ῥᾴδιον ἀντὶ τῆς μιᾶς εἰκόνος πολλὰς δημιουργῆσαι χαλκᾶς· αὐτῷ δὲ πάμπαν ἀδύνατον μίαν γοῦν τῶν ἀναιρεθέντων δημιουργῆσαι τρίχα. ταῦτα ἀκούσαντες οἱ θαυμαστοὶ ἄνδρες ἐκεῖνοι, διεπόρθμευσαν τὰ εἰρημένα τῷ βασιλεῖ, καὶ τὴν τοῦ θυμοῦ κατέσβεσαν φλόγα· καὶ ἀντὶ τῶν ἀπειλῶν ἐκείνων, ἀπολογίαν ἔγραψε, καὶ τῆς ὀργῆς τὴν αἰτίαν ἐδήλωσεν. οὐκ ἔδει γάρ, ἔφη, ἐμοῦ πλημμελήσαντος, γυναῖκα πάσης εὐφημίας ἀξιωτάτην τοσαύτην μετὰ τελευτὴν δέξασθαι παροινίαν· καὶ ἐμοῦ δὲ ἐχρῆν τὸν θυμὸν τοὺς ἀγανακτοῦντας ὁπλίσαι. προσέθηκε δὲ ὡς ἀλύει καὶ ἀνιᾶται, τινὰς ὑπὸ τῶν ἀρχόντων ἀνῃρῆσθαι μα-

A præpoſitum palatii: maximo in metu omnes verſabantur, minas Principis formidantes. Sed virtutis athletæ, qui ad radices montis habitabant: multi autem tunc erant ac præſtantiſſimi: multis monitis, multisque precibus apud illos uſi ſunt. Macedonius vero, vir plane divinus, rerum quidem hujus ſæculi penitus ignarus, ſed & ſacrarum litterarum penitus expers, qui in montium verticibus degens, noctu atque interdiu Servatori omnium DEO puriſſimas preces offerebat: nec Imperatoris motu exterritus, nec eorum,
B qui miſſi fuerant poteſtatem conſiderans, media in urbe chlamidem alterius apprehendens, utrumque ex equo jubet deſcendere. Illi vetulum hominem, brevis ſtaturæ, & vilibus tectum panniculis conſpicati, principio quidem indignati ſunt. Sed cum quidam præcedentium de eximia hominis virtute eos admonuiſſent, equis deſilierunt, & genua ejus amplexi, veniam poſtularunt. Tum ille divina ſapientia refertus, hujusmodi ad eos verba fecit. Viri amici, nuntiate hæc Imperatori. Homo es, non Imperator duntaxat. Proinde noli ad
C Imperium ſolum attendere, ſed naturam etiam conſidera. Homo enim cum ſis, ejusdem naturæ conſortibus imperas. Porro hominum natura ad imaginem ac ſimilitudinem DEI condita eſt. Ne igitur imaginem DEI adeo crudeliter atque atrociter jugulari præcipias. Offendes enim artificem, ſi ejus imaginem ſupplicio affeceris. Conſidera enim, te quoque propter æneam ſtatuam commotum hæc agere. Quanto autem inanimæ præſtet animata & vivens ac ratione prædita imago, nemo niſi qui ſenſu expers eſt, ignorat. Illud præterea conſideret, nobis quidem facile eſſe pro una
D ex ære ſtatua plures alias fabricari: ipsū vero, ne unum quidem interfectorum hominum capillum creare poſſe. Quæ cum audiviſſent illi egregii viri, Senis dicta ad Imperatorem retulerunt, & iracundiæ ejus æſtum ſedarunt. Qui mox priorum minarum loco, excuſationem ſcripſit, cauſamque ſui doloris expoſuit. Non decebat, inquit, ut me peccante, mulier omni laude digniſſima, tantam contumeliam poſt obitum pateretur. In me potius tela indignationis ſuæ jacere debuerant, qui offendebantur. Adjecit præterea, dolere ſe atque ægre ferre, quod quosdam à Magiſtratibus cæſos eſſe didiciſſet. Ego

vero hæc idcirco commemoravi, tum quod iniquum ducerem, laudatiſſimi monachi fiduciam ſilentio premi: tum ut legis illius, quæ magni Ambroſii hortatu lata eſt, utilitatem oſtenderem.

## Cap. XXI.

*De templis idolorum ubique ſubverſis.*

Poſt hæc fideliſſimus Imperator, adverſus Gentilium ſuperſtitionem ſtudium ſuum convertit, legesqve ſcripſit, quibus idolorum fana deſtrui jubebat. Nam Conſtantinus qvidem Magnus, omni laude digniſſimus, qui primus pietate Imperium ornavit, cum orbem terrarum adhuc inſanientem erga ſimulachrorum cultum videret, ne dæmonibus ſacrificaretur omnino interdixerat. Eorum tamen templa nequaquam deſtruxerat, ſed occludi tantum præceperat. Ejus quoque filii paternis inſtiterunt veſtigiis. At Julianus impietatem renovavit, & vetuſti erroris flammam ſuſcitavit. Poſtea Jovianus Imperium adeptus, ſimulachrorum cultum denuò prohibuit. Valentinianus deinde major, iisdem uſus legibus Europam gubernavit. Valens vero, aliis quidem omnibus permiſit colere ut vellent, iisque quos colerent, obſervantiam exhibere. Solis iis, qui Apoſtolicam doctrinam tuebantur, bellum inferre nunquam deſtitit. Itaque quamdiu ille Imperium tenuit, & in aris incendebantur thura: & libamenta ac ſacrificia ſimulachris ſuis offerebant Pagani, & publicas epulas in foro celebrabant. Et Bacchi ſacris initiati, cum caprinis pellibus curſitabant, canes diſcerpentes, furentesque & bacchantes, & alia peragentes, quibus magiſtri ipſorum feſtus dies indicatur. Quæ omnia cum fieri reperiſſet fideliſſimus Imperator Theodoſius, funditus ſuſtulit, & perpetua oblivione texit. Primus ergo inter alios Epiſcopos Marcellus, vir undequaque præſtantiſſimus, legis illius præſidio munitus, urbis quam regendam ſuſceperat, fana deſtruxit fiduciâ magis in Deum quam hominum opera ad eam rem uſus. Quod quidem cum memoria digniſſimum ſit, hoc loco narraturus ſum. Jam è vivis exceſſerat Joannes Apamenſium Epiſcopus, cujus antea mentionem feci. Ejus autem loco ordinatus fuerat Marcellus, vir plane divinus, & juxta præceptum Apoſtoli, ſpiritu fervens. Venerat

A θῶν. ἐγὼ δὲ ταῦτα διεξῆλθον, καὶ τοῦ πανευφήμου μονάζοντος τὴν παῤῥησίαν οὐκ ἡγησάμενος δίκαιον παραδοῦναι λήθῃ, καὶ τὸν νόμον ἐκεῖνον δεικνὺς ὀνησιφόρον, ὃν ὁ μέγας ἀμβρόσιος γραφῆναι παρῄνεσεν.

## Κεφ. κα'.

Περὶ τῶν πανταχοῦ γῆς καταλυθέντων εἰδωλικῶν ναῶν.

Ὁ δὲ πιστότατος βασιλεὺς, καὶ τῆς ἑλληνικῆς πλάνης μετέθηκε τὴν σπουδὴν, καὶ νόμους ἔγραψε τὰ τῶν εἰδώλων τεμένη καταλυθῆναι κελεύων. κωνσταντῖνος μὲν γὰρ ὁ μέ- B γας, ὁ πάσης ἀξιώτατος εὐφημίας, πρῶτος εὐσεβείᾳ τὴν βασιλείαν κοσμήσας, καὶ τὴν οἰκουμένην ἔτι μεμηνυῖαν ὁρῶν, τὸ μὲν τοῖς δαίμοσι θύειν παντάπασιν ἀπηγόρευσε· τοὺς δὲ τούτων ναοὺς οὐ κατέλυσεν, ἀλλ' ἀβάτους εἶναι προσέταξε. καὶ μέντοι καὶ οἱ τούτου παῖδες τοῖς πατρῴοις ἠκολούθησαν ἴχνεσιν. ἰουλιανὸς δὲ ἀνενεώσατο τὴν ἀσέβειαν, καὶ τῆς παλαιᾶς ἐξαπάτης ἐξῆψε τὴν φλόγα. ἰοβιανὸς δὲ τὴν βασιλείαν παραλαβὼν, πάλιν τὴν τῶν εἰδώλων ἐκώλυσε θεραπείαν· καὶ οὐαλεντινιανὸς ὁ μέγας τοῖσδε κεχρημένος νόμοις ἴθυνε τὴν C εὐρώπην. ὁ δὲ οὐάλης, πᾶσι μὲν τοῖς ἄλλοις ἐπέτρεψε θρησκεύειν ἣ βούλοιντο, καὶ τὰ θρησκευόμενα θεραπεύειν· μόνοις δὲ πολεμῶν διετέλεσε τοῖς τῶν ἀποστολικῶν ὑπερμαχοῦσι δογμάτων. πάντα γοῦν τὸν τῆς ἐκείνου βασιλείας χρόνον, τὸ ἐπιβώμιον ἥπτετο πῦρ· καὶ σπονδὰς καὶ θυσίας τοῖς εἰδώλοις προσέφερον, καὶ τὰς δημοθοινίας κατὰ τὴν ἀγορὰν ἐπετέλουν· καὶ οἱ τοῦ διονύσου τὰ ὄργια τετελεσμένοι, μετὰ τῶν αἰγίδων ἔτρεχον, τοὺς κύνας διασπῶντες, καὶ μεμηνότες καὶ βακχεύοντες, καὶ τὰ ἄλλα δρῶντες, ἃ τὴν τοῦ διδασκάλου πανήγυριν δηλοῖ. ταῦτα πάν- D τα θεοδόσιος εὑρὼν ὁ πιστότατος βασιλεὺς, πρόῤῥιζά τε ἀνέσπασε καὶ λήθῃ παρέδωκε. πρῶτος μέντοι τῶν ἄλλων ἀρχιερέων, μάρκελλος ὁ πάντα ἄριστος, ὅπλῳ τῷ νόμῳ χρησάμενος, τῆς ἐγκεχειρισμένης πόλεως τὰ τεμένη κατέλυσε, τῇ πρὸς τὸν θεὸν παῤῥησίᾳ μᾶλλον ἢ τῇ πολυχειρίᾳ χρησάμενος. ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτο διηγήσομαι μνήμης ὂν ἀξιώτατον. ἐτετελευτήκει μὲν ἰωάννης ὁ τῆς ἀπαμέων ἐπίσκοπος, οὗ καὶ πρόσθεν ἐμνήσθην. ἐκεχειροτόνητο δὲ ἀντ' ἐκείνου μάρκελλος ὁ θεῖος, ζέων τῷ πνεύματι κατὰ τὴν τοῦ ἀποστόλου νομοθεσίαν. ἀφίκετο

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ἦλθεν εἰς τὴν ἀπάμειαν τῆς ἑῴας ὁ ὕπαρχος, δύο χιλιάρχους σὺν τοῖς ὑπηκόοις λαβών. καὶ τὸ μὲν πλῆθος διὰ τὸ τῶν στρατιωτῶν ἡσύχαζε δέος. τὸ δὲ τοῦ Διὸς τέμενος μέγιστόν τε ὂν, καὶ πολλῷ κόσμῳ πεποικιλμένον, καταλῦσαι μὲν ἐπειράθη· στεγανὴν δὲ ἅμα καὶ στερέμνιον τὴν οἰκοδομίαν ἰδὼν, ἀδύνατον ἀνθρώποις ὑπέλαβε διαλῦσαι τῶν λίθων τὴν ἁρμονίαν. μέγιστοι γὰρ ἦσαν καὶ ἀλλήλοις ἄγαν συνηρμοσμένοι, καὶ μέντοι καὶ σιδήρῳ καὶ μολίβδῳ προσδεδεμένοι. ταύτην τοῦ ὑπάρχου τὴν δειλίαν ὁ θεῖος μάρκελλος ἰδὼν, ἐκεῖνον μὲν εἰς τὰς ἄλλας προὔπεμψε πόλεις· αὐτὸς δὲ τὸν θεὸν ἱκέτευε πόρον δοῦναι τῇ λύσει. ἧκεν οὖν τις αὐτόματος ἕωθεν, οὔτε οἰκοδόμος, οὔτε λιθοτόμος, οὔτ᾽ ἄλλην τινὰ ἐπιστάμενος τέχνην, ἀλλὰ λίθους φέρειν ἐπὶ τῶν ὤμων καὶ ξύλα εἰθισμένος. οὗτος προσελθὼν, ὑπέσχετο ῥᾷστα τὸν νεὼν καταλύσειν. δυοῖν δὲ τεχνιτῶν ἀπῄτει μισθόν. ἐπειδὴ δὲ τοῦτον ὑπέσχετο δώσειν ὁ θεῖος ἀρχιερεὺς, τοιόνδε τι ὁ ἀνὴρ ἐκεῖνος ἐμηχανήσατο. στοὰν ἐκ τῶν τεττάρων πλευρῶν ὁ νεὼς εἶχεν, ἐφ᾽ ὕψους κειμένην, αὐτῷ συνηρμοσμένην. οἱ δὲ κίονες μέγιστοί τε ἦσαν καὶ ἰσόμετροι τῷ νεῷ· ἑκάστου δὲ ὁ κύκλος, ἑκκαίδεκα πηχέων ἦν. ἡ δὲ τοῦ λίθου φύσις, στερροτάτη τις ἦν, καὶ οὐ ῥᾳδίως τοῖς τῶν λιθοτόμων ὀργάνοις ὑπείκουσα. τούτων ἕκαστον ἐν κύκλῳ διορύττων ἐκεῖνος καὶ ξύλοις ἐλαΐνοις ὑπερείδων τὰ ὑπερκείμενα, ἐφ᾽ ἕτερον αὖθις μετέβαινεν. οὕτω δὲ τρεῖς τῶν κιόνων ὀρύξας, τὴν φλόγα τοῖς ξύλοις προσήνεγκεν. ἀλλ᾽ οὐκ εἴα κατὰ φύσιν ὑπὸ τοῦ πυρὸς τὰ ξύλα δαπανᾶσθαι, δαίμων τις φαινόμενος μέλας καὶ κωλύων τῆς φλογὸς τὴν ἐνέργειαν. ἐπειδὴ δὲ πολλάκις τοῦτο δράσαντες ἀνόνητον ἑώρων τὴν μηχανὴν, ἐμήνυσαν τοῦτο τῷ ποιμένι μετὰ μεσημβρίαν καθεύδοντι. ὁ δὲ παραυτίκα, εἰς τὸν θεῖον δραμὼν νεὼν, καὶ εἰς ἄγγος ὕδωρ κομισθῆναι προστάξας, ἔθηκε μὲν τὸ ὕδωρ ὑπὸ τὸ θεῖον θυσιαστήριον. αὐτὸς δὲ εἰς τὸ ἔδαφος τὸ μέτωπον θεὶς, τὸν φιλάνθρωπον ἱκέτευε δεσπότην, μὴ ἐπὶ πλεῖστον ἐπιδοῦναι τῇ τυραννίδι τοῦ δαίμονος, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀσθένειαν τὴν ἐκείνου γυμνῶσαι καὶ τὴν οἰκείαν δύναμιν ἐπιδεῖξαι, ἵνα μὴ πρόφασις ἐντεῦθεν τοῖς ἀπίστοις μείζονος γένηται βλάβης. ταῦτα

A autem Apamiam Cynegius Præfectus prætorio Orientis, duos ſecum Tribunos habens, cum militibus, qui illis parebant. Ac populus quidem, metu militum ſe continuit. Præfectus igitur templum Jovis, quod ampliſſimum erat & variis ornamentis decoratum, deſtruere aggreſſus eſt. Sed cum operis ſtructuram admodum firmam ac ſolidam eſſe deprehendiſſet, nulla vi humana diſſolvi poſſe lapidum compagem judicavit. Erant enim vaſtiſſimi lapides, & inter ſe aptiſſime juncti; ferroque inſuper ac plumbo vin-

B cti. Hanc Præfecti trepidationem cum vidiſſet divinus Marcellus, eum quidem ad alias urbes interim miſit; ipſe verò Deum precatus eſt, ut quomodo deſtruendum eſſet ædificium indicaret. Mane igitur quidam ad eum ultrò acceſſit, qui neque ſtructor erat, neque lapicida, neque ullam aliam artem callebat; ſed lapides tantum & ligna humeris bajulare conſueverat. Hic Marcellum adiens, levi negotio deſtructurum ſe templum ſpopondit. Duorum tantum opificum mercedem poſtulavit. Quam cum ſanctiſſimus Pontifex ſe daturum pro-

C miſiſſet, hujuſmodi quiddam vir ille molitus eſt. Templum in vertice poſitum, porticum ex quatuor lateribus ipſi cohærentem habebat. Columnæ vero maximæ erant, templique altitudinem æquabant. Singularum ambitus ſexdecim erat cubitorum. Lapidis vero natura erat firmiſſima, & quæ lapicidarum inſtrumentis haud facile cederet. Harum igitur ſingulas cum in orbem ſuffodiſſet, & ſuppoſitis oleaginis lignis eas ſuffulſiſſet, ab una ad aliam tranſibat. Hac ratione cum tres jam columnas ſuffodiſſet, ignem lignis ſubjecit. Sed Dæmon

D quidam atri coloris apparens, & flammæ vim cohibens, materiam ab igne, ſicut natura fert, conſumi non ſinebat. Cum igitur id ſæpius moliti, inutilem eſſe conatum ſuum perſpicerent, Epiſcopo poſt meridiem dormienti eam rem indicarunt. Is confeſtim ad Eccleſiam progreſſus, aquam in vaſculo afferi juſſit. Et aquam quidem ſub altari poſuit: ipſe vero frontem ſolo affixam habens, clementem Dominum orabat, ne Dæmonis tyrannidem ulterius pateretur; ſed tum imbecillitatem illius oſtenderet, tum potentiam ſuam declararet, ne forte incredulis, gravioris damni occaſio ex eo naſceretur. Hæc

& hujusmodi alia cum dixiſſet, crucisque ſigno aquam ſignaſſet, Equitio cuidam diacono, qui fide ac zelo munitus erat, præcepit ut aquam acciperet, & ocyùs ad locum properans, eam cum fide ſpargeret, ignemque admoveret. Quo ita facto, Dæmon aquæ vim non ferens aufugit. Ignis vero aquâ ipſi contrariâ, non ſecus atque oleo excitatus, & materiam apprehendit, & momento tempòris eam conſumpſit. Ita columnæ combuſtis, quibus ſuffulciebantur, lignis, & corruerunt ipſæ, & duodecim alias eadem ruinâ ſecum traxerunt. Sed & templi latus quod columnis cohærebat, illarum vi ſimul tractum concidit. Ex quo ingens ſecutus fragor, cum univerſam urbem pervaſiſſet, cunctos ad rei ſpectaculum excivit, qui cum adverſarii quoque dæmonis fugam didiciſſent, hymnos in ſupremi omnium moderatoris laudem canere cœperunt. Reliqua quoque delubra eodem modo deſtruxit divinus ille Antiſtes. De quo cum multa quoque alia plane admiranda mihi ſuppetant ad narrandum: nam & ad invictiſſimos Martyres ſcribere, & ab iiſdem litteras accipere conſueverat; tandemque ipſe martyrii coronam adeptus eſt: ea nunc referre ſuperſedeo, ne ſermonem longius trahens, hujus operis lectores tædio afficiam. Ad alia igitur narranda transgrediar.

## Cap. XXII.

*De Theophilo Alexandriæ Epiſcopo, & de his, quæ in everſione idolorum illic geſta ſunt.*

Athanaſio illi celeberrimo, in Epiſcopatu ſucceſſit admirandus Petrus: Petro Timotheus: Timotheo verò Theophilus, vir ſingulari prudentia ac fortitudine animi præditus. Hic Alexandrinorum urbem ſimulachrorum fraude liberavit. Non enim ſolum delubra idolorum funditus evertit, verum etiam præſtigias ſacerdotum, qui multitudinem decipiebant, iis qui decepti fuerant, ſpectandas propoſuit. Statuas enim ex ære & ligno intus cavas fabricantes, earumque dorſa parietibus applicantes, meatus quoſdam relinquebant. Deinde per adyta ſubeuntes, & in ſtatuarum penetralia introgreſſi, per has imperabant quidquid vellent. Hac fraude decepti, qui audiebant, juſſa exequebantur. Sapientiſſimus igitur Præſul cum ſimu-

A εἰπὼν καὶ ὅσα τούτοις παρόμοια, καὶ ἐπιθεὶς τοῦ σταυροῦ τὸν τύπον τῷ ὕδατι, Ἐκύτιόν τινα διακονίας ἠξιωμένον, πίστει καὶ ζήλῳ πεφραγμένον, λαβεῖν τὸ ὕδωρ ἐκέλευσε, καὶ διὰ τάχους δραμεῖν, καὶ μετὰ πίστεως διαρράναι, καὶ τὴν φλόγα προσενεγκεῖν. οὕτω τούτου γενομένου, ἀπέδραμεν ὁ δαίμων οὐκ ἐνεγκὼν τὴν τοῦ ὕδατος προσβολήν. τὸ δὲ πῦρ, ὡς ἐλαίῳ τῷ ἀντιπάλῳ χρησάμενον ὕδατι, ἐπελάβετό τε τῶν ξύλων καὶ ταῦτα ἐν ἀκαρεῖ κατηνάλωσεν. οἱ δὲ κίονες, φρούδου τοῦ ἐρείδοντος γενομένου, κα-
B τέπεσον, καὶ ἄλλους εἵλκυσαν δυοκαίδεκα. καὶ τοῦ νεὼ δὲ τὸ τοῖς κίοσι συνημμένον κατηνέχθη πλευρὸν, ὑπὸ τῆς ἐκείνων βίας συνελκυσθέν. ὁ δὲ κτύπος εἰς ἅπαν τὸ ἄστυ διαδραμὼν, πολὺς γὰρ ἦν, πάντας εἰς θέαν συνήγειρεν. ἐπειδὴ δὲ καὶ τοῦ ἀντιπάλου δαίμονος ἔμαθον τὴν φυγὴν, εἰς ὑμνῳδίαν τοῦ θεοῦ τῶν ὅλων τὴν γλῶτταν ἐκίνησαν. οὕτω καὶ τἄλλα τεμένη κατέλυσεν ὁ θεῖος ἐκεῖνος ἀρχιερεύς. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα περὶ τοῦδε τοῦ ἀνδρὸς καὶ λίαν ἀξιάγαστα διηγήματα ἔχων· καὶ γὰρ τοῖς νικηφόροις ἐπέστελλε μάρτυσι καὶ
C ἀντιγράφων ἐτύγχανε, καὶ τέλος καὶ αὐτὸς τὸν τῶν μαρτύρων ἀνεδήσατο στέφανον· ἀποδύομαι ταῦτα νῦν ἱστορεῖν, ἵνα μὴ λίαν μηκύνων ἀποκνήσω τοὺς ἐντευξομένους τῇ συγγραφῇ. ἐφ᾽ ἑτέραν τοίνυν διήγησιν τρέψομαι.

## Κεφ. κβ'.

Περὶ Θεοφίλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, καὶ τῶν ἐν τῇ καθαιρέσει τῶν εἰδώλων αὐτόθι γεγενημένων.

Ἀθανάσιον ἐκεῖνον τὸν πολυθρύλλητον ὁ θαυμάσιος διεδέξατο Πέτρος· τὸν Πέτρον Τιμόθεος· Τιμόθεον δὲ Θεόφιλος, ἀνὴρ πυκνός τε τὰς φρένας, καὶ ἀνδρεῖος τὸ
D φρόνημα· οὗτος τὴν Ἀλεξάνδρου πόλιν τῆς εἰδωλικῆς ἠλευθέρωσε πλάνης. οὐ γὰρ μόνον ἐκ βάθρων ἀνέσπασε τὰ τῶν εἰδώλων τεμένη, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἐξαπατώντων ἱερέων τοῖς ἐξηπατημένοις ὑπέδειξε μηχανήματα. τὰ τε γὰρ ἐκ χαλκοῦ καὶ τὰ ἐκ ξύλων κενὰ ἔνδοθεν κατασκευάζοντες ξόανα, καὶ τοῖς τοίχοις τὰ τούτων προσαρμόζοντες νῶτα, πόρους τινὰς ἀφανεῖς ἐν τοῖς τοίχοις ἠφίεσαν. εἶτα διὰ τῶν ἀδύτων ἀνιόντες, καὶ εἴσω τῶν ξοάνων γινόμενοι, ἅπερ ἐβούλοντο διὰ τούτων ἐκέλευον. φενακιζόμενοι δὲ οἱ ἐπαΐοντες, ἔδρων τὸ κελευόμενον. ταῦτα ὁ σοφώτατος καταλύων

ἀρχιερεὺς, τοῖς ἐξαπατηθεῖσιν ἀπέδειξε δήμοις. εἰς δὲ τὸν τοῦ σαράπιδος νεὼν ἀναβάς· τῶν δὲ πανταχοῦ γῆς καθά φασί τινες μέγιστός τε ἐστὶ καὶ κάλλιστος· εἶδε τὸ ξόανον παμμέγεθες καὶ τῷ μεγέθει τοὺς θεατὰς δεδιττόμενον· πρὸς δὲ τῷ μεγέθει καὶ λόγος κατεῖχεν ἀπατηλὸς, ὡς εἴ τις τούτῳ πελάσει, κλονηθήσεται μὲν ἡ γῆ, πανωλεθρία δὲ ἅπαντας καταλήψεται. Ἀλλὰ τούτους μὲν τοὺς λόγους γρᾳδίων μεθυόντων νομίσας εἶναι ληρήματα, τοῦ δὲ μεγέθους ὡς ἀψύχου καταφρονήσας, ἐκέλευσέ τινι πέλεκυν ἔχοντι παῖσαι προθύμως τὸν σάραπιν. ἐκείνου δὲ παίσαντος, ἐβόησαν μὲν ἅπαντες τὸ θρυλούμενον δείσαντες· ὁ δὲ σάραπις δεξάμενος τὴν πληγὴν, οὔτε ἤλγησε, ξύλινος γὰρ ἦν, οὔτε φωνὴν ἀφῆκεν, ἄψυχος ὤν. ἐπειδὴ δὲ τὴν κεφαλὴν ἀφῃρέθη, μύες ἀγεληδὸν ἐξέδραμον ἔνδοθεν· μυῶν γὰρ οἰκητήριον ἦν ὁ αἰγυπτίων θεός. εἰς μικρὰ δὲ αὐτὸν διελόντες, τὰ μὲν παρέδοσαν τῷ πυρί· τὴν δὲ κεφαλὴν διὰ παντὸς τοῦ ἄστεος ἔσυρον, τῶν προσκυνούντων ὁρώντων καὶ τοῦ παρ' αὐτῶν προσκυνηθέντος τὴν ἀσθένειαν κωμῳδούντων. οὕτω δὴ τὰ πανταχοῦ γῆς καὶ θαλάττης τῶν δαιμόνων καταλέλυται τεμένη.

A lachra deſtrueret, circumventæ multitudini eas fraudes patefecit. Porrò cum in templum Serapidis aſcendiſſet, quod omnium toto orbe fanorum maximum ſimul ac pulcherrimum fuiſſe à quibusdam dicitur, ſtatuam vidit ingentem, & quæ magnitudine ſua terrorem injiceret ſpectantibus. Præter hanc magnitudinem, falſus quidam rumor ſparſus erat, ſi quis propius ad ſimulachrum accederet, terræmotum ſtatim oriturum, & omnes funditus perituros eſſe. Sed Theophilus, cum rumores iſtos nihil aliud qvam ebriarum anicularum deliria B eſſe exiſtimaret, magnitudinem verò ſimulachri, utpote inanimem deſpiceret, cuidam ſecurim geſtanti juſſit, ut forti animo Serapim feriret. Qui cum ictum inflixiſſet, univerſi cóclamarunt, id quod fama vulgatum fuerat reformidantes. At Serapis, acceptâ plagâ nec doluit, quippe qui ligneus erat: nec vocem emiſit, utpote inanimis. Ubi vero caput ei truncatum eſt, murium agmen ex internis erupit. Ægyptiorum enim Deus, murium erat domicilium. Poſt hæc ſimulachro minutatim diſcerpto, reliquas quidem partes flam̃is abſumpſerunt: caput vero per univerſam ur- C bem traxerunt, cunctis ejus cultoribus inſpectantibus, & imbecillitatem ejus, quem coluerant, deridentibus. Hoc modo Dæmonum templa omnibus locis terra marique ſubverſa ſunt.

---

## Κεφ. κγ'.

Περὶ φλαβιανοῦ τῆς ἀντιοχείας ἐπισκόπου, καὶ τῆς διὰ παυλῖνον γεγενημένης τοῖς δυτικοῖς στάσεως.

Ἐν ἀντιοχείᾳ δὲ μελετίου τοῦ μεγάλου τὴν προεδρείαν φλαβιανὸς διεδέξατο, ὁ σὺν διοδώρῳ τοὺς πολλοὺς ἐκείνους ὑπὲρ τῆς τῶν προβάτων σωτηρίας ὑπομείνας ἀγῶνας. ἐβουλήθη μὲν γὰρ ὁ παυλῖνος τὴν τῆς ἐκκλησίας ἡγεμονίαν λαβεῖν. ὁ δὲ τῶν ἱερέων ἀντεῖπε χορὸς, οὐ χρῆναι λέγων τὸν μελετίου τὰς συμβουλὰς μὴ δεξάμενον, μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν τὸν ἐκείνου θρόνον λαβεῖν. ἀλλὰ τὸν πολλοῖς λαμπρυνόμενον πόνοις, καὶ ἐπὶ πλεῖστον τῶν προβάτων προκινδυνεύσαντα, προσήκει γενέσθαι ποιμένα. τοῦτο καὶ ῥωμαίοις καὶ αἰγυπτίοις δυσμένειαν πρὸς τὴν ἑῴαν μακροτάτην εἰργάσατο. οὐδὲ γὰρ τῷ παυλίνου θανάτῳ συγκατελύθη τὸ ἔχθος. ἀλλὰ καὶ μετ' ἐκεῖνον εὐαγρίου τὸν ἐκείνου παρειληφότος θρόνον,

## Cap. XXIII.

*De Flaviano Antiochiæ Epiſcopo & de diſſidio propter Paulinum inter Occidentales & Orientales exorto.*

Antiochiæ vero, poſt magnum Meletium Epiſcopatum ſuſcepit Flavianus, is qui unà cum Dio- D doro pro Chriſtiani gregis ſalute tot ac tanta ſubierat certamina. Ac Paulinus quidem præſulatum Eccleſiæ illius ſibi vindicabat. Sed reclamavit Antiſtitum cœtus, rationi conſentaneum non eſſe dicens, ut qui Meletii conſilia reſpuiſſet, poſt ejus obitum ſedem illius acciperet: illum potius paſtorem fieri oportere, qui multis laboribus inclaruiſſet, & pro ovibus diutiſſime propugnaſſet. Ea res Romanos & Ægyptios diu infenſos reddidit Orientalibus: Nam nec Paulini morte ſimultas extincta eſt. Sed poſt hujus mortem, cum Evagrius in locum illius ſubrogatus fuiſ-

A ſet, adverſus magnum Flavianum infenſo animo perſeverarunt; idque tametſi Evagrius contra Eccleſiaſticas regulas ordinatus fuiſſet. Solus enim Paulinus eum elegerat, multos ſimul canones tranſgreſſus. Hi enim neque morienti Epiſcopo permittunt ut ſuo loco quenquam conſtituat, & omnes provinciæ Epiſcopos convocari jubent. Præterea abſque tribus Epiſcopis ordinationem cujuſquam Epiſcopi fieri vetant. Illi tamen cum nihil iſtorum conſiderare voluiſſent, Evagrii quidem communionem amplexi ſunt: B adverſus Flavianum verò Imperatoris auribus ſubrepere tentarunt. Qui ſæpius interpellatus, Conſtantinopolim eum accivit, utque Romam proficiſceretur mandavit. Sed Flavianus, cum & hybernum tempus cauſatus eſſet, & ineunte Vere facturum ſe imperata promiſiſſet, in patriam reverſus eſt. Porro cum Romanæ urbis Epiſcopi, non ſolum admirandus Damaſus, ſed & ſucceſſor ejus Siricius, & poſt Siriciũ Anaſtaſius, pium Imperatorem acrius perſtrinxiſſent, illum tyrannos quidem, qui adverſus ipſum inſurgerent opprimere dicentes, eos vero, C qui legi Chriſti inſultarent, pati tyrannicam dominationem exercentes: rurſus eum Conſtantinopolim evocatum cogere inſtituit, ut Romam navigaret. Tum vero ſapientiſſimus Flavianus, admirabili uſus fiducia: Si meam fidem inquit, ô Imperator, ut non rectam quidam inſimulant, aut ſi vitam indignam eſſe dicunt ſacerdotio, ipſos accuſatores meos judices feram, & quam tulerint ſententiam, libenter excipiam. Sin de cathedra & de primatu contendunt, non litigabo, nec repugnabo iis, qui iſta ambiunt: ſed cedam ultrò, & Pontificatum dimittam. Da igitur Impe- D tator, cui voles, ſedem Antiochenam. Hanc ejus conſtantiam ac ſapientiam admiratus Imperator, in patriam redire, commiſſamque ſibi Eccleſiam regere eum juſſit. Longo poſt tempore cum Romam iterum veniſſet Theodoſius, eaſdem rurſus Epiſcoporum excepit querimonias, quod Flaviani tyrannidem non extingueret. Tum Imperator, quodnam illud tyrannidis genus eſſet, exponere eos juſſit, Flavianum ſe eſſe dicens & ad agendam pro illo cauſam conſtitutum. Cumque illi dicerent, ſe adverſus Imperatorem litigare non poſſe, hortatus eſt eos Imperator, ut Eccleſias

A διέμειναν τῷ μεγάλῳ φλαβιανῷ χαλεπαί-
νοντες, καὶ ταῦτα τοῦ εὐαγρίου παρὰ τὸν ἐκκλη-
σιαστικὸν προβεβλημένου θεσμόν. μόνος γὰρ
αὐτὸν ὁ παυλῖνος προυβάλετο, πολλοὺς κανόνας
κατὰ ταὐτὸν παραβάς. οὔτε γὰρ ἀνθ' ἑαυτοῦ τῷ τε-
λευτῶντι χειροτονεῖν ἐπιτρέπουσι, καὶ πάντας
συγκαλεῖσθαι τῆς ἐπαρχίας τοὺς ἐπισκόπους κε-
λεύουσι· καὶ αὖ πάλιν δίχα τριῶν ἐπισκόπων
ἐπισκόπου χειροτονίαν ἀπαγορεύουσι γίνεσθαι.
ἀλλ' ὅμως τούτων οὐδὲν εἰδέναι θελήσαντες,
τὴν εὐαγρίου μὲν κοινωνίαν ἠσπάζοντο, κατὰ
B φλαβιανοῦ δὲ τὰς βασιλικὰς ἐκίνησαν ἀκοάς.
ἐνοχληθεὶς γὰρ πολλάκις, ἤγαγέ τε αὐτὸν εἰς
τὴν κωνσταντινούπολιν, καὶ καταλαβεῖν τὴν ῥώ-
μην ἐκέλευσεν. ὁ δὲ φλαβιανός, χειμῶνα τ
εἶναι φήσας, καὶ ὑποσχόμενος τοῦ ἔαρος ὑπο-
λάμποντος τὸ προστεταγμένον πληρώσειν,
ἐπανῆκεν εἰς τὴν πατρίδα. ἐπεὶ δὲ οἱ τῆς ῥώμης
ἐπίσκοποι, οὐ μόνον ὁ θαυμάσιος δάμασος
ἀλλὰ καὶ ὁ μετ' ἐκεῖνον σιρίκιος, καὶ ἀναστάσιος
ὁ σιρικίου διάδοχος, σφοδρότερον τοῦ εὐσε-
βοῦς βασιλέως καθήψαντο, τοὺς μὲν οἰκείους αὐ-
τὸν φήσαντες καταλύειν τυράννους, τοὺς δὲ κατὰ
C τῶν χριστοῦ νόμων θρασυνομένους ἐπὶ τῆς τυραν-
νίδος ἐᾶν, πάλιν αὐτὸν μεταπεμψάμενος
ἀπαίρειν αὐτὸν εἰς τὴν ῥώμην ἠνάγκαζε. ὅτι
φλαβιανὸς ὁ σοφώτατος τῇ ἀξιεπαίνῳ παρ-
ρησίᾳ χρησάμενος, ἔφη· εἰ μὲν τῆς πίστεως ὦ
βασιλεῦ τῆς ἐμῆς ὡς οὐκ ὀρθῆς κατηγοροῦσί τινες,
ἢ τὸν βίον φασὶν ἱερωσύνης ἀνάξιον, καὶ αὐτοῖς
χρήσομαι τοῖς κατηγόροις κριταῖς, καὶ τὴν παρ'
ἐκείνων ἐκφερομένην ψῆφον δέξομαι. εἰ δὲ περὶ
θρόνου καὶ προεδρείας ζυγομαχοῦσιν, οὔτε δι-
κάσομαι, οὔτε τοῖς λαβεῖν βουλομένοις ἀντιμα-
χέσομαι· ἀλλ' ἐκστήσομαι καὶ τῆς προεδρείας ἀ-
D φέξομαι. τοιγάρτοι δὸς ᾧ βούλει τὸν ἀντιοχέων
θρόνον ὦ βασιλεῦ. ταύτην αὐτοῦ καὶ τὴν ἀνδρεί-
αν καὶ τὴν σοφίαν θαυμάσας ὁ βασιλεύς, τὴν
ἐνεγκοῦσαν καταλαβεῖν καὶ τὴν ἐγχειρισθεῖσαν
ποιμαίνειν ἐκκλησίαν ἐκέλευσε. χρόνου δὲ συχ-
νοῦ διελθόντος εἰς τὴν ῥώμην ἀφικόμενος πά-
λιν ὁ βασιλεύς, τὰς αὐτὰς πάλιν ὑπὸ τῶν ἐπι-
σκόπων κατηγορίας ὑπέμεινεν, ὡς τὴν φλαβι-
ανοῦ τυραννίδα μὴ καταλύων, ὁ δὲ λέγειν αὐτοὺς
ἐκέλευσε τῆς τυραννίδος τὸ εἶδος, αὐτὸς εἶναι
φλαβιανὸς λέγων, καὶ ἐκείνου σύνδικος προβεβλῆ-
σθαι. ἐκείνων δὲ λεγόντων ὡς οὐ δύνανται δικάσασθαι
βασιλεῖ, παρῄνεσε λοιπὸν ὁμόνοιαν τὰς ἐκκλησίας

συνάψαι, καὶ διαλῦσαι τὴν ἔριν, καὶ τὴν ἀνόνητον σβέσαι φιλονεικίαν. παυλῖνός τε γὰρ ἐτελεύτησε πάλαι, καὶ εὐάγριος οὐκ ἐννόμως προβέβληται· καὶ τῆς ἑῴας αἱ ἐκκλησίαι τῆς φλαβιανοῦ προεδρείας ἀντέχονται. πρὸς δὲ τῇ ἑῴᾳ, καὶ τὴν ἀσιανὴν ἅπασαν καὶ ποντικὴν, καὶ μέντοι καὶ τὴν θρακικὴν κοινωνούσας ἔχει καὶ συνημμένας· καὶ τὸ ἰλλυρικὸν δὲ ἅπαν ἐκεῖνον οἶδε τῶν κατὰ τὴν ἀνατολὴν ἐπισκόπων ἡγεμόνα. ταύταις εἴξαντες ταῖς παραινέσεσιν οἱ τῆς ἑσπέρας ἐπίσκοποι, καταλύσειν ὑπέσχοντο τὴν δυσμένειαν, καὶ τοὺς πεμφθησομένους δέξασθαι πρεσβευτάς. τοῦτο μαθὼν ὁ θεῖος φλαβιανὸς, ἀπέστειλεν εἰς τὴν ῥώμην καὶ τῶν ἀξιεπαίνων ἐπισκόπων τινὰς καὶ τῶν ἀντιοχείας πρεσβυτέρων καὶ διακόνων. ἡγεῖτο δὲ πάντων ἀκάκιος, ὁ βεῤῥίας μὲν τῆς ἐν συρίᾳ πόλεως ποιμαίνειν λαχὼν, πανταχοῦ δὲ γῆς καὶ θαλάττης ᾀδόμενος. οὗτος σὺν τοῖς ἄλλοις ἀφικόμενος εἰς τὴν ῥώμην, τὴν μακρὰν καταλύσας δυσμένειαν δι' ἑπτακαίδεκα ἐτῶν, ταῖς ἐκκλησίαις ἐπρυτάνευσε τὴν εἰρήνην. Τοῦτο δὲ γνόντες αἰγύπτιοι, τὴν ἀπέχθειαν σβέσαντες ἠσπάσαντο τὴν ὁμόνοιαν. ἡγεῖτο δὲ τηνικαῦτα, τῆς μὲν ῥωμαίων ἐκκλησίας ἰννοκέντιος, διαδεξάμενος ἀναστάσιον, ἀνὴρ ἀγχινοίᾳ καὶ συνέσει κοσμούμενος· τῆς δὲ ἀλεξανδρέων θεόφιλος, οὗ καὶ πρόσθεν ἐμνήσθην.

A tandem inter ſe reconciliarent, & jurgandi finem facerent, atque inutilem contentionem extinguerent. Paulinum enim jam pridem fato functum, Evagrium vero non legitime ordinatum eſſe. Ad hæc Orientis Eccleſias Flaviani Epiſcopatum defendere. Nec Orientem modò ſed & univerſam Aſianam & Ponticam, ac Thracicam Diœceſin ei communicare conjunctasque eſſe. Totum denique Illyricum eum Orientalium Epiſcoporum primatem agnoſcere. His admonitionibus flexi Occidentalium partium E-
B piſcopi, ſimultatem ſe abjecturos polliciti ſunt, & legatos qui à Flaviano mitterentur, ſuſcepturos. Quod cum accepiſſet divinus Flavianus, egregios quoſdam Epiſcopos Romam miſit, unà cum aliquot Presbyteris ac Diaconis Antiochenſis Eccleſiæ. Horum omnium princeps erat Acacius, Berœæ urbis Syriæ Epiſcopus, vir ubique gentium terra marique celeberrimus. Hic unà cum reliquis Romam veniens, diuturnam ſimultatem, quæ ſeptendecim annos duraverat, ſedavit, pacemque inter Eccleſias compoſuit. Quod cum Ægyptii comperiſſent, & ipſi
C depoſitis inimicitiis concordiam amplexi ſunt. Præerat tunc temporis Eccleſiæ Romanæ Innocentius, qui Anaſtaſio ſucceſſerat; vir inſigni ſolertia ac prudentia præditus. Alexandrinæ vero Eccleſiæ Theophilus præſidebat, cujus antea mentionem feci.

## Κεφ. κδ'.

*Περὶ τῆς εὐγενίου τυραννίδος καὶ τῆς θεοδοσίου τοῦ βασιλέως διὰ πίστεως νίκης.*

Τὴν μὲν οὖν τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνην τοῦτον τὸν τρόπον ὁ πιστότατος ἐπρυτάνευσε βασιλεύς. πρὸ δέ γε τῆς γεγενημένης εἰρήνης, τήν τε οὐαλεντινιανοῦ τελευτὴν καὶ τὴν εὐγενίου τυραννίδα μαθὼν, εἰς τὴν εὐρώπην ἐστράτευε· κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν χρόνον ἦν τις ἰωάννης ἐν αἰγύπτῳ τὴν ἀσκητικὴν ἀσπαζόμενος πολιτείαν. οὗτος πνευματικῆς μεταλαχὼν χάριτος, πολλὰ τοῖς πυνθανομένοις προὔλεγε τῶν ἐσομένων. πρὸς τοῦτον ὁ φιλόχριστος ἀπέστειλεν βασιλεὺς, εἰ πολεμητέον τοῖς τυράννοις μαθεῖν ἐφιέμενος. καὶ ἐπὶ μὲν τοῦ προτέρου πολέμου τὴν ἀναιμωτὶ προηγόρευσε νίκην· ἐπὶ δὲ τοῦ δευτέρου μετὰ πολὺν φόνον νικήσοντα τὸν βασιλέα προείρηκε. μετὰ ταύτης ἐλπίδος

## Cap. XXIV.

*De Tyrannide Eugenii, & quomodo Theodoſius ob fidei ſuæ meritum victoriam reportavit.*

Hoc modo fideliſſimus Imperator Eccleſiarum pacem reſtituit. Ve-
D rum antequàm ea pax componeretur, Valentiniani morte & Eugenii defectione cognita, exercitum in Europam traduxit. Degebat tunc in Ægypto Joannes quidam, monaſticæ Philoſophiæ ſtudiis ſeſe exercens. Hic ſpirituali gratia donatus, ſæpe ſciſcitantibus prædicebat futura. Ad illum igitur quoſdam miſit Chriſti amantiſſimus Imperator, diſcere ex eo cupiens, num Tyrannis bellum inferri oporteret. Ac priore quidem bello, incruentam eum victoriam relaturum reſponderat. Poſteriore verò, Imperatorem poſt multam cædem victoria potiturum prædixit. Hac cum fiducia

progreſſus ad bellum gerendum Imperator, pugnam conſeruit; ac multos quidem ex hoſtibus interfecit: multos vero & ipſe Barbaros, qui in auxiliis erant, amiſit. Cumque Duces exiguum eſſe dicerent numerum militantium, ſuaderentque ut bellum aliquantiſper differret, quo ineunte Vere copias omnes cogere & hoſtes multitudine ſuperare poſſet, id conſilium aſpernatus eſt fideliſſimus Imperator. Neque enim decet, inquit, ut divinam quidem crucem tantæ imbecillitatis probro maculemus; Herculis autem imagini tantam vim ac potentiam confeſſione noſtra tribuamus. Hunc enim exercitum crux: hoſtiles vero copias imago Herculis antecedit. His cum ingenti fide ita dictis, cum copiæ, quæ ſupererant, exiguæ admodum eſſent, & animis fractæ; Oratorium nactus in montis vertice ubi caſtra habebat, totam ibi noctem preces ad DEUM fundendo tranſegit. Sub galli autem cantum ſomnus invito irrepens, eum oppreſſit. Humi ergo jacens, duos quoſdam viros videre ſibi videbatur, alba veſte indutos, & albis equis inſidentes: qui bono animo ipſum eſſe juberent, metumque deponere, & prima luce arma capere, aciemque ad pugnandum inſtruere. Auxiliatores enim ac propugnatores ſe miſſos eſſe dicebant, & alter quidem ſe Joannem Evangeliſtam eſſe ajebat, alter Philippum Apoſtolum. Hanc viſionem cum vidiſſet Imperator, preces fundere non deſtitit; ſed majori alacritate eas offerebat Deo: Idem viſum miles quidam cum vidiſſet, Centurioni ſuo indicavit. Ille militem deduxit ad Tribunum; Tribunus verò ad Magiſtrum militum. Qui cum novi aliquid nuntiaturum ſe crederet, Imperatori id retulit. At Imperator, non meâ, inquit, causâ iſte hoc vidit: ego enim iis, qui victoriam polliciti ſunt, credidi: ſed ne quis forte ſuſpicaretur me pugnandi deſiderio iſta finxiſſe, Adjutor Imperii mei hæc iſti quoque revelavit, ut narrationis meæ teſtis eſſet idoneus. Priori enim mihi communis Dominus hanc viſionem objecerat. Proinde, abjecto metu, anteſignanos & Duces ſequamur. Nec bellantium multitudine quiſquam victoriam metiatur, ſed unuſquiſque vim ac potentiam Ductorum conſideret. Hæc ad milites quoque elocutus, cum hac ratione omnium animos confirmaſſet, è montis

A στρατεύσας ὁ βασιλεὺς πολλοὺς μὲν τῶν ἐναντίων παραταττομένων κατηκόντισε, πολλοὺς δὲ τῶν ἐπικουρούντων αὐτῷ βαρβάρων ἀπέβαλε. τῶν δὲ στρατηγῶν ὀλίγους εἶναι τοὺς συμπαραταττομένους φησάντων, καὶ ἀνακωχήν τινα δοῦναι τῷ πολέμῳ συμβουλευσάντων, ὥστε τοῦ ἦρος ἀρχομένου στρατιὰν συναγεῖραι, καὶ τῷ πλήθει περιγενέσθαι τῶν δυσμενῶν, οὐκ ἐδέξατο τὴν εἰσήγησιν ὁ πιστότατος βασιλεύς. οὐ γὰρ ἔφη χρῆναι, τοσαύτην μὲν ἀσθένειαν τοῦ σωτηρίου κατηγορῆσαι σταυροῦ, τοσαύτην δὲ προσμαρ-

B τυρῆσαι δύναμιν τῇ τοῦ Ἡρακλέους εἰκόνι. ταύτης μὲν γὰρ ὁ σταυρὸς ἡγεῖται τῆς στρατιᾶς, τῆς δὲ τῶν ἀντιπάλων ἐκείνη. τούτων οὕτως πιστῶς εἰρημένων, καὶ τῆς ὑπολειφθείσης στρατιᾶς ὀλίγης τε οὔσης, καὶ λίαν ἀθυμούσης, εὑρὼν οἰκίσκον εὐκτήριον ἐν τῇ τοῦ ὄρους ἀκρωνυχίᾳ, ἐν ᾧ τὸ στρατόπεδον ἦν, πάννυχος διετέλει τὸν τῶν ὅλων δεσπότην ἀντιβολῶν. περὶ δὲ ἀλεκτρυόνων ᾠδὰς, ἐνίκησε μὲν ὕπνος τὴν γνώμην. ἐπὶ δὲ τοῦ δαπέδου κείμενος, ὁρᾷν ἔδοξε δύο τινὰς λευχειμονοῦντας ἄνδρας, ἐφ' ἵππων ὀχουμένους λευκῶν, οἳ θαρρεῖν τε ἐκέ-

C λευον, καὶ τὸ δέος ἐξελάσαι, καὶ ὑπὸ τὴν ἕω καθοπλίσαι καὶ τάξαι τὴν στρατιὰν εἰς παράταξιν. ἐπίκουροι γὰρ ἔλεγον ἀπεστάλθαι καὶ πρόμαχοι. καὶ ὁ μὲν Ἰωάννην ἑαυτὸν ἔλεγεν εἶναι τὸν εὐαγγελιστὴν, ὁ δὲ Φίλιππον τὸν ἀπόστολον. ταύτην ἰδὼν τὴν ὄψιν ὁ βασιλεὺς οὐκ ἔληξε τῆς ἱκετείας· ἀλλὰ μετὰ πλείονος ταύτην προθυμίας προσέφερε· τοῦτο καὶ στρατιώτης τις θεασάμενος δεδήλωκε τῷ λοχαγῷ· ἐκεῖνος δὲ τοῦτον πρὸς τὸν χιλίαρχον ἤγαγεν· ὁ δὲ χιλίαρχος ἀπήγαγε τῷ στρατηγῷ. ὁ δὲ στρατηγὸς καινόν τι μηνύειν ὑπολαβὼν, ἀπήγ-

D γειλε ταῦτα βασιλεῖ. ὁ δὲ, οὐκ ἐμοῦ ἕνεκα, ἔφη, ταῦτα οὗτος τεθέαται. ἐγὼ γὰρ τοῖς τὴν νίκην ὑπεσχομένοις πεπίστευκα, ἀλλ' ἵνα μή τις ὑπολάβῃ με ὡς τῆς παρατάξεως ὀριγνώμενον, πλάσαι τὴν ὄψιν. καὶ τούτῳ ταῦτα μεμήνυκεν ὁ τῆς ἐμῆς βασιλείας ἐπίκουρος, ἵνα μάρτυς ἀξιόχρεως γένηται τῆς ἐμῆς διηγήσεως. πρώτῳ γὰρ ἐμοὶ ταύτην ὁ κοινὸς δεσπότης τὴν ὄψιν ὑπέδειξεν. ἀποσκευασάμενοι δὴ οὖν τὸ δέος, τοῖς προμάχοις καὶ πολεμάρχοις ἑπώμεθα, καὶ μηδεὶς τῷ πλήθει τῶν πολεμούντων σταθμάσθω τὴν νίκην, ἀλλὰ τῶν ἡγουμένων λογιζέσθω ἕκαστος τὴν δύναμιν. ταῦτα καὶ τοῖς στρατιώταις εἰπὼν, καὶ ταύτῃ πά-

παν-

A πάντας προθυμίας ἐμπλήσας, ἐκ τῆς τοῦ ὄρους κατήγαγε κορυφῆς. ὁ δὲ τύραννος πόῤῥωθεν ἰδὼν τοὺς στρατιώτας πολεμήσοντας, καθώπλισε τὴν στρατιὰν, καὶ εἰς παράταξιν ἔταξεν. αὐτὸς δὲ ἐπί τινος γεωλόφου μείνας, θανατοῦντα ἔφη τὸν βασιλέα, καὶ τῆς παρούσης ἀπαλλάξαντα βιοτῆς παρατάττεσθαι· καὶ τοῖς στρατηγοῖς ἐκέλευσε, ζῶντα τοῦτον καὶ πεπεδημένον προσαγαγεῖν. ἐπειδὴ δὲ αἱ φάλαγγες ἔστησαν, πολλαπλάσιον μὲν ἦν τῶν πολεμίων τὸ πλῆθος, εὐαρίθμητον δὲ κομιδῆ τὸ τῷ βασιλεῖ συντεταγμένον. δεξαμένων δὲ καὶ τούτων κἀκείνων ἀφιέ- B ναι τὰ βέλη, ἔδειξαν ἀληθεῖς τὰς ὑποσχέσεις οἱ πρόμαχοι. πνεῦμα γὰρ βίαιον ἀντιπρόσωπον τῶν πολεμίων φερόμενον, τοὺς μὲν ἐκείνων οἰστοὺς ἀπέστρεφε καὶ τὰ πελτὰ καὶ τὰ δόρατα· καὶ πᾶν βέλος αὐτοῖς ἄχρηστον ἦν· καὶ οὔτε ὁπλίτης, οὔτε τοξότης, οὔτε πελταστὴς πημαίνειν τὴν τοῦ βασιλέως ἠδύνατο στρατιάν. καὶ μέντοι καὶ κόνις ὅτι μάλιστα πλείστη κατὰ τῶν προσώπων φερομένη, μύειν τὰ βλέφαρα καὶ ταῖς κόραις ἐπαμύνειν πολεμουμέναις ἠνάγκαζεν. οἱ καὶ τοῦ βασιλέως στρατιῶται, λώβην οὐδὲ μίαν ἐκ τῆς καταιγίδος ἐκείνης δεξάμενοι, θαῤῥαλέως τοὺς C πολεμίους κατέκτεινον. οἱ δὲ ταῦτα ὁρῶντες, καὶ τὴν θείαν ἐπιγνόντες ἐπικουρίαν, τὰ ὅπλα ῥίψαντες, φειδοῦς παρὰ τοῦ βασιλέως τυχεῖν ἠντιβόλησαν. ὁ δὲ καὶ εἶξε καὶ οἴκτου μετέδωκεν, ἀγαγεῖν δὲ αὐτοὺς τὸν τύραννον κατὰ τάχος ἐκέλευσεν. οἱ δὲ θέοντες, ἀνέβησαν εἰς τὸν λόφον οὗ καθήμενος ἐκεῖνος ἠγνόει τὰ δρώμενα· ὁ δὲ πνευστιῶντας ἰδὼν, καὶ τῷ ἄσθματι μηνύοντας τὴν σπουδὴν, νίκης ἀγγέλους ὑπέλαβε, καὶ ἤρετο εἰ καὶ Θεοδόσιον πεπεδημένον ὡς προσετάχθησαν ἤγαγον. οἱ δὲ οὐκ ἐκεῖνον, ἔφησαν, σοὶ προσάγομεν, ἀλλά σε πρὸς ἐκεῖνον ἀπάγομεν. τοῦτο γὰρ ὁ τοῦ παντὸς προσέταξε D πρύτανις. ταῦτα λέγοντες, ἐξανέστησάν τε ἐκ τοῦ δίφρου, καὶ τὰ δεσμὰ ἐπιθέντες πεπεδημένον ἀπήγαγον, καὶ προσήγαγον δορυάλωτον τὸν πρὸ βραχέος μεγαλαυχούμενον. ὁ δὲ βασιλεὺς, τῶν τε εἰς Οὐαλεντινιανὸν πλημμεληθέντων ἀνέμνησε, καὶ τῆς παρανόμου τυραννίδος, καὶ τῶν κατὰ τῆς ἐννόμου βασιλείας πολέμων. ἐκωμώδησε δὲ καὶ τὴν Ἡρακλέους εἰκόνα, καὶ τὸ μάταιον δι' ἐκείνην γινόμενον θάρσος· καὶ τότε δικαίαν καὶ ἔννομον ἐξήνεγκε

vertice exercitum deduxit. Tyrannus verò, cum milites ad pugnam paratos eminùs conſpexiſſet, ſuos & ipſe armavit, & ad prælium inſtruxit. Ipſe in quodam colliculo reſidens, Imperatorem mori cupientem, & ex hac vita excedere properantem, præliari dicebat: mandavitque Ducibus ſuis, ut vivum illum ac vinctum ad ſe adducerent. Poſtquam acies ex adverſo ſtetere, hoſtium quidem numerus multò major apparuit. Qui verò à partibus erant Theodoſii, pauci admodum videbantur. Ubi verò utrinque tela conjici cœpere, vera eſſe, quæ promiſerant, oſtenderunt propugnatores illi. Vehemens enim ventus ex adverſo in hoſtes ruens, cunctas eorum ſagittas & jacula haſtaſque avertit, omniaque eorum tela incaſſum ferebantur. Itaque nec gravis armaturæ miles, nec ſagittarius, nec peltaſtes, exercitum Imperatoris damno afficere valuerunt. Ad hæc pulveris immenſa vis in eorum faciem magno impetu delata, ipſos palpebras claudere, & periclitantibus pupillis opem ferre cogebat. Milites verò Imperatoris Theodoſii, ex eo turbine nullum incommodum paſſi, alacri animo hoſtes cædebant. Qui cum hæc cernerent, Deique auxilium agnoſcerent, abjectis armis, veniam ſibi dari ab Imperatore popoſcerunt. Annuit ille, & indulgentiam eis tribuit, juſſitque ut tyrannum confeſtim adducerent. Illi ergo concito curſu collem aſſcendunt, in quo Tyrannus ignarus adhuc rerum geſtarum conſederat. Qui cum eos anhelantes vidiſſet, ac reſpirandi difficultate celeritatem curſus indicantes, nuntios victoriæ adeſſe credidit, ſciſcitatusque eſt ex iis, num Theodoſium quoque vinctum adducerent, ſicut ipſis imperatum fuerat. Ad hæc illi non Theodoſium, inquiunt, ad te, ſed te ad Theodoſium ducturi venimus. Id enim hujus univerſi moderator præcepit. Simul hæc dicentes, Tyrannum ex ſolio abripiunt, & injectis catenis vinctum abducunt; eumque qui paulo ante inſolenter ſeſe efferebat, captivum ſiſtunt. Tum Imperator, ſcelus quod in Valentinianum perpetraverat, in memoriam ei revocavit; & iniquam tyrannidem ac bella, quæ adverſus legitimum Imperium concitaverat objecit. Irriſit præterea imaginem Herculis, & inanem ex ea conceptam fiduciam. Ac tum demum juſtam ac legitimam de ejus

ſupplicio ſententiam protulit. Hujuſmodi fuit tum pacis, tum belli tempore Theodoſius: qui & divinum ſemper imploravit auxilium, nec illo unquam fraudatus eſt.

## Cap. XXV.

*De morte Imperatoris Theodoſii.*

POſt hanc autem victoriam in morbum delapſus, Imperium filiis ſuis diſtribuit. Ac majori quidem natu, partem quam ipſe rexerat; minori verò Europæ Imperium aſſignavit. Utrumque autem hortatus eſt, ut integram ac ſolidam pietatem retineret. Per hanc enim, inquit, & pax conſervatur, & bellum extinguitur: per hanc hoſtes fugantur, eriguntur trophæa, & victoria comparatur. Hæc ille monita cum filiis ſuis ſuggeſſiſſet, extremum diem clauſit, immortalem nominis ſui memoriam derelinquens.

## Cap. XXVI.

*De Honorio Imperatore, & de Telemacho Monacho.*

IMperii verò illius ſucceſſores, pietatis quoque hæredes extiterunt. Nam & Honorius, qui Europæ partes regendas ſuſceperat, gladiatorum ſpectacula olim Romæ fieri ſolita ſuſtulit ex hujuſmodi occaſione. Erat quidam Telemachus monaſticæ vitæ deditus. Hic ab Orientis partibus profectus, ejusque rei cauſâ Romam ingreſſus, cum deteſtandum illud ſpectaculum ederetur, ipſe quoque in amphitheatrum venit. Et in arenam deſcendens, gladiatores, qui inter ſe pugnabant, compeſcere conabatur. Sed cruentę cędis ſpectatores, eam rem ægrè ferentes, & dæmonis, qui eo ſanguine oblectabatur furorem animis ſuis concipientes, pacis auctorem lapidibus obruerunt. Quo cognito admirandus Imperator, hunc quidem invictiſſimorum Martyrum numero adſcripſit: tetrum verò illud ſpectaculum penitus abolevit.

A τῆς κατ' αὐτοῦ τιμωρίας τὴν ψῆφον. τοιοῦτος ἦν ἐκεῖνος καὶ ἐν εἰρήνῃ καὶ ἐν πολέμῳ ἀεὶ μὲν τὴν θείαν ἐπικουρίαν αἰτῶν, ἀεὶ δὲ ταύτης μεταλαγχάνων.

## Κεφ. κέ.

Περὶ τῆς Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως τελευτῆς.

ΜΕτὰ δὲ τήνδε τὴν νίκην ἀῤῥωστήσας, τοῖς υἱέσι τὴν βασιλείαν διένειμε. καὶ τῷ μὲν πρεσβυτέρῳ τὴν οἰκείαν ἔδωκεν ἡγεμονίαν, τῷ νεωτέρῳ δὲ τῆς Εὐρώπης τὰ σκῆπτρα. τὴν εὐσέβειαν δὲ τελείαν καὶ τοῦτον ἔχειν B κἀκεῖνον παρῄνεσε. διὰ ταύτης γὰρ ἔφη, καὶ ἡ εἰρήνη φυλάττεται, καὶ πόλεμος καταλύεται, καὶ πολέμιοι τρέπονται, καὶ ἀνίσταται τρόπαια, καὶ νίκη βραβεύεται. ἐκεῖνος μὲν ταῦτα τοῖς παισὶ παραινέσας ἐτελεύτησεν, ἀείμνηστον κλέος καταλιπών.

## Κεφ. κϛ'.

Περὶ ὀνωρίου τοῦ βασιλέως καὶ τηλεμάχου μονάζοντος.

ΟΙ δὲ τῆς βασιλείας διάδοχοι, καὶ τῆς εὐσεβείας ἐγένοντο κληρονόμοι. Ὀνώριος μὲν γὰρ ὁ τῆς Εὐρώπης τὴν βασιλείαν δε- C ξάμενος. τὰς ἐν ῥώμῃ πάλαι γινομένας μονομαχίας κατέλυσεν, ἀφορμὴν τοιάνδε λαβών. τηλέμαχός τις ἦν τὸν ἀσκητικὸν ἀσπαζόμενος βίον. οὗτος ἀπὸ τῆς ἑώας ἀπάρας, καὶ τούτου χάριν τὴν ῥώμην καταλαβών, τῆς μυσαρᾶς ἐκείνης ἐπιτελουμένης θέας, εἰσελήλυθε καὶ αὐτὸς εἰς τὸ στάδιον, καὶ καταβὰς παύειν ἐπεχειρᾶτο τοὺς κατ' ἀλλήλων κεχρημένους τοῖς ὅπλοις. τῆς δὲ μιαιφονίας οἱ θεαταὶ χαλεπήναντες, καὶ τοῦ τοῖς αἵμασιν ἐκείνοις ἐπιτερπομένου δαίμονος εἰσδεξάμενοι τὴν βακχείαν, κατέλευσαν τῆς εἰρήνης D τὸν πρύτανιν. τοῦτο μαθὼν ὁ θαυμαστὸς βασιλεὺς, τὸν μὲν τοῖς νικηφόροις συνηρίθμησε μάρτυσι, τὴν δὲ πονηρὰν ἐκείνην ἔπαυσε θεωρίαν.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Κεφ. κζ´.

Περὶ τῆς ἀρκαδίου τοῦ βασιλέως εὐσεβείας, καὶ ἰωάννου τοῦ χρυσοστόμου χειροτονίας.

ΕΝ δὲ κωνσταντινουπόλει νεκταρίου τελευτήσαντος, ὃς τὴν ἐκκλησίαν ἐκείνην ἐποίμανεν, ἀρκάδιος ὁ ταύτην ἰθύνειν τὴν βασιλείαν λαχών, μαθὼν ἰωάννην τὸν μέγαν τῆς οἰκουμένης φωστῆρα, ἐν ἀντιοχείᾳ τῷ τῶν πρεσβυτέρων ἐγκαταλελέχθαι χορῷ, ἤγαγέ τε, καὶ τοῖς συνειλεγμένοις ἐπισκόποις αὐτὸν τῇ θείᾳ προσαγαγεῖν παρηγγύησε χάριτι, καὶ τῆς μεγίστης ἐκείνης πόλεως ἀποφῆναι ποιμένα. ἱκανὸν δὲ καὶ τοῦτο μόνον δηλῶσαι τοῦ βασιλέως τὴν περὶ τὰ θεῖα σπουδήν. κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον, ἀντιοχείας μὲν ὁ θεῖος ἡγεῖτο φλαβιανός, λαοδικείας δὲ ἐλπίδιος, τοῦ μεγάλου μελετίου γενόμενος σύσκηνος, καὶ τὴν ἐκείνου πολιτείαν ἐκμαξάμενος μᾶλλον, ἢ ὁ κηρὸς τῶν δακτυλίων τοὺς τύπους. οὗτος μὲν οὖν τὸν μέγαν πελάγιον διεδέξατο. τὸν δὲ θεῖον μάρκελλον ἀγαπητὸς ὁ πανεύφημος, ὃν ἐν ταῖς ἀσκητικαῖς παλαίστραις διαπρέποντα ἔφην, κατὰ τὸν τῆς αἱρετικῆς ζάλης καιρόν. σελευκείας δὲ τῆς πρὸς τῷ ταύρῳ μάξιμος, ἰωάννου τοῦ πάνυ συμφοιτητής, καὶ θεόδωρος τῆς μοψουεστίας. ἄμφω δὲ διδασκάλω ἤστην λαμπρώ. διέλαμπε δὲ συνέσει τε καὶ βίῳ ὁ θεῖος ἀκάκιος, ἰθύνων τὴν βέῤῥοιαν· λεόντιος δὲ τὸ γαλατῶν ἐποίμαινεν ἔθνος, πολλοῖς εἴδεσιν ἀρετῆς λαμπρυνόμενος.

## Cap. XXVII.

*De pietate Imperatoris Arcadii, & de Joannis Chryſoſtomi ordinatione.*

COnſtantinopoli verò, mortuo Nectario, qui Eccleſiam illam gubernaverat, Arcadius qui eam Imperii partem regendam acceperat, cum Joannem, magnum lumen orbis terrarum, Antiochiæ in presbyterorum ordinem relatum eſſe didiciſſet, eum inde accivit, collectiſque Epiſcopis mandavit, ut divinam gratiam ei conferrent, & urbis Regiæ Epiſcopum eum renuntiarent. Quod quidem unum ſufficit ad declarandam Imperatoris pietatem. Per idem tempus Antiochenſi Eccleſiæ præerat divinus Flavianus: Laodiceæ verò præſidebat Elpidius, qui magni Meletii fuerat contubernalis, ejuſque vivendi rationem perfectius expreſſerat, quàm cera imaginem annuli exprimere ſolet. Succeſſor autem erat magni Pelagii. Jam verò divino Marcello ſucceſſit Agapetus, omni laude prædicandus, quem ſupra retulimus hæreticæ perſecutionis tempore in monaſticis exercitationibus floruiſſe. Seleuciæ porro, quæ ad montem Taurum ſita eſt, Epiſcopus erat Maximus, eximii illius Johannis condiſcipulus: Mopſueſtiæ vero Theodorus: ambo doctores ac prædicatores egregii. Divinus item Acacius prudentia ſimul & ſanctitate vitæ illuſtris, Berœæ Eccleſiam gubernabat. Leontius denique, multis virtutum generibus conſpicuus, Galatarum provinciæ præſidebat.

## Κεφ. κη´.

Περὶ τῆς κατὰ θεὸν τοῦδε τοῦ ἐπισκόπου παῤῥησίας.

ΟΔὲ μέγας ἰωάννης τοὺς τῆς ἐκκλησίας δεξάμενος οἴακας, τάς τε παρά τινων γινομένας ἀδικίας σὺν παῤῥησίᾳ διήλεγχε, καὶ βασιλεῖ καὶ βασιλίδι παρῄνει τὰ πρόσφορα, καὶ τοὺς ἱερέας ἠξίου κατὰ τοὺς κειμένους πολιτεύεσθαι νόμους. τοὺς δὲ τούτους παραβαίνειν τολμῶντας, ἐπιβαίνειν τῶν ἀνακτόρων ἐκώλυεν· οὐ χρῆναι λέγων, τῆς μὲν τῶν ἱερέων ἀπολαύειν τιμῆς, τὴν δὲ τῶν ἀληθῶν ἱερέων μὴ ζηλοῦν βιοτήν. καὶ ταύτην ἐποιεῖτο τὴν προμήθειαν, οὐ μόνης ἐκείνης τῆς πόλεως, ἀλλὰ καὶ τῆς θρᾴκης ἁπάσης· εἰς ἓξ δὲ αὕτη ἡγεμονίας διῄρηται. καὶ τῆς ἀσίας ὅλης, ὑπὸ ἕνδεκα

## Cap. XXVIII.

*De Joannis Epiſcopi divina in loquendo libertate.*

POrro magnus Joannes, ſimulatque Eccleſiæ gubernaculis admotus eſt, iniqua quorundam facinora liberè cœpit reprehendere; & tum Imperatori, tum Auguſtæ, utilia monita ſuggerebat. Sacerdotes quoque ut juxta Eccleſiæ leges viverent, commonebat: eos vero, qui leges illas transgredi auderent, ad altare accedere prohibebat: nefas eſſe dicens, ut Sacerdotum honore fruerentur ii, qui verorum Sacerdotum vitam nollent imitari. Neque vero urbem duntaxat Regiam hujuſmodi curâ ac ſollicitudine gubernabat, ſed & univerſam Thraciam, quæ in ſex provincias



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

diviſa eſt: & Aſiam totam, quæ ab undecim Præſidibus regitur; Ponticam præterea iisdẽ exornavit legibus. Quæ totidem Rectores habet quot Aſia.

A ἣ δὲ καὶ αὐτὴ ἀρχόντων ἰθύνεται. καὶ μέντοι καὶ τὴν ποντικὴν τούτοις κατεκόσμει τοῖς νόμοις, ἰσαρίθμους δὲ καὶ αὕτη ἔχει τῆς ἀσίας τοὺς ἡγουμένους.

## Cap. XXIX.

*De templis idolorum à Joanne ſubverſis in Phœnice.*

Porro cum didiciſſet, incolas Phœnices circa cultum ſimulachrorum adhuc inſanire, monachos quoſdam zelo Dei ferventes collegit; eosque Imperialibus edictis munitos, adverſus idolorum templa direxit. Pecunias verò, quæ artificibus templa diruentibus, eorumque miniſtris præbebantur, non ex Regiis theſauris depromebat; ſed opulentis & fide ac religione inſignibus matronis perſuadebat, ut hos ſumptus liberaliter ſuppeditarent, benedictionem, quæ ex hujusmodi largitione proveniret, iis oſtendens. Hac ratione, dæmonum templa, quæ adhuc ſupererant, ſolo æquavit.

## Κεφ. κθ'.

*Περὶ τῶν ἐν Φοινίκῃ δι' αὐτοῦ καταλυθέντων εἰδωλικῶν ναῶν.*

Μαθὼν δὲ τὴν Φοινίκην ἔτι περὶ τὰς τῶν δαιμόνων τελετὰς μεμηνέναι, ἀσκητὰς μὲν ζήλῳ θείῳ πυρπολουμένους συνέλεξε. νόμοις δὲ αὐτοὺς ὁπλίσας βασιλικοῖς, κατὰ τῶν εἰδωλικῶν B ἐξέπεμψε τεμενῶν. τὰ δὲ τοῖς καταλύουσι τεχνίταις καὶ τοῖς τούτων ὑπουργοῖς χορηγούμενα χρήματα, οὐκ ἐκ ταμιείων βασιλικῶν λαμβάνων ἀνήλισκεν. ἀλλὰ τὰς πλούτῳ κομώσας καὶ πίστει λαμπρυνομένας γυναῖκας, φιλοτίμως ταῦτα παρέχειν ἀνέπειθε, τὴν ἐκ τῆς χορηγίας φυομένην εὐλογίαν ὑποδεικνύς. τοὺς μὲν οὖν ὑπολειφθέντας τῶν δαιμόνων σηκοὺς τοῦτον τὸν τρόπον ἐκ βάθρων ἀνέσπασεν.

## Cap. XXX.

*De Eccleſia Gothorum.*

C

Præterea cum Scytharum Gentem Arianæ perfidiæ laqueis irretitam teneri cerneret, ipſe quoque machinas omnes adhibuit, & ut prædam caperet, hac arte uſus eſt. Ejusdem enim cum ipſis linguæ Presbyteros & Diaconos ac Lectores cum ordinaſſet, unam illis Eccleſiam aſſignavit: eorumque operâ multos à priſtino errore revocavit. Nam & ipſe eò ſæpius veniens concionem habebat, utens interprete quopiam qui utramque linguam calleret: & eos, qui dicendi facultate præditi eſſent, ut idem facerent hortabatur. Et hæc quidem intus in ipſa urbe agere non deſinebat; multosque qui decepti fuerant venabatur, Apoſtolicæ prædicationis veritatem ei oſtendens.

## Κεφ. λ.

*Περὶ τῆς ἐκκλησίας τῶν γότθων.*

Ὁρῶν δὲ καὶ τὸν σκυθικὸν ὅμιλον ὑπὸ τῆς ἀρειανικῆς θηρευθέντα σαγήνης, ἀντιμηχανήσατο καὶ αὐτὸς, καὶ πόρον ἄγρας ἐξεῦρεν. ὁμογλώττους γὰρ ἐκείνων πρεσβυτέρους καὶ διακόνους καὶ τοὺς τὰ θεῖα ὑπαναγινώσκοντας λόγια προβαλλόμενος, μίαν τούτοις ἀπένειμεν ἐκκλησίαν, καὶ διὰ τούτων πολλοὺς τῶν πλανωμένων ἐθήρευσεν. αὐτός τε γὰρ τὰ πλεῖστα ἐκεῖσε φοιτῶν διελέγετο, ἑρμηνευτῇ χρώμενος τῷ ἑκατέραν γλῶσσαν ἐπισταD μένῳ τινὶ καὶ τοὺς λέγειν ἐπισταμένους τοῦτο παρεσκεύαζε δρᾶν. ταῦτα μὲν οὖν ἔνδον ἐν τῇ πόλει διετέλει ποιῶν, καὶ πολλοὺς τῶν ἐξηπατημένων ἐζώγρει, τῶν ἀποστολικῶν κηρυγμάτων ἐπιδεικνὺς τὴν ἀλήθειαν.

## Cap. XXXI.

*De ejusdem erga Scythas providentia & de zelo adverſus Marcioniſtas.*

Iam vero cum accepiſſet Scythas quoſdam Nomadas, qui ad Iſtrum tentoria fixerant, ſalutem quidẽ ſitire; ſed qui latices ipſis præberet neminem reperiri; viros conquiſivit, qui Apoſtolicos labores æmularẽtur, eosq; Barbaris

## Κεφ. λα'.

*Περὶ τῆς εἰς σκύθας ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένης προνοίας, καὶ τοῦ κατὰ τῶν μαρκιανιστῶν ζήλου.*

Μαθὼν δέ τινας τῶν νομάδων σκυθῶν παρὰ τὸν ἴστρον ἐσκηνωμένους, δίψην μὲν τῆς σωτηρίας, ἐστερῆσθαι δὲ τοῦ τὸ νᾶμα προσφέροντος, ἐπεζήτησεν ἄνδρας τὴν ἀποστολικὴν φιλοπονίαν ἐζηλωκότας, καὶ τούτους

ἐκείνοις ἐπέστησεν. ἐγὼ δέ τοι καὶ γράμμασιν ἐντετύχηκα παρ' αὐτοῦ γραφεῖσι πρὸς λεόντιον τὸν ἀγκύρας ἐπίσκοπον, δι' ὧν καὶ τὴν σκυθῶν ἐδήλωσε τὴν μεταβολὴν, καὶ πεμφθῆναι ἄνδρας πρὸς τὴν τούτων ποδηγίαν ἐπιτηδείους ἠξίωσεν. ἐν τῇ χώρᾳ δὲ τῇ ἡμετέρᾳ τὴν μαρκίωνος νόσον κώμαις τισὶν ἐπισκῆψαι μαθὼν, ἐπέστειλε τῷ τηνικαῦτα ποιμαίνοντι, καὶ προτρέπων ἐξελάσαι τὴν νόσον, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν βασιλικῶν νόμων ἐπικουρίαν ὀρέγων. ὅπως μὲν οὖν τὴν τῶν ἐκκλησιῶν μέριμναν ἐν τῇ ψυχῇ περιέφερε κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον, ἱκανὰ καὶ ταῦτα διδάξαι.

## Κεφ. λβʹ.

Περὶ τῆς γαϊνᾶ αἰτήσεως καὶ τῆς ἰωάννου τοῦ χρυσοστόμου ἀντιῤῥήσεως.

Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρωθεν αὐτοῦ τὴν παῤῥησίαν μαθεῖν. γαϊνᾶς τις, σκύθης μὲν τὸ γένος, βαρβαρικώτερος δὲ τὴν γνώμην, φρονήματι δὲ τυραννικῷ κεχρημένος, ἐστρατήγει κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, πολλοὺς μὲν καὶ τῶν ὁμοφύλων ὑπηκόους ἔχων, ἄγων δὲ μετὰ τούτων καὶ τῶν ῥωμαίων τήν τε ἱππικὴν καὶ πεζικὴν στρατιάν. ἐπεφρίκεσαν δὲ αὐτὸν, οὐ μόνον οἱ ἄλλοι πάντες, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς, τὴν μελετωμένην ὑφορώμενος τυραννίδα. οὗτος τῆς ἀρείου λώβης μεταλαχὼν, ἕνα αὐτῷ δοῦναι τῶν θείων σηκῶν ἐπήγγειλε τὸν βασιλέα. ὁ δὲ σκοπήσειν ἔφη, καὶ θεραπεύσειν ἐπηγγείλατο· καὶ τὸν θεῖον μεταπεμψάμενος ἰωάννην, καὶ τὴν αἴτησιν εἶπε, καὶ τῆς δυναστείας ἀνέμνησε, καὶ τὴν μελετωμένην ὑπηνίξατο τυραννίδα, καὶ παρεκάλει τῇ δόσει χαλινῶσαι τὸν τοῦ βαρβάρου θυμόν. ὁ δὲ γενναῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ, μὴ τοιαῦτα, ἔφη, ὦ βασιλεῦ ὑπισχνοῦ, μηδὲ διδόναι παρακελεύου τὰ ἅγια τοῖς κυσίν. οὐ γὰρ ἀνέξομαι, τοὺς μὲν τὸν θεὸν λόγον θεολογοῦντάς τε καὶ ὑμνοῦντας ἐξαγαγεῖν. τοῖς δὲ τοῦτον βλασφημοῦσιν ἐκδοῦναι τὸν θεῖον νεών. καὶ μήτοι δείσῃς τὸν βάρβαρον ἐκεῖνον ὦ βασιλεῦ. ἀλλὰ ἄμφω καλέσας, ἐμέ τε κἀκεῖνον, σὺ μὲν ἡσυχῇ τῶν λεγομένων ὑπάκουε. ἐγὼ δὲ ἐκείνου χαλινώσω τὴν γλῶτταν, καὶ πείσω ἥκιστα αἰτῆσαι, ὃ μὴ δοῦναι συμφέρει. τούτων ἀκούσας ὁ βασιλεὺς, ἥσθη τε καὶ τῇ ὑστεραίᾳ ἀμφοτέρους ἐκάλεσε. καὶ ὁ μὲν τὴν

A illis præfecit. Ego certè litteras ejus perlegi ad Leontium Ancyræ Epiſcopum ſcriptas, quibus & Scytharum converſionem ei ſignificat, & viros mitti poſtulat idoneos, qui ſalutis viam eis demonſtrent. Sed & in regione noſtra vicos quoſdam Marcionis hæreſi laborare cum didiciſſet, Epiſcopo qui tunc præſidebat litteras ſcripſit, hortans ut morbum illum repelleret, & Imperialium legum auxilium offerens. Qualiter igitur Eccleſiarum curam ac ſollicitudinem, juxta divinum Apoſtolum, animo ſuo circumtulerit, ex his B abunde cognoſci poteſt.

## Cap. XXXII.

*De petitione Gainæ, & Joannis Chryſoſtomi reſponſione.*

Sed & aliunde fiduciam ejus licet perſpicere. Gaina quidam natione Gothus, ſed animo magis Barbarus, & inſolentia faſtuque tyrannico præditus, eo tempore Magiſter erat militiæ: ex Gente ſua quamplurimos ſub ſe habens, & pedeſtres atque equeſtres Romanorum copias ductans. Metuebant C autem illum, non alii ſolum omnes, ſed ipſe etiam Imperator, quippe qui tyrannidem eum moliri ſuſpicaretur. Hic cum eſſet Ariana labe inquinatus, unam ſibi Eccleſiam ab Imperatore dari poſtulavit. Imperator verò, deliberaturum ſe dixit, daturumque operam, ut deſiderio ejus ſatisfieret, promiſit. Mox divino Joanni ad ſe accerſito petitionem Gainæ indicat, ejuſque potentiam commemorat, & tyrannidem eum meditari non obſcure innuit; hortaturque ut hac donatione animum Barbari compeſcat. Verum generoſus ille vir Imperatori ita reſpondit: Noli D iſta promittere, Imperator, nec ſancta canibus dari jube. Neque enim unquam adduci poſſum, ut eos quidem, qui Deum Verbum palam prædicant ac laudant, ejiciam: iis vero, qui illum blaſphemant, eccleſiam Dei tradam. Nec vero Barbarus ille metum tibi injiciat, Imperator. Sed ubi ambos nos accerſiveris, me atque illum, tu quidem tacitus auſculta iis, quæ dicentur. Ego vero linguam ejus comprimam, faciamque ne deinceps ea poſtulet, quæ non expedit dari. His auditis, Imperator magnopere gaviſus eſt, & poſtridie utrumque acciri juſſit. Et Gaina quidem,

promiſſa ſibi dari flagitabat. Magnus autem Joannes reclamabat, dicens, non licere Imperatori, qui pietatem profiteretur, adverſus res divinas quidquam præſumere. Cumque ille æquum eſſe diceret, ut ipſe quoque ædem ſacram in qua precaretur, haberet: Omnes, inquit magnus Joannes, tibi apertæ ſunt ædes ſacræ, nec ullus aditum prohibet, ſi orare volueris. Tum Gaina: At ego, inquit, alterius ſum ſectæ; & cum conſortibus meis unam ut habeam Eccleſiam peto: idqve jure mihi petere videor, quippe qui multa pro Romanis bellorum diſcrimina pertulerim. Ad hæc Joannes: Sed habes, inquit, præmia laboribus tuis multo majora. Nam & Magiſter militum, & Conſulari veſte ornatus es. Conſideres oportet quid olim fueris, & quid nunc ſis: & quanta quidem fuerit prior egeſtas tua; quanta vero nunc rerum omnium copia: quibus veſtimentis uſus ſis priusquam Iſtrum trajiceres; & quibus nunc induaris. Perpende igitur quam exigui ſint labores tui, & quam ampla ſint præmia: nec ingratus eſſe velis erga eos, qui te honoribus auxerunt. Hujusmodi uſus ſermonibus doctor ille orbis terrarum, os Gainæ obturavit, & tacere eum compulit. Aliquanto poſt tempore Gaina in apertam tyrannidem erupit: collectoq; per Thraciam exercitu, vaſtare omnia ac prædari cœpit. Quibus nuntiatis, omnes metu perculſi ſunt, tam Magiſtratus, quàm privati. Nec ullus erat, qui prælio congredi cum eo vellet, nullus qui legationem ad eum obire tutum crederet, cum ſinguli barbarum ejus ingenium reformidarent.

A ἐπαγγελίαν ἐζήτει. ὁ δὲ μέγας Ἰωάννης, ἀντέλεγε φάσκων, οὐκ ἐξεῖναι βασιλεῖ τῶν θείων καταθολμᾶν, εὐσεβεῖν γε προαιρουμένῳ. ἐκείνου δὲ λέγοντος ὡς χρὴ καὶ αὐτὸν εὐκτήριον ἔχειν οἶκον· ἅπας σοι, ἔφη ὁ μέγας Ἰωάννης, ὁ θεῖος οἶκος ἠνέῳκται, καὶ οὐδεὶς εἴργει προσεύξασθαι προθυμούμενον. ἀλλ' ἐγώ, ἔφη ὁ Γαϊνᾶς, ἑτέρας ὑπάρχω συμμορίας· καὶ σὺν ἐκείνοις ἕνα θεῖον οἶκον ἔχειν αἰτῶ· καὶ μάλα γε δικαίως αἰτῶ, πολλοὺς ὑπὲρ Ῥωμαίων πολεμικοὺς ὑπομένων ἀγῶνας. B ἀλλ' ἔχεις, ἔφη, μείζους τῶν πόνων τὰς ἀντιδόσεις. στρατηγός τε γὰρ εἶ, καὶ τῆς ὑπατικῆς ἠξιώθης στολῆς· καὶ χρή σε σκοπῆσαι, τί μὲν ἦσθα πάλαι, τί δὲ γεγένησαι νῦν· καὶ τίς μὲν ἡ προτέρα πενία, τίς δὲ ἡ παροῦσα περιουσία· καὶ ὁποίοις μὲν ἐσθήμασιν ἐκέχρησο πρὶν διαβῆναι τὸν Ἴστρον, ὁποῖα δὲ νῦν περιβέβλησαι. σκόπησον τοίνυν ὡς ὀλίγοι οἱ πόνοι, μέγιστα δὲ τὰ γέρα, καὶ μὴ γίνου περὶ τοὺς τετιμηκότας ἀχάριστος. τοιούτοις χρώμενος λόγοις ὁ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος, ἐπεστόμισε τὸν Γαϊνᾶν, καὶ σιγὴν ἔχειν ἠνάγκασε. χρόνου δὲ διελθόντος, τὴν πάλαι C μελετηθεῖσαν ἐκεῖνος ἐγύμνωσε τυραννίδα, καὶ τὴν στρατιὰν ἐν τῇ Θρᾴκῃ συναγαγών, ἐλῄζετό τε καὶ ἐδῄου τὰ πλεῖστα· ταῦτα μεμαθηκότες κατέπληξαν ἅπαντες καὶ ἄρχοντες καὶ ἀρχόμενοι· καὶ οὔτε παρατάττεσθαί τις πρὸς ἐκεῖνον ἐβούλετο, οὔτε πρεσβεύεσθαι ἀδεῶς ὑπελάμβανε. τὸ γὰρ τῆς γνώμης βαρβαρικὸν ἕκαστος ὑφωρᾶτο.

## Cap. XXXIII.

*De Chryſoſtomi ad Gainam legatione.*

D

TUnc ergo omiſſis reliquis omnibus, qvippe qui metu perculſi eſſent, fortiſſimum hunc virum rogarunt, ut legatus ad Gainam proficiſceretur. Qui nec ſuſceptam adverſus eum altercationem conſiderans, nec ortam ex ea re ſimultatem, ſtatim alacri animo perrexit in Thraciam. Porro Gaina de legati adventu certior factus, & priſtinam ejus pro pietatis defenſione fiduciam memoriâ repetens, libenti animo obviam ei proceſſit longiſſimè, ejusque dexteram oculis ſuis impoſuit, & filios ſuos ſacris

## Κεφ. λγ'.

Περὶ τῆς παρὰ τοῦ Χρυσοστόμου πρὸς αὐτὸν πρεσβείας.

ΤΌτε τοὺς ἄλλους ἅπαντας ὡς δεδιότας καταλιπόντες, τὸν μέγαν τοῦτον ἔπεισαν ἀριστέα τὴν πρεσβείαν ποιήσασθαι. ὁ δέ, οὔτε τὴν γεγενημένην ἀντίστασιν λογισάμενος, οὔτε τὴν ἐξ ἐκείνης φῦσαν διαφοράν, προθύμως εἰς τὴν Θρᾴκην ἐξώρμησε. γνοὺς δὲ ἐκεῖνος τὸν πρεσβευτήν, καὶ τὴν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας γεγενημένην ἐνθυμηθεὶς παρρησίαν, ὑπήντησέ τε προθύμως πόρρωθεν, καὶ τὴν ἐκείνου δεξιὰν τοῖς ὀφθαλμοῖς περιέθηκε, καὶ μέν τοι καὶ τοὺς παῖδας τοῖς ἱεροῖς αὐτο

προσεκόμισε γόνασιν. οὕτω πέφυκεν ἀρετὴ καταιδεῖν τε καὶ καταπλήττειν καὶ τοὺς ἄγαν δυσμενεστάτους.

## Κεφ. λδʹ.

Περὶ τῶν δι' αὐτὸν συμβεβηκότων.

Ἀλλ' οὐκ ἤνεγκεν ὁ φθόνος τὰς τῆς ἐκείνου φιλοσοφίας μαρμαρυγάς· ἀλλὰ ταῖς οἰκείαις χρησάμενος μηχαναῖς, τὴν βασιλεύουσαν πόλιν, μᾶλλον δὲ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν, τῆς ἐκείνου γλώττης ἐστέρησε καὶ φρενός. ἐγὼ δὲ ἐν τῷδε τῷ μέρει τῆς ἱστορίας γινόμενος, οὐκ οἶδα ὅ, τι πάθω. διηγήσασθαι γὰρ τὴν κατὰ τούτου τολμηθεῖσαν ἀδικίαν βουλόμενος, τὴν ἄλλην ἀρετὴν τῶν ἠδικηκότων αἰσχύνομαι. οὗ δὴ χάριν αὐτῶν καὶ τὰς προσηγορίας καταχρύψαι πειράσομαι. οὗτοι διαφόρους δυσμενείας ἐσχηκότες προφάσεις, τὴν μὲν ἀστράπτουσαν τοῦ ἀνδρὸς ἰδεῖν οὐκ ἠθέλησαν ἀρετήν. δυστήνους δέ τινας κατηγόρους εὑράντες, καὶ τῆς συκοφαντίας τὸ προφανὲς θεώμενοι, πόῤῥω τοῦ ἄστεως ἐκάθησαν τὸ συνέδριον, καὶ τὴν ψῆφον ἐξήνεγκαν. ὁ δὲ βασιλεὺς ὡς ἱερεῦσι πιστεύσας, πόῤῥω αὐτὸν τοῦ ἄστεος γενέσθαι προσέταξεν. ὁ δὲ μή τε τῆς κατηγορίας ἀκούσας, μήτε τὴν ἀπολογίαν προσενεγκὼν, ὡς ἐληλεγμένος ἐφ' οἷς ἠπάθη καταλιπεῖν τὴν πόλιν ἠναγκάσθη, καὶ τὸ ἐν τῷ στόματι τοῦ πόντου κείμενον κατέλαβεν ἱερόν· οὕτω γὰρ ἐκεῖνο τὸ ἐπίνειον ὀνομάζουσι. σεισμοῦ δὲ μεγίστου νύκτωρ γεγενημένου, καὶ δείματος τὴν βασιλίδα κατεσχηκότος, πρέσβεις ὑπὸ τὴν ἕω πρὸς τὸν ἐληλαμένον ἀπεστάλησαν, ἀντιβολοῦντες ὡς τάχιστα τὸ ἄστυ καταλαβεῖν, καὶ στῆσαι τῇ πόλει τὸν κίνδυνον. καὶ ἕτεροι δὲ μετ' ἐκείνους ἐπέμφθησαν, καὶ ἄλλοι μετὰ τούτους, καὶ πλήρης ὁ βόσπορος τῶν πεμπομένων ἐγένετο. ἐπειδὴ δὲ τοῦτο ὁ πιστότατος ἔγνω λεὼς, ἐκάλυψαν τοῖς πορθμείοις τῆς προποντίδος τὸ στόμα. ἅπαντες γὰρ ὑπήντησαν, τὰς ἐκ κηροῦ λαμπάδας προσάπτοντες. τότε μὲν οὖν τὸ τῶν δυσμενῶν διελύθη στῖφος. ὀλίγων δὲ διελθόντων μηνῶν, συνηθροίσθησαν αὖθις· καὶ δίκας εἰσέπραττον οὐ τῶν ψευδῶν ἐκείνων γραφῶν, ἀλλὰ τῆς μετὰ τὴν καθαίρεσιν λειτουργίας. ὁ δὲ ἔλεγε, μήτε δικάσασθαι, μήτε τῶν γραφῶν ἐπακοῦσαι, μήτε ἀπολογίαν ποιήσασθαι, μήτε μὴν κατακριθῆναι παρών, ἀλλ' ὑπὸ βασιλέως ἐξελαθῆναί τε, καὶ αὖ πάλιν ἀνακληθῆναι. καὶ συνόδου συγκροτηθείσης ἑτέρας, οὐκ

A illius genibus admovit. Adeo virtus infeſtiſſimo cuique reverentiam ac terrorem injicere ſolet.

## Cap. XXXIV.

*De iis, quæ Joannis cauſâ acciderunt.*

Verum invidia ſplendorem ejus ſapientiæ ferre non potuit. Itaque conſuetis utens artibus, Conſtantinopolim, ſeu potius orbem terrarum ejus eloquentiâ ac doctrinâ orbavit. Ego vero ad hanc hiſtoriæ partem de-
B lapſus, qualiter affectus ſim neſcio. Nam dum injurias ei illatas narrare cupio, eorum qui injuriarum auctores fuere, reliquæ omnes virtutes mihi pudorem injiciunt. Quocirca ipſorum etiam nomina tegere conabor. Hi ergo cum diverſas haberent odii ac ſimultatis cauſas, coruſcantem quidem ejus viri virtutem intueri noluerunt. Infelices vero quoſdam accuſatores nacti, cum calumnias manifeſtas eſſe perſpicerent, procul ab urbe ſynodum congregarunt, & ſententiam tulerunt. Porro Imperator credens ſacerdotibus, eum procul ab
C urbe Regia relegavit. Joannes igitur cum nec audiſſet accuſationem, nec defenſionem attuliſſet, quaſi convictus fuiſſet de criminibus, quæ ipſi objecta erant, coactus eſt urbe excedere, & ad navale in oſtio Ponti ſitum, quod Hieron vocant, perrexit. Sed cum noctu ingens terræ motus contigiſſet, ipſamque Auguſtam gravis invaſiſſet terror, legati primo diluculo ad exulem mittuntur, rogaturi ut quamprimum ad urbem rediret, & civitatem periculo liberaret. Poſt hos ſecundi miſſi ſunt, & poſt ſecundos tertii; adeo ut Boſporus legatorum multitudine
D compleretur. Quod cum cognoviſſet fideliſſimus populus, ſtatim oſtium Propontidis navigiis obtexit. Univerſi enim obviam proceſſerunt cereas faces præferentes. Ac tum quidem caterva inimicorum diſſipata eſt. Paucis vero menſibus elapſis, iterum convenerunt, pœnasque ab eo exegerunt non jam falſorum criminũ illorum, ſed quod poſt depoſitionem miniſterio ſuo functus fuiſſet. Verum ille ajebat ſe judicatum non fuiſſe, & nec crimina objecta audiiſſe, nec iis reſpondiſſe, nec præſentem condemnatum eſſe; ſed ab Imperatore expulſum, ac denuo eſſe revocatum. Altera igitur ſynodo congregata, judicio opus non habuerunt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Joannis inimici. Sed cum Imperatori perſuaſiſſent juſtam ac legitimam fuiſſe ſententiam, non urbe ſolum Regia eum expulerunt, ſed in parvum quoddam ac deſertum Armeniæ oppidum relegarunt, cui nomen eſt Cucuſo. Mox inde eductum, Pityuntem tranſportarunt. Oppidum eſt ſitum in extremis finibus Ponti & Imperii Romani, quod accolunt crudeliſſimi Barbari. Verum clemens Dominus, invictum athletam ad hanc inſulam non permiſit abduci. Nam cum veniſſet Comana, ad vitam ſenii ac doloris expertem eum tranſtulit. Corpus verò ejus quod egregio certamine perfunctum fuerat, juxta loculum ſancti Martyris Baſiliſci depoſitum eſt, cum id Martyr in ſomnis apparens fieri juſſiſſet. Porro quot Epiſcopi ejus causâ pulſi ſint Eccleſiis, & in extremos Imperii Romani fines deportati: quot item Monachi eandem calamitatem perpeſſi ſint, ſuperfluum arbitror commemorare, & prolixam hiſtoriam texere: præſertim cum ea, quæ triſtia ſunt, contrahenda eſſe cenſeam, & Auctorum, qui ejuſdem nobiſcum ſunt fidei, errata obtegenda. Plerique certe eorum, qui injurias fecerant, pœnas dederunt, & per ea quæ paſſi ſunt, emolumentum aliis attulerunt. Cæterùm hanc injuſtitiam præcipue deteſtati ſunt Epiſcopi Europæ. A communione enim eorum, qui hæc fecerant, ſe ipſos ſepararunt. Illyriciani quoque omnes, eorum partibus ſeſe adjunxerunt. Orientalium verò urbium quamplurimi, communionem quidem ſceleris refugerunt: corpus tamen Eccleſiæ haudquaquam diſciderunt. Et poſt mortem magni Doctoris orbis terrarum, Occidentales Epiſcopi, Epiſcoporum Ægypti & Orientis, & Boſpori ac Thraciæ communionem non prius admiſerunt, quàm divini illius viri nomen unà cum reliquis fato functis Epiſcopis conſignaſſent. Et Arſacium quidem, qui poſt illum ordinatus eſt, ne ſalutare quidem dignati ſunt. Atticum verò Arſacii ſucceſſorem, qui multas ad ipſos legationes miſerat, & pacem cum ipſis habere poſtulaverat, tandem ſuſceperunt, poſtquam is nomen illius in ſacras tabulas retuliſſet.

A ἐδεήθησαν δίκης οἱ δυσμενεῖς. ἀλλὰ τὸν βασιλέα πείσαντες ἔννομον καὶ δικαίαν εἶναι τὴν ψῆφον, οὐ μόνον τῆς πόλεως ἐκείνης ἐξήλασαν, ἀλλὰ καὶ εἴς τινα πολίχνην σμικράν τε καὶ ἔρημον τῆς ἀρμενίας ἐξέπεμψαν· κουκουσὸς δὲ ὄνομα ταύτῃ. κἀκεῖθεν δὲ ἐξαγαγόντες, εἰς πιτυοῦντα μετῴκισαν. τέρμα δὲ τοῦτο καὶ τοῦ πόντου καὶ τῆς ῥωμαίων ἡγεμονίας, τοῖς ὠμοτάτοις γειτονεῦον βαρβάροις. ἀλλ' ὁ φιλάνθρωπος οὐκ εἴασε δεσπότης εἰς ἐκεῖνο τὸ συνέδριον ἀπαχθῆναι τὸν καλλίνικον ἀθλητήν. εἰς γὰρ κόμανα παραγενόμενον, εἰς τὸν ἀγήρω καὶ ἄ-
B λυπον μετέθηκε βίον. τὸ δέ γε καλῶς ἀγωνισάμενον σῶμα, παρὰ τὴν θήκην ἀπετέθη βασιλίσκου τοῦ μάρτυρος, τοῦτο δι' ὀνείρατος προστεταχότος τοῦ μάρτυρος. ὁπόσοι μὲν τῶν ἐπισκόπων δι' ἐκεῖνον τῶν ἐκκλησιῶν ἐξηλάθησαν, καὶ αὐτὰς ᾤκησαν τὰς τῆς οἰκουμένης ἐσχατιάς, ὁπόσοι δὲ καὶ τῶν τὴν ἀσκητικὴν φιλοσοφίαν ἠγαπηκότων τοῖς ἴσοις παθήμασι περιέπεσον, περιττὸν οἶμαι διηγεῖσθαι, καὶ μηκύνειν τὴν συγγραφήν. ἄλλως τε καὶ χρῆναι νομίζω συστέλλειν τὰ σκυθρωπά, καὶ τῶν δε-
C δρακότων ὁμοπίστων ὄντων συγκαλύπτειν τὰ πλημμελήματα· ἔδοσαν μέντοι δίκας τῶν ἠδικηκότων οἱ πλεῖστοι, καὶ τοῖς ἄλλοις δι' ὧν ἔπαθον τὴν ὠφέλειαν προσήνεγκαν. ταύτην ἐβδελύξαντο διαφερόντως τὴν ἀδικίαν τῆς εὐρώπης ἐπίσκοποι. τῆς γὰρ τῶν δεδρακότων σφᾶς αὐτοὺς ἀπέκειραν κοινωνίας· καὶ ἰλλυριοὶ δὲ πάντες τῆς μερίδος ἐκείνης ἐγένοντο. τῶν δὲ πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα πόλεων οἱ πλεῖστοι ἔφυγον μὲν τῆς ἀδικίας τὴν κοινωνίαν· τὸ δὲ τῆς ἐκκλησίας οὐκ ἐμέρισαν σῶμα· καὶ τελευτήσαντος δὲ τοῦ μεγάλου διδασκάλου τῆς οἰκου-
D μένης, οὐ πρότερον οἱ τῆς ἑσπέρας ἐπίσκοποι τῶν ἐν αἰγύπτῳ καὶ τῇ ἕῳ, καὶ τῶν ἐν τῷ βοσπόρῳ καὶ τῇ θρᾴκῃ τὴν κοινωνίαν ἠσπάσαντο, ἕως ἐκείνου τοῦ θεσπεσίου ἀνδρὸς τοὔνομα τοῖς τεθνεῶσιν ἐπισκόποις συνέταξαν. καὶ ἀρσάκιον μὲν, ὃς μετ' ἐκεῖνον ἐγένετο, προσρήσεως οὐκ ἠξίωσαν. ἀττικὸν δὲ, τὸν ἀρσακίου διάδοχον, πολλάκις μὲν πρεσβευσάμενον, πολλάκις δὲ τῆς εἰρήνης τυχεῖν ἀξιώσαντα, χρόνῳ ὕστερον ἐδέξαντο τὴν προσηγορίαν ἐγγράψαντα.

Κεφ.

A

## Κεφ. λε΄.

*Περὶ κυρίλλου τοῦ ἐπισκόπου ἀλεξανδρείας, καὶ τοῦ ἀλεξάνδρου ἐπισκόπου ἀντιοχείας.*

Κατὰ τοῦτον δὲ τὸν χρόνον, ἀλεξανδρείας μὲν κύριλλος ἐπίσκοπος ἦν, θεοφίλου μὲν ἀδελφιδοῦς, τοῦ δὲ θείου τὴν προεδρείαν λαχών. τῆς δὲ ἱεροσολύμων ἐκκλησίας ἰωάννης εἶχε τὴν προεδρείαν, ἀνὴρ ἀξιάγαστος, κύριλλον διαδεξάμενος, οὗ καὶ πρόσθεν ἐμνήσθημεν. τὴν δὲ ἀντιοχέων ἀλέξανδρος ἐποίμαινε, συμμαχοῦσαν ἔχων τῇ ἀρχιερωσύνῃ τὴν πολιτείαν. ἐν ἀσκητικῇ γὰρ παλαίστρᾳ τὸν πρὸ τῆς ἐπισκοπῆς διατελέσας χρόνον, καὶ γυμνασάμενος ἐπὶ πλεῖστον, ὤφθη γενναῖος ἀγωνιστὴς, καὶ λόγῳ παιδεύων, καὶ βεβαιῶν τῷ βίῳ τὸν λόγον. οὗτος πορφύριον διεδέξατο, ὃς μετὰ φλαβιανὸν τοὺς οἴακας ἐκείνους παραλαβὼν, πολλὰ μνημεῖα φιλανθρωπίας κατέλιπεν. ἐκεῖνος μὲν οὖν, τῇ πυκνότητι διέπρεπε τῶν φρενῶν. ὁ δὲ θεῖος ἀλέξανδρος ἀσκήσει καὶ φιλοσοφίᾳ, καὶ ἀκτήμονι βίῳ, καὶ τῷ ῥεύματι τῆς γλώττης, καὶ μυρίοις ἑτέροις ἐπλεονέκτει χαρίσμασιν. οὗτος καὶ τὴν διεστῶσαν τοῦ μεγάλου συμμορίαν, ἣν πάλαι συναφθῆναι παυλῖνος ὤκνησε, καὶ μετ᾽ ἐκεῖνον εὐάγριος, πειθοῖ καὶ παρακλήσει χρώμενος τῷ λοιπῷ συνήρμοσε σώματι· καὶ ἐσχεδίασεν ἑορτὴν, ἧς παραπλησίαν οὐδεὶς ἐθεάσατο πώποτε. πάντας γὰρ τοὺς ὁμοπίστους παραλαβὼν, καὶ τοὺς ἱερωμένους καὶ τοὺς λοιποὺς, ἀφίκετο πρὸς τὴν ἐκείνων ὁμήγυριν. καὶ παραλαβὼν ψάλλοντας, καὶ μίαν ἁρμονίας ὑμνῳδίαν ὑφήνας, ἀπὸ τῆς πρὸς ἑσπέραν τετραμμένης πυλίδος, μέχρι τοῦ μεγίστου νεὼ, πᾶσαν τὴν ἀγορὰν ἀνθρώπων ἐπλήρωσε, καὶ ποταμὸν ἔδειξε λογικὸν, τὸν παραρρέοντα μιμούμενον ποταμόν. ταῦτα καὶ ὁρῶντες καὶ ἰουδαῖοι καὶ οἱ τὴν ἀρείου λώβην εἰσδεδεγμένοι, καὶ τὸ βραχύτατον τῶν ἑλλήνων λείψανον, ἔστενον καὶ ὠδύροντο, καὶ τοὺς ἄλλους θεώμενοι ποταμοὺς εἰς τὴν τῆς ἐκκλησίας ἐμβάλλοντας θάλασσαν. οὗτος τὴν ἰωάννου τοῦ πάνυ προσηγορίαν πρῶτος τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς διπτύχοις ἐνέταξε.

## Cap. XXXV.

*De Cyrillo Epiſcopo Alexandriæ & de Alexandro Epiſcopo Antiochiæ.*

Erat eo tempore Epiſcopus Alexandriæ Cyrillus, Theophili fratris filius, qui patruo in Epiſcopatu ſucceſſerat. Hieroſolymorum autem Eccleſiæ præſidebat Joannes, vir admiratione dignus, ſucceſſor Cyrilli cujus ſupra meminimus. Antiochenſem verò Eccleſiam regebat Alexander, adjutricem habens ſacerdotii converſationem. Nam cum ante Epiſcopatum vi-
B xiſſet in monaſterio, & diutiſſime illic ſeſe exercuiſſet, egregius athleta evaſit, ſermone auditores docens, & ſermonem vitâ confirmans. Hic in Epiſcopatu ſucceſſit Porphyrio, qui poſt Flavianum Eccleſiæ illius præſulatum ſortitus, multa benignitatis monumenta reliquerat. Atque hic quidem, excellenti quadam prudentia præditus fuit. Alexander verò arctioris vitæ inſtituto, ſtudio ſapientiæ, opum contemptu, eloquentia, aliisqve innumeris dotibus excelluit. Hic Euſtathianos, quos olim Paulinus, & poſt illum Evagrius conjungi reliquis haudquaquam permiſe-
C rant, blanda verborum perſuaſione, crebriſque exhortationibus alliciens, Eccleſiæ corpori ſociavit, & feſtivitatem ejuſmodi inſtituit, cujuſmodi nemo unquam vidit mortalium. Collectis enim omnibus, qui eandem cum ipſo doctrinam fidei ſequebantur, tam clericis, quam laicis, ad illorum conventum perrexit. Cumque illos pſallentes aſſumpſiſſet, & unum pſalmodiæ concentum texuiſſet, à portula, quæ ad occidentem Solem obverſa eſt uſque ad maximam Eccleſiam, totum forum hominibus complevit, & rationalem quendam fluvium exhibuit, ſi-
D milem ejus, qui civitatem alluit. Quæ cum viderent Judæi, & Ariana labe maculati, & qui ex Gentilibus adhuc ſupererant admodum pauci, gemebant ac lamentabantur, cum alios quoque fluvios in Oceanum Eccleſiæ ferri conſpicerent. Porro hic omnium primus, præſtantiſſimi Joannis nomen Eccleſiaſticis tabulis inſcripſit.

A

## Cap. XXXVI.

*Quomodo eos, qui Joannem perſecuti fuerant, poſtea facti ſui pœnituerit: & de reliquiarum ejus translatione.*

ALiquanto poſt ipſæ quoque magni doctoris reliquiæ in urbem Regiam translatæ ſunt. Atque iterum fidelis populus, mari præ navigiorum multitudine inſtar continentis effecto, oſtium Boſpori ad Propontidem ſitum facibus obtexit. Hunc porro theſaurum Regiæ urbi donavit is, qui nunc Imperium obtinet, qui & avi nomen præfert, & pietatem ejus integram atque illibatam ſervat. Hic igitur oculos & frontem loculo admovens, pro parentibus ſuis ſupplicavit, petens ut iis, qui per imprudentiam peccaſſent, veniam concederet. Jam enim dudum parentes illius ex hac vita migraverant, ipſum admodum puerum, orbum relinquentes. Sed Deus parentum & majorum ipſius, orbitatis mala eum experiri minime paſſus eſt: nam & piam educationem ei præſtitit, & Imperium vacuum à ſeditionibus ac tumultibus donavit; & tyrannica conſilia repreſſit. Memor itaque beneficiorum, auctorem ſuum aſſidue laudibus celebrat. Comites autem hymnorum habet ſorores ſuas, quæ perpetuam virginitatem colunt, & ſacrorum oraculorum meditationem pro ſummis deliciis habent, & quæ egentium neceſſitatem theſaurum tutiſſimum arbitrantur. Porro Imperator ipſe, tum aliis multis dotibus eſt ornatus, tum præcipue clementia ac manſuetudine, & animi tranquillitate, quæ nulla tempeſtate turbatur: ad hæc ſincera & probata fide. Cujus certiſſimum argumentum allaturus ſum.

## Κεφ. λϛʹ.

Περὶ τῆς ὕστερον γεγενημένης τοῖς πεπολεμηκόσιν Ἰωάννῃ τῷ ἐπισκόπῳ μεταμελείας, καὶ τῆς τῶν λειψάνων αὐτοῦ μετακομιδῆς.

ΧΡόνῳ μέντοι ὕστερον καὶ αὐτὰ τοῦ διδασκάλου τὰ λείψανα εἰς τὴν βασιλεύουσαν μετεκόμισαν πόλιν. καὶ πάλιν ὁ πιστὸς ὅμιλος ὡς ἠπείρῳ τῷ πελάγει διὰ τῶν πορθμείων χρησάμενος, τοῦ Βοσπόρου τὸ πρὸς τῇ Προποντίδι στόμα ταῖς λαμπάσι κατέκρυψε. τοῦτον ἐκείνῃ τῇ πόλει τὸν θησαυρὸν ὁ νῦν βασιλεύων B προσήνεγκεν, ὁ τοῦ πάππου καὶ τὴν προσηγορίαν λαχὼν, καὶ τὴν εὐσέβειαν φυλάξας ἀκήρατον. οὗτος ἐπιθεὶς τῇ λάρνακι καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὸ μέτωπον, ἱκετείαν ὑπὲρ τῶν γεγεννηκότων προσήνεγκε, συγγνῶναι τοῖς ἐξ ἀγνοίας ἠδικηκόσιν ἀντιβολήσας. πάλαι μὲν γὰρ ἐτεθνήκεσαν οἱ τούτου γονεῖς, κομιδῇ νέον ἐν ὀρφανείᾳ καταλιπόντες. ἀλλὰ πεῖραν αὐτὸν λαβεῖν τῆς ὀρφανείας οὐκ εἴασεν ὁ τῶν πατέρων καὶ τῶν προγόνων Θεός. τροφῆς τε γὰρ αὐτὸν μεταλαχεῖν εὐσεβοῦς παρεσκεύασε, καὶ τὴν βασιλείαν ἐφύλαξεν ἀστασίαστον, καὶ τὰς τυραννικὰς ἐχαλίνωσε γνώμας. τῶνδε τῶν C εὐεργεσιῶν μεμνημένος ἀεὶ, τὸν εὐεργέτην γεραίρει τοῖς ὕμνοις. ἔχει δὲ κοινωνοὺς τῆς ὑμνῳδίας τὰς ἀδελφὰς, διὰ βίου τὴν παρθενίαν ἀσκούσας, καὶ τρυφὴν ἡγουμένας μεγίστην τὴν τῶν θείων λογίων μελέτην, καὶ θησαυρὸν ἄσυλον νομιζούσας τῶν δεομένων τὰς χρείας. αὐτὸν μέντοι τὸν βασιλέα πολλὰ καὶ ἄλλα ἐκόσμει· οὐχ ἥκιστα δὲ φιλανθρωπία καὶ πρᾳότης, καὶ γαλήνη ψυχῆς ζάλην οὐ δεχομένη, καὶ πίστις ἀκραιφνής τε καὶ δόκιμος. καὶ ταύτης σαφὲς ἐπιδείξω τεκμήριον.

## Cap. XXXVII.

*Fides Theodoſii junioris & ſororum ejus.*

VIr quidam profeſſione monachus, ſed animo audacior, ad Imperatorem acceſſit, ut aliquid ab eo poſtularet. Quod cum ſæpius fruſtrà feciſſet, tandem Imperatori Eccleſiaſtica communione interdixit, injectoque vinculo diſceſſit. Verum fideliſſimus Imperator ad palatium reverſus, cum jam tempus inſtaret convivii, & adeſſent convivæ, negavit ſe prius cibum ſumpturum, quàm vinculis ſolutus eſſet. Atque idcirco

D

## Κεφ. λζʹ.

Περὶ τῆς πίστεως Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ.

ἈΝήρ τις ἀσκητικὸν μὲν ἀσπαζόμενος βίον, θρασυτέρᾳ δὲ χρώμενος γνώμῃ, προσελήλυθε τῷ βασιλεῖ περί του δεόμενος. ἐπειδὴ δὲ τοῦτο δράσας πολλάκις οὐκ ἔτυχε, τῆς ἐκκλησιαστικῆς αὐτὸν κοινωνίας ἐκώλυσε, καὶ τὸν δεσμὸν ἐπιθεὶς, ὑπεχώρησεν. ὁ δὲ πιστότατος βασιλεὺς, παραγενόμενος εἰς τὰ βασίλεια, καὶ τοῦ καιροῦ καλοῦντος εἰς εὐωχίαν, καὶ τῶν συσσιτῶν παρόντων, οὐκ ἔφη πρὶν λυθῆναι τὸν δεσμὸν, μεταλαχεῖν τροφῆς. καὶ τούτου

δὴ ἕνεκα πρὸς τὸν ἀρχιερέα τὸν οἰκειότατον ἔπεμψε, παρακαλῶν ἐπιτρέψαι τῷ δεδωκότι τὸν δεσμὸν διαλῦσαι. τοῦ δὲ ἐπισκόπου φήσαντος μὴ χρῆναι παρὰ παντὸς ὁτουοῦν δέχεσθαι τὸν δεσμὸν, καὶ δεδηλωκότος ὡς λέλυται, οὐκ ἐδέξατο τὴν λύσιν, ἕως ὁ δήσας σὺν πολλῷ τῷ πόνῳ ζητηθεὶς, τὴν κοινωνίαν ἀπέδωκεν. οὕτω τοῖς θείοις πεπίστευκε νόμοις. τούτου δὴ ἕνεκα καὶ αὐτὰ τῶν εἰδωλικῶν σηκῶν τὰ λειπόμενα, ἐκ βάθρων ἀνασπασθῆναι προσέταξεν, ὥστε τοὺς μεθ' ἡμᾶς ἐσομένους μηδὲν ἴχνος τῆς προτέρας ἐξαπάτης θεάσασθαι. τήνδε γὰρ τὴν διάνοιαν τῷ περὶ τούτων ἐντέθεικε νόμῳ. τούτων δὲ τῶν ἀγαθῶν σπερμάτων διηνεκῶς δρέπεται τοὺς καρπούς. τὸν γὰρ τῶν ὅλων δεσπότην προμηθούμενον ἔχει. καὶ γὰρ ἡνίκα Ῥοίλας Σκυθῶν τῶν νομάδων ἡγούμενος, τὸν Ἴστρον διέβη μετὰ στρατιᾶς ὅτι μάλιστα πλείστης, καὶ τὴν Θρᾴκην ἐδῄου καὶ ἐληΐζετο, καὶ τὴν βασιλίδα πόλιν πολιορκήσειν τε καὶ αὐτοβοεὶ αἱρήσειν, καὶ ἀνάστατον ἠπείλει ποιήσειν, σκηπτοῖς ἄνωθεν ὁ θεὸς καὶ πρηστῆρσι βαλὼν, καὶ αὐτὸν κατέφλεξε, καὶ τὴν στρατιὰν κατανάλωσεν ἅπασαν. τοιοῦτον δέ τι κἀν τῷ περσικῷ πολέμῳ πεποίηκεν. ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνοι τὴν ῥωμαίων ἀσχολίαν μεμαθηκότες, κατὰ τῶν ἀστυγειτόνων ἐστράτευσαν, τὰς περὶ τῆς εἰρήνης παραβεβηκότες σπονδὰς, ἐπεκούρει δὲ τοῖς πολεμουμένοις οὐδείς. τῇ γὰρ εἰρήνῃ τεθαρρηκὼς ὁ βασιλεὺς, εἰς ἑτέρους πολέμους καὶ τοὺς στρατηγοὺς καὶ τοὺς στρατιώτας ἐξέπεμψεν· ὑετῷ λαβροτάτῳ καὶ χαλάζῃ μεγίστῃ βαλὼν, τὴν ἐπὶ τὰ πρόσω πορείαν ἐκώλυσε, καὶ τὸν τῶν ἵππων ἐπέδησε δρόμον. καὶ ἐν εἴκοσι ἡμέραις, ἰσαρίθμους διανύσαι σταδίους οὐκ ἴσχυσαν, ἕως οἱ στρατηγοί τε ἀφίκοντο καὶ τοὺς στρατιώτας συνήθροισαν. καὶ ἐν τῷ προτέρῳ δὲ πολέμῳ, τούτους αὐτοὺς τὴν ἐπώνυμον τοῦ βασιλέως πολιορκοῦντας πόλιν, καταγελάστους ἀπέφηνε. πλείους γὰρ ἢ τριάκοντα ἡμέρας, πασσυδεὶ Γοροράνου τὴν προειρημένην κυκλώσαντος πόλιν, καὶ πολλὰς μὲν ἑλεπόλεις προσενεγκόντος, μηχαναῖς δὲ χρησαμένου μυρίαις, καὶ πύργους ἔξωθεν ὑψηλοὺς ἀντεγείραντος, μόνος ἀντέσχεν ὁ θεῖος ἀρχιερεύς. Εὐνόμιος δὲ τούτῳ ὄνομα ἦν. καὶ τῶν προσφερομένων μηχανημάτων τὴν ῥύμην διέλυσε· καὶ τῶν στρατηγῶν τῶν ἡμετέρων τὴν πρὸς τοὺς πολεμίους ἀπειρηκότων μάχην, καὶ τοῖς πολιορκουμένοις ἐπαρκεῖν οὐ τολμώντων,

A unum ex familiaribus ad Epiſcopum miſit, rogans ut mandaret ei, qui ligaverat, ut vinculum demeret. Cumque Epiſcopus reſpondiſſet, non à quovis vinculum accipi oportere, ſolutumque eum eſſe renuntiaſſet, ſolutionem non admiſit, donec is qui ligaverat, non ſine multo labore quæſitus, communionem reſtituiſſet. Tantam fidem habebat divinis legibus. Hujus rei cauſa, ipſa quoque idolorum templa, quæ adhuc ſupererant funditus deſtrui juſſit, ut poſteri ne veſtigium quidem ullum priſtini erroris poſſent intueri. B Hanc enim ſententiam Conſtitutioni ſuper ea re datæ inſervit. Porro ex his bonis ſeminibus fructus aſſidue percipit. Habet enim Dominum hujus univerſi, qui ipſius ſaluti utilitatique proſpiciat. Nam cum Roila Scytharum hac illac vagantium Regulus, Iſtrum cum innumerabili exercitu transgreſſus, Thraciam vaſtaret ac depopularetur, ipſamque urbem Regiam obſeſſurum ſe & primo impetu capturum, ac funditus everſurum eſſe minaretur, fulminibus & igneis turbinibus cœlitus immiſſis DEUS illum exuſſit, & univerſas ejus copias delevit. C Nec abſimile quiddam bello etiam Perſico præſtitit. Cum enim Perſæ Romanos alibi occupatos cernentes, rupto pacis fœdere, in vicinas ſibi provincias cum exercitu irrupiſſent, nec ullus adeſſet, qui auxilium ferret: Pacis enim fœdere confiſus Imperator, & Duces & milites ad alia bella miſerat: DEUS miſſo imbre, vehementiſſimo & ingenti grandine ulterius eos progredi vetuit, & equorum curſum inhibuit: adeo ut viginti dierum ſpatio, totidem ſtadia conficere haudquaquam potuerint, donec tandem & Duces ipſi advenerunt, & militares copias collegerunt. D Priore quoque bello, cum iidem Perſæ urbem Imperatori cognominem obſidione cinxiſſent, Deus illos ludibrio expoſuit. Nam cum Gorotanes rex triginta & amplius diebus ſupradictam urbem obſediſſet, multaſque ei teſtudines admoviſſet, & innumeras machinas adhibuiſſet; turres denique altiſſimas extrinſecus objeciſſet, ſolus ei reſtitit divinus Epiſcopus, Eunomius nomine. Is enim machinarum, quæ admovebantur, impetum fregit. Cumque Duces noſtri pugnare cum hoſtibus detrectarent, nec obſeſſis opem ferre auderent, ipſe ſeſe hoſtibus opponens,

urbem incolumem ſervavit. Et cum unus ex Regulis, qui Perſarum Regi parebant, more ſolito blaſphemare auſus fuiſſet, eademque dixiſſet, quæ olim Rapſaces & Sennacherib, & furore percitus incenſurum ſe Dei templum minatus eſſet; divinus ille vir rabiem illam ferre non valens, unam ex baliſtis cui nomen Apoſtoli Thomæ inditum erat, ad pinnam muri ſtatui juſſit. Cumque ingentem lapidem ei imponi præcepiſſet, mox in nomine ejus, qui blaſphematus fuerat, emitti mandavit, qui rectà in impium illum regulum delatus, & in impurum os ejus impactus, & vultum comminuit, & totum caput contrivit; cerebrum denique humi diſperſit. Quod cum vidiſſet is, qui exercitum collegerat, urbemque ſe capturum ſperabat, diſceſſit, re ipſa ſe victum confeſſus; metuque perculſus pacem cum Romanis pepigit. Adeo ſummus omnium rector ac moderator Deus, fideliſſimi Imperatoris curam gerit. Nam & ipſe famulum Dei ſe profitetur, & convenientem Domino exhibet cultum. Hic ergo reliquias maximi illius luminis orbis terrarum, deſideranti eas civitati reddidit. Verum hæc quidem poſtea contigerunt.

A οὗτος ἀντιπαραταττόμενος ἀπόρθητον τὴν πόλιν ἐφύλαξεν. ἑνὸς δὲ τῶν ὑπὸ τῶν βαρβάρων τελούντων βασιλέων, τὴν συνήθη βλασφημίαν τετολμηκότος, καὶ τὰ Ῥαψάκου καὶ Σενναχηρεὶβ φθεγξαμένου, καὶ μανικῶς ἀπειλήσαντος τὸν θεῖον πυρπολήσειν νεών, οὐκ ἐνεγκὼν τὴν λύτταν ὁ θεῖος ἐκεῖνος ἀνήρ, τὸ λιθοβόλον ὄργανον παρὰ τὴν ἔπαλξιν τεθῆναι κελεύσας, ὃ τοῦ ἀποστόλου Θωμᾶ ἐπώνυμον ἦν, καὶ λίθον μέγαν ἐπιτεθῆναι παρεγγυήσας, ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ βλασφημηθέντος ἀφεῖναι προσέταξεν. ὁ δὲ κατευθὺ τοῦ δυσσεβοῦς βασι-
B λέως ἐκείνου κατενεχθείς, καὶ τῷ στόματι προσπελάσας τῷ μυσαρῷ, τό, τε πρόσωπον διέφθειρε, καὶ τὴν κεφαλὴν συνέτριψεν ἅπασαν, καὶ τὸν ἐγκέφαλον διέρανε τῇ γῇ. τοῦτο θεασάμενος ὁ τὴν στρατιὰν ἀγείρας καὶ τὴν πόλιν αἱρήσειν ἐλπίσας, ᾤχετο τὴν ἧτταν διὰ τῶν πραγμάτων ὁμολογῶν, καὶ δείσας τὴν εἰρήνην ἐσπείσατο· οὕτως ὁ τῶν ὅλων παμβασιλεὺς τοῦ πιστοτάτου κήδεται βασιλέως. καὶ γὰρ δὴ καὶ οὗτος τὴν δουλείαν ὁμολογεῖ, καὶ τὴν ἁρμόττουσαν τῷ δεσπότῃ θεραπείαν προσφέρει. οὗτος τοῦ μεγάλου φωστῆρος τῆς οἰκουμένης
C τὰ λείψανα τῇ ποθούσῃ ἀποδέδωκε πόλει, ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον ἐγένετο.

---

## Cap. XXXIIX.

*De Theodoto Antiochenſi Epiſcopo.*

INterim vero mortuo Innocentio, præſtantiſſimo Romanæ urbis Epiſcopo, ſucceſſit Bonifacius: Bonifacium deinde excepit Zoſimus, Zoſimum Celeſtinus. Hieroſolymis verò poſt admirandum Joannem, Praylius Eccleſiæ curam ſuſcepit, vir nomini ſuo egregiè reſpondens. Antiochiæ autem, poſt divinum Alexandrum Theodotus, caſtitatis gemma, Eccleſiam illam gubernavit: vir ſingulari manſuetudine & exacta vivendi ratione conſpicuus. Hic Apollinaris ſectatores reliquo gregi adjunxit, rogatus ut illos Eccleſiæ corpori aggregaret. Multi tamen eorum, priſtini erroris haud obſcuram notam retinuerunt.

## Κεφ. λη΄.

Περὶ Θεοδότου τοῦ ἐπισκόπου Ἀντιοχείας.

ἸΝνοκέντιον δὲ ἐκεῖνον τὸν ἄριστον τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπον, Βονιφάτιος διεδέξατο· Ζώσιμος δέ, Βονιφάτιον· τὸν δὲ Ζώσιμον, Κελεστῖνος. ἐν Ἱεροσολύμοις δὲ μετὰ τὸν θαυμάσιον Ἰωάννην, Πραΰλιος τὴν τῆς ἐκκλησίας ἐπιστεύθη ἡγεμονίαν, ἀνὴρ τῷ ὄντι φερώνυμος. ἐν Ἀντιοχείᾳ δὲ μετὰ τὸν θεῖον Ἀλέξανδρον Θεόδοτος,
D τῆς σωφροσύνης ὁ μαργαρίτης, τὴν τῆς ἐκκλησίας προεδρίαν παρέλαβε, πρᾳότητι μὲν διαπρέπων, ἀκριβείᾳ δὲ βίου κοσμούμενος. οὗτος τὴν Ἀπολλιναρίου φατρίαν τοῖς ἄλλοις προβάτοις ἀνέμιξε, λιπαρηθεὶς αὐτοὺς ἑνῶσαι τῇ ποίμνῃ· πολλοὶ δὲ τούτων διέμειναν τὴν προτέραν λώβην ἐπίσημον ἔχοντες.

## Κεφ. λθʹ.

*Περὶ τοῦ ἐν Περσίδι διωγμοῦ, καὶ τῶν ἐκεῖ μαρτυρησάντων.*

Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον, Ἰσδιγέρδης ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς τὸν κατὰ τῶν ἐκκλησιῶν ἐκίνησε πόλεμον, πρόφασιν ἐντεῦθεν λαβών. Ἀβδάς τις ἐπίσκοπος ἦν, πολλοῖς κοσμούμενος εἴδεσιν ἀρετῆς· οὗτος οὐκ εἰς δέον τῷ ζήλῳ χρησάμενος πυρεῖον κατέλυσε· πυρεῖα δὲ καλοῦσιν ἐκεῖνοι τοῦ πυρὸς τοὺς νεώς. θεὸν γὰρ τὸ πῦρ ὑπειλήφασι. τοῦτο μαθὼν παρὰ τῶν μάγων ὁ βασιλεύς, μετεστείλατο τὸν Ἀβδᾶν. καὶ πρῶτον μὲν ἠπίως τὸ πραχθὲν ᾐτιάσατο, καὶ τὸ πυρεῖον οἰκοδομῆσαι προσέταξεν· ἐκείνου δὲ ἀντιλέγοντος, καὶ τοῦτο δράσειν ἥκιστα φάσκοντος, πάσας καταλύσειν τὰς ἐκκλησίας ἠπείλησε. καὶ μέντοι καὶ τέλος ἐπέθηκεν οἷς ἠπείλησε. πρότερον γὰρ τὸν θεῖον ἄνδρα ἐκεῖνον ἀναιρεθῆναι κελεύσας, καταλυθῆναι τὰς ἐκκλησίας προσέταξεν. ἐγὼ δὲ τὴν μὲν τοῦ πυρείου κατάλυσιν οὐκ εἰς καιρὸν γεγενῆσθαί φημι. οὐδὲ γὰρ ὁ θεῖος ἀπόστολος εἰς τὰς Ἀθήνας ἀφικόμενος, καὶ τὴν πόλιν κατείδωλον θεασάμενος, κατὰ βωμῶν τινα τῶν ὑπ' ἐκείνων τιμωμένων κατέλυσεν· ἀλλὰ λόγῳ καὶ τὴν ἄγνοιαν ἤλεγξε, καὶ τὴν ἀλήθειαν ἔδειξε. τὸ δὲ τὸν καταλυθέντα μὴ ἀνοικοδομῆσαι νεών, ἀλλὰ τὴν σφαγὴν ἑλέσθαι μᾶλλον ἢ τοῦτο δρᾶσαι, κομιδῇ θαυμάζω, καὶ στεφάνων τιμῶμαι. ἴσον γάρ μοι δοκεῖ τοῦ προσκυνῆσαι τὸ πῦρ, τὸ τέμενος δείμασθαι. ἐντεῦθεν ὁ κλύδων ἀρχὴν λαβών, παγχάλεπά τε καὶ ἄγρια κατὰ τῶν τῆς εὐσεβείας τροφίμων ἐκίνησε κύματα· καὶ τριάκοντα διεληλυθότων ἐτῶν ἡ ζάλη μεμένηκεν, ὑπὸ τῶν μάγων, καθάπερ ὑπό τινων καταιγίδων ῥιπιζομένη. μάγους δὲ καλοῦσιν οἱ Πέρσαι τοὺς τὰ στοιχεῖα θεοποιοῦντας. τὴν δὲ τούτων μυθολογίαν ἐν ἑτέρῳ συγγράμματι δεδηλώκαμεν, ἐν ᾧ τὴν λύσιν ταῖς τούτων πεύσεσι προσηνέγκαμεν. καὶ Γοροράνης δὲ ὁ υἱὸς Ἰσδιγέρδου, μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτήν, σὺν τῇ βασιλείᾳ καὶ τὸν κατὰ τῆς εὐσεβείας διεδέξατο πόλεμον, καὶ τελευτῶν ἄμφω ταῦτα συνεζευγμένα καταλέλοιπε τῷ παιδί. τὰς δὲ τῶν τιμωριῶν ἰδέας, καὶ τῶν κολαστηρίων τὰς ἐπινοίας, ἃς τοῖς εὐσεβέσι προσήνεγκαν, οὐ ῥᾴδιον φράσαι. τῶν μὲν γὰρ τὰς χεῖρας ἀπέδειραν, τῶν δὲ τὰ νῶτα. ἄλλων δὲ τὰς κεφαλὰς

## Cap. XXXIX.

*De perſecutione Chriſtianorum in Perſide, & qui illic martyrium perpeſſi ſint.*

A Peridem tempus Isdigerdes Perſarum Rex, Eccleſiis gentis ſuæ bellum intulit, occaſione inde arrepta. Erat quidam Epiſcopus, nomine Abda, multis virtutis generibus ornatus. Hic zelo immoderato impulſus, Pyreum deſtruit. Ita Perſæ vocant templa igni conſecrata: ignem enim, Deum eſſe arbitrantur. Rex ea de re per Magos certior factus, Abdam ad ſe
B evocavit. Ac primum quidem leniter id facinus reprehendit, juſſitque ut Pyreum ædificaret. Sed cum Abda contradiceret, ſeque id facturum negaret, Rex cunctas Eccleſias ſe deſtructurum minatus eſt. Sed & minas ſuas ad effectum perduxit. Etenim divino illo viro prius trucidari juſſo, Eccleſias ſolo æquari præcepit. Ego vero Pyreum quidem intempeſtive ab Epiſcopo deſtructum fuiſſe fateor. Neque enim divinus Apoſtolus, cum Athenas veniſſet, & urbem ſimulachrorum cultui deditam eſſe vidiſſet, aram ullam Deorum, qui ab iis colebantur
C evertit: ſed illorum errorem verbis coarguit, & veritatem demonſtravit. Quod vero everſum fanum minime inſtauraverit, ſed mori maluerit quam id præſtare, id equidem admiror, & coronis dignum judico. Igni enim templum extruere, non minus eſſe cenſeo quam eundem adorare. Hinc igitur exorſa tempeſtas, graviſſimos ac ſæviſſimos fluctus adverſus alumnos pietatis excitavit. Ac triginta jam elapſis annis, permanſit nihilominus, à Magis, tanquam quibusdam ventis ac turbinibus ſuſcitata. Magos autem Perſæ vocare ſolent eos, qui ele-
D mentis divinitatem tribuunt. Eorum fabulas nos in alio opere expoſuimus, in quo ad ſingulas eorum interrogationes ſolutionem attulimus. Sed & Gororanes Isdigerdis filius, poſt patris obitum, unà cum ejus regno bellum quoque adverſus pietatem, quaſi hereditario jure tranſmiſſum ſuſcepit; & ipſe moriens, utrumque ſimul junctum filio tradidit. Suppliciorum autem varias ſpecies, & tormenta ab illis excogitata, quibus pios homines excruciarent, haud facile eſt exponere. Aliorum enim manus, aliorum terga excoriarunt. Aliorum capita, à

fronte exorſi, ad barbam usq; cute nudarunt. Nonnullos ſectis per medium arundinibus operiebant, ipſas ſectiones corporib⁹ applicantes, deinde, cum firmiſſimis vinculis à capite ad pedes usq; eos cōſtrinxiſſent, ſingulas arundines vi extrahebant, ut vicina cute ſimul tracta acerbiſſimum dolorē afferrent. Foveas præterea fodientes, easque diligenter oblinientes, magnorum murium agminibus implebant, pietatisq; athletas eis in pabulum præbebant, manus illorum ac pedes vincientes, ne beſtias à ſe abigere poſſent. Mures itaque urgente ipſos fame, carnes Sanctorum paulatim depaſcebantur, diuturnum & acerbum cruciatum eis inferentes. Alia præterea multo graviora ſupplicia excogitarunt, hoſtem generis humani & veritatis inimicum, doctorem habentes. Nec tamen athletarum fortitudinem frangere potuerunt. Ultro enim accurrebant, mortem, qua immortalis paratur vita, oppetere cupientes. Duos porro tresve hoc loco commemorabo, ut ex iis reliquorum etiam conſtantia perſpici poſſit. Hormiſda quidam erat, valde nobilis apud Perſas, ex Achemēidarum ſtirpe, patre ortus Præfecto. Hunc Rex cum Chriſtianum eſſe didiciſſet, ad ſe adduci, & Deum Servatorem ſuum negare juſſit. Verum ille, Regem ea imperare reſpondit, quæ nec juſta eſſent nec utilia. Is enim, inquit, qui ſummum omnium Deum facile contemnere ac negare didicerit, Regem multo facilius cōtemnet, cum hic homo ſit morti obnoxius. Quod ſi extremo ſupplicio dignus eſt is, qui tua ſceptra negaverit, ô Rex, quanto graviora meretur ſupplicia, qui Deum hujus univerſi conditorem negat? At Rex, qui horum ſermonum ſapiētiam mirari potius debuerat, fortiſſimum athletam divitiis & honoribus ſpoliavit: nudumque ſolo tectum ſubligaculo, camelos exercitus trahere præcepit. Multis poſt dieb⁹ elapſis, Rex è camera proſpiciens, videt optimum illum virum ſolis radiis peruſtum & pulvere oppletum. Tum paternæ memor nobilitatis, eum ad ſe acceſſit, & lineam tunicam induere jubet. Poſthæc animū illius partim ex præteriti temporis ærumna, partim ex præſente ipſius benignitate mollitum ratus: Nunc tandem, inquit, abjecta illa contentione, fabri filium pernega. Tum Hormiſda divino

A ἀπὸ τῶν μετώπων ἀρξάμενοι μέχρι τοῦ πώγωνος γυμνὰς τῶν δερμάτων εἰργάζοντο. ἐνίους δὲ καλάμοις ἡμιτόμοις καλύψαντες, καὶ τὰς τομὰς τῷ σώματι προσαρμόσαντες, εἶτα δεσμὰ στεγανὰ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς μέχρι τῶν ποδῶν περιθέντες, βίᾳ ἕκαστον τῶν καλάμων ἐξεῖλκον, ἵνα τὸ πελάζον τοῦ δέρματος περισυρόμενον πικρὰς ὀδύνας ἐργάζοιτο. λάκκους δὲ ὀρύξαντες, καὶ τούτους ἀκριβῶς καταχρίσαντες, μυῶν μεγάλων ἀγέλας ἐν τούτοις καθεῖρξαν, καὶ τροφὴν αὐτοῖς τοὺς τῆς εὐσεβείας προσέφερον ἀθλητὰς,
B καὶ τὰς χεῖρας αὐτῶν καὶ τοὺς πόδας δεσμοῦντες, ὅπως ἀπὸ σφῶν ἀπελαύνειν τὰ θηρία μὴ δύνωνται. οἱ δὲ μύες ὑπὸ τοῦ λιμοῦ πιεζόμενοι, κατὰ βραχὺ τὰς τῶν ἁγίων κατανήλισκον σάρκας, μακρὰν αὐτοῖς καὶ ἀλγεινὴν τὴν τιμωρίαν προσφέροντες. καὶ ἄλλας δὲ τούτων χαλεπωτέρας ἐπενόησαν τιμωρίας, τὸν τῆς φύσεως ἀλάστορα καὶ τῆς ἀληθείας πολέμιον, διδάσκαλον ἔχοντες. ἀλλ᾽ οὐκ ἤλεγξαν τῶν ἀθλητῶν τὴν ἀνδρείαν· αὐτόματοι γὰρ ἔτρεχον, τὸν τῆς ἀνωλέθρου ζωῆς πρόξενον λαβεῖν ἱμειρόμενοι θάνατον. δύο δὲ ἢ τριῶν μνησθήσομαι, ἵνα διὰ τούτων ἐπιδείξω
C τὴν τῶν ἄλλων ἀνδρείαν. Ὁρμίσδης τις τῶν ἄγαν περιφανῶν παρὰ Πέρσαις ἐτύγχανεν ὤν, Ἀχαιμενίδης ἀνὴρ, πατέρα ὕπαρχον ἐσχηκώς. τοῦτον χριστιανὸν εἶναι μεμαθηκὼς ὁ βασιλεὺς, μεταπέμπεταί τε καὶ προσέταξεν ἀρνηθῆναι τὸν σεσωκότα θεόν. ὁ δὲ ἔφη, μήτε δίκαια, μήτε συμφέροντα προστεταχέναι τὸν βασιλέα. ὁ γάρ τοι παιδευόμενος ῥᾳδίως τὸν θεὸν τῶν ὅλων καταφρονεῖν, καὶ τοῦτον ἀρνεῖσθαι, ῥᾷον ἂν καὶ βασιλέως καταφρονήσειε. ἄνθρωπος γὰρ δὴ οὗτος, θνητὴν φύσιν κεκληρωμένος. εἰ δὲ τιμωρίας ἐσχάτης ἄξιος ὁ τὰ σά, ὦ βασιλεῦ, ἀρνούμενος σκῆπτρα,
D πολλαπλασίων κολάσεων ἀξιώτερος ὁ τὸν τοῦ παντὸς ἀρνούμενος ποιητήν. ὁ δὲ βασιλεὺς, δέον τὴν τῶν εἰρημένων θαυμάσαι σοφίαν, ἐγύμνωσε μὲν καὶ τοῦ πλούτου καὶ τῶν ἀξιωμάτων τὸν γενναῖον ἀθλητήν· γυμνὸν δὲ ἕλκειν τῆς στρατιᾶς τὰς καμήλους ἐκέλευσεν, διαζώματι χρώμενον μόνον. πολλῶν δὲ διελθουσῶν ἡμερῶν διακύψας ἀπὸ τῆς καμάρας, εἶδε τὸν ἄριστον ἄνδρα ἐκεῖνον ὑπὸ τῆς ἀκτῖνος φλεγόμενον, καὶ κόνεως ἀναπιμπλάμενον. καὶ τῆς πατρῴας περιφανείας ἀναμνησθεὶς, ἤγαγέ τε καὶ ἐνδύσασθαι χιτωνίσκον ἐκ λίνου πεποιημένον ἐκέλευσεν. εἶτα νομίσας ὑπό τε τοῦ προτέρου πόνου καὶ τῆς γεγενημένης φιλανθρωπίας μαλακισθῆναι τὸ φρόνημα, νῦν γοῦν ἔφη, τῆς ἔριδος ἐκείνης ἀπαλλαγεὶς, ἀρνήθητι τοῦ

τέκτων τὸν υἱόν. ὁ δὲ ζήλου θείου πλησθεὶς, διέρρηξέ τε τὸν χιτωνίσκον καὶ προσέρριψεν, ὑπειπών· εἰ διὰ τοῦτό με οἴει τῆς εὐσεβείας ἐκστήσεσθαι, ἔχε τὸ δῶρον μετὰ τῆς δυσσεβείας. ταύτην αὐτοῦ τὴν ἀνδρείαν ὁ βασιλεὺς θεασάμενος, γυμνὸν οὕτω τῆς βασιλείας ἐξήλασε. Σουήνην δὲ χιλίων οἰκετῶν δεσπότην, ἀντειπόντα αὐτῷ, καὶ ἀρνηθῆναι τὸν ποιητὴν οὐκ ἀνασχόμενον, ἐρόμενος ὅστις εἴη τῶν οἰκετῶν ὁ κάκιστος, ἐκείνῳ τῶν ἄλλων τὴν δεσποτείαν παρέδωκε, καὶ τὸν δεσπότην ἐκείνῳ δουλεύειν προσέταξε. συνέζευξε δὲ αὐτῷ καὶ τὴν δέσποιναν τὴν τοῦ δεσπότου ὁμόζυγα, ταύτῃ μεταπείσειν ὑποτοπήσας τῆς ἀληθείας τὸν πρόμαχον. ἀλλ' ἐψεύσθη τῆς ἐλπίδος· ἐπὶ γὰρ τῆς πέτρας ᾠκοδομημένην εἶχε τὴν οἰκίαν. Βενιαμὶν δέ τινα διάκονον συλλαβὼν καθεῖρξε. δύο δὲ διεληλυθότων ἐτῶν πρεσβευτὴς Ῥωμαίων ἀφίκετο, περὶ ἑτέρων πρεσβεύων πραγμάτων. εἶτα τοῦτο μαθὼν, ᾔτησε τὸν βασιλέα τοῦ διακόνου τὴν ἄφεσιν. ὁ δὲ βασιλεὺς ὑποσχέσθαι προσέταξε τὸν Βενιαμὶν, ὡς οὐδενὶ τῶν μάγων τὴν χριστιανικὴν διδασκαλίαν προσοίσει. καὶ ὁ μὲν πρεσβευτὴς φυλάξειν τὰ προσαχθέντα τὸν Βενιαμὶν ἐπηγγείλατο. ὁ δὲ Βενιαμὶν ἀκούσας τῶν τοῦ πρεσβευτοῦ παραινέσεων, ἀδύνατον, ἔφη, μὴ μεταδοῦναι μετοῦ φωτὸς οὗ μετέλαχον. ὁπόσης γὰρ ἄξιον τιμωρίας, κατακρύψαι τὸ τάλαντον, ἡ τῶν ἱερῶν εὐαγγελίων ἱστορία διδάσκει. ἀλλὰ τούτων μὲν οὐδὲν τηνικαῦτα γνοὺς ὁ βασιλεὺς, ἐκέλευσεν αὐτὸν τῶν δεσμῶν ἀφεθῆναι. ἐκεῖνος δὲ τὰ συνήθη διετέλει, καὶ ζωγρῶν τοὺς τῷ ζόφῳ τῆς ἀγνοίας κατεχομένους, καὶ τῷ νοερῷ προσάγων φωτί. ἐνιαυτοῦ δὲ διελθόντος, ἐμηνύθη τῷ βασιλεῖ τὰ παρ' ἐκείνου γιγνόμενα· καὶ ἀγαγὼν αὐτὸν ἀρνηθῆναι προσέταξε τὸν ὑπ' αὐτοῦ προσκυνούμενον. ὁ δὲ ἤρετο τὸν βασιλέα, τίνος τιμᾶται τὸν τὴν ἑαυτοῦ μὲν καταλιπόντα βασιλείαν, ἑτέραν δὲ προαιρούμενον. ἐκείνου δὲ εἰπόντος, θανάτου καὶ τιμωρίας ἐσχάτης, εἶπεν ὁ σοφώτατος ἀνήρ. τί οὖν οὐκ ἂν πάθοι δικαίως ἄνθρωπος, τὸν μὲν ποιητὴν καὶ δημιουργὸν καταλιμπάνων· ἕνα δὲ τῶν ὁμοδούλων θεοποιῶν, καὶ τὸ ὀφειλόμενον ἐκείνῳ σέβας τούτῳ προσφέρων· χαλεπήνας δὴ οὖν πρὸς τοὺς τοιούτους λόγους ὁ βασιλεὺς, εἴκοσι καλάμους ὀξύνας, τοῖς τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν

A repletus zelo, tunicam diſcerpſit & ante Regem projecit, & addens: Si hujus cauſâ me à pietate receſſurum exiſtimas, habe tibi munus tuum cum impietate. Hanc ejus conſtantiam animadvertens Rex, eum, ut erat, nudum ex Imperii ſui finibus ejecit. Suenem præterea mille ſervorum Dominum, qui ipſi contradicebat, nec Creatorem ſuum negare volebat, interrogavit quiſnam ſervorum ipſius eſſet nequiſſimus. Cumque hunc toti familiæ præpoſuiſſet, ipſum quoque dominum ei ſervire juſſit. Dominam quoque quæ conjux fuerat domini, ei-

B dem ſervo matrimonii jure copulavit, ſperans hoc facto ſe veritatis defenſorem de ſententia dejecturum. Verum ſpe ſua fruſtratus eſt; quippe ille domum ſuam ædificaverat ſupra petram. Sed & diaconum quendam, Benjamin nomine, captum in vincula conjecit. Aliquanto poſt tempore venit legatus Romanorum, ob alia quædam negotia miſſus. Is cum de Diacono didiciſſet, liberationem ejus poſtulavit à Rege. Rex vero juſſit, ut Benjamin polliceretur, ſe nulli Magorum Chriſtianam religionem prædica-

C turum. Et legatus quidem, Benjaminum iis, quæ juſſa fuerant pariturum ſpopondit. Benjaminus vero, auditis legati cohortationibus; Facere non poſſum, inquit, quin lucem quam ipſe accepi, aliis impertiat. Quanto enim ſupplicio dignus ſit is, qui talentum abſcondit, ſacra Evangeliorum teſtatur hiſtoria. Rex tamen, cum nihil horum tunc temporis reſciviſſet, Diaconum vinculis ſolvi præcepit. At Benjamin, ea quæ prius conſueverat agere perſeveravit, eos qui ignorantiæ tenebris obcæcati erant perſequens, & ad intelligentiæ lumen adducens. Exa-

D cto deinde anni ſpatio, nuntiatum eſt Regi quid ageret Benjaminus. Cumque eum adduci feciſſet, Deum quem adorabat, negare eum juſſit. Tum ille Regem interrogavit, quo ſupplicio dignum cenſeret eum, qui relicto ipſius regno alterius regni domicilium præferret. Cumque Rex morte ultimoque ſupplicio dignum eſſe illum reſpondiſſet, ſapientiſſimus vir ſubjecit. Quid ergo non meretur perpeti is, qui creatorem quidem & conditorem deſerit; unum autem è conſervis ſuis Deum facit, eique cultum exhibet, qui illi debetur. Quibus auditis exaſperatus Rex, viginti arundines præacutas manuum pedumque

ejus unguibus infixit. Sed cum animadverteret hunc cruciatum ab illo pro ludicro haberi, aliam rurſus acutam arundinem genitali ejus membro infixit, eamque aſſidue extrahens & inſerens, inexplicabiles ei dolores inferebat. Poſt hunc cruciatum, impius ille ac furioſus craſſum ſtipitem cum ramis undique cohærentibus, per ejus ſedem adigi præcepit. Atque ita generoſus athleta animam exhalavit. Alia præter hæc innumerabilia ab impiis illis perpetrata ſunt. Nemini porro mirum videri debet, quòd omnium moderator Deus tantam iſtorum feritatem impietatemque toleraverit. Etenim ante Coſtantini M. Principatum quotquot Romani Imperatores fuerunt, adverſus pietatis cultores furere non deſtiterunt. Quin & Diocletianus, ipſo ſalutaris Paſſionis die cunctas in orbe Romano Eccleſias deſtruxit. Verum exactis poſtea novem annis, eædem iterum florere cœperunt, multoqve majorem quam antea ſplendorem atque amplitudinem adeptæ ſunt: Diocletianus vero, unà cum impietate ſua extinctus interiit. Cæterum Dominus, & bella iſta, & Eccleſiæ victoriam, multo ante prædixit. Et res ipſæ nos docent, plus utilitatis ex bello nobis afferri quam ex pace. Hæc enim nos molles & ſolutos ac timidos reddit. Bellum verò acuit animos, facitque ut præſentia, tanquam fluxa & caduca ſpernamus. Verum hac de re aliis in libris jam ſæpius locuti ſumus.

A ἐνέπειρεν ὄνυξιν. ἐπειδὴ δὲ ἑώρα παίγνιον τὴν τιμωρίαν ὑπολαμβάνοντα, ἕτερον αὖ πάλιν κάλαμον ὀξύνας, ἐνέβαλε τῷ παιδογόνῳ μορίῳ, καὶ τοῦτον συνεχῶς ἐξαίρων καὶ ἐνείρων, ἀρρήτους τινὰς ἀλγηδόνας εἰργάζετο. μετὰ τὴν τιμωρίαν ὁ δυσσεβὴς καὶ θηριώδης ῥάβδον παχεῖαν, ὄζους πάντοθεν ἔχουσαν, εἴσω θεῖναι διὰ τῆς ἕδρας ἐκέλευσεν. οὕτω τὸ πνεῦμα παρέδωκεν ὁ γενναῖος ἀγωνιστής. καὶ ἄλλα δὲ μυρία τοιαῦτα παρ' ἐκείνων ἐτολμήθη τῶν δυσσεβῶν. οὐ χρὴ δὲ θαυμάζειν, ὅτι τῆς ἐκείνων θηριωδείας καὶ δυσσεβείας ἀνέχεται ὁ τῶν ὅλων B πρύτανις. καὶ γὰρ πρὸ τῆς Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου βασιλείας, ὅσοι Ῥωμαίων ἐγένοντο βασιλεῖς, κατὰ τῶν θιασωτῶν τῆς ἀληθείας ἐλύττησαν. Διοκλητιανὸς δὲ ἐν τῇ τοῦ σωτηρίου πάθους ἡμέρᾳ τὰς ἐν ἁπάσῃ τῇ Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ κατέλυσεν ἐκκλησίας· ἀλλ' ἐννέα διεληλυθότων ἐτῶν, αὗται μὲν ἤνθησαν καὶ πολλαπλάσιον ἐδέξαντο μέγεθός τε καὶ κάλλος· ἐκεῖνος δὲ μετὰ τῆς δυσσεβείας ἀπεσβέσθη. καὶ τοὺς πολέμους δὲ τούτους προείρηκεν ὁ δεσπότης, καὶ τὸ τῆς ἐκκλησίας ἀήττητον. καὶ αὐτὰ δὲ ἡμᾶς διδάσκει τὰ πράγματα, ὡς πλείονα ἡμῖν τῆς εἰρήνης ὁ πόλεμος C πορίζει τὴν ὠφέλειαν. ἡ μὲν γὰρ, ἁβροὺς ἡμᾶς, ἀνειμένους καὶ δειλοὺς ἀπεργάζεται· ὁ δὲ πόλεμος, τά τε φρονήματα παραθήγει, καὶ τῶν παρόντων ὡς ῥεόντων παρασκευάζει καταφρονεῖν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ ἐν ἑτέραις πραγματείαις πολλάκις εἰρήκαμεν.

## Cap. XL.

*De Theodoro Epiſcopo Mopſueſtiæ.*

INterea verò ſacratiſſimo Theodoto Antiochenſem Eccleſiam gubernante, Theodorus Epiſcopus Mopſueſtiæ, totius Eccleſiæ Doctor, & qui adverſus omnes hæreticorum catervas ſtrenuè decertaverat, vivendi finem fecit. Hic præſtantiſſimi quidem Diodori auditor: divini autem Joannis ſocius atque adjutor fuerat. Ambo quippe ex ſpiritalibus Diodori fontibus ſimul hauſerant. Annis porro ſex & triginta Epiſcopatum geſſit, contra phalangem Arii atque Eunomii aſſidue dimicans, & Apollinaris turmam, latronum more inſidiantem profligans: ovibus autem Chriſti optimum pabulum præbens. Ejus quoque frater Polychronius, Apamenſem

## Κεφ. μ'.

Περὶ Θεοδώρου τοῦ ἐπισκόπου Μοψουεστίας.

ΚΑΤ' ἐκεῖνον δὲ τὸν χρόνον καθ' ὃν ὁ θεῖος Θεόδοτος τὴν Ἀντιοχέων ἴθυνεν ἐκκλησίαν, Θεόδωρος ὁ Μοψουεστίας ἐπίσκοπος, D πάσης μὲν ἐκκλησίας διδάσκαλος, κατὰ πάσης δὲ φάλαγγος αἱρετικῆς ἀριστεύσας, τοῦ βίου τὸ τέλος ἐδέξατο. οὗτος τῆς μὲν Διοδώρου τοῦ πάνυ διδασκαλίας ἀπήλαυσεν· Ἰωάννου δὲ τοῦ θειοτάτου γεγένηται κοινωνός τε καὶ συνεργός. κοινῇ γὰρ τῶν πνευματικῶν Διοδώρου ναμάτων ἀπήλαυον. ἓξ δὲ καὶ τριάκοντα ἐν τῇ προεδρίᾳ διετέλεσεν ἔτη, κατὰ τῆς Ἀρείου καὶ Εὐνομίου παραταττόμενος φάλαγγος, καὶ τὸν λῃστρικὸν Ἀπολλιναρίου καταγωνιζόμενος λόχον, καὶ τὴν ἀρίστην πόαν τοῖς θείοις προβάτοις προσφέρων. καὶ ὁ τούτου δὲ ἀδελφὸς Πολυχρόνιος, τὴν Ἀπαμέων

ἐκκλη-

ἐκκλησίαν ἐποίμαινεν ἄριστα, καὶ τῇ τοῦ λόγου χάριτι καὶ τῇ τοῦ βίου λαμπρότητι χρώμενος. ἐγὼ δὲ τῆς συγγραφῆς ἐνταῦθα παυσάμενος, τοὺς ἐντευξομένους ἀντιβολῶ προσευχαῖς τὸν πόνον ἀμείψασθαι. πέντε μέντοι καὶ ἑκατὸν ἐτῶν ἥδε ἡ ἱστορία περιέχει χρόνον. δεξαμένη μὲν ἀπὸ τῆς ἀρείου λύττης, δεξαμένη δὲ πέρας τῶν ἀξιεπαίνων ἀνδρῶν, θεοδώρου τὴν τελευτήν. καταλέξω δὲ κατὰ τάξιν καὶ τοὺς μετὰ τὸν διωγμὸν τῶν μεγάλων ἡγεμονεύσαντας πόλεων.

Κατάλογος τῶν μεγίστων ἡγεμονευσάντων πόλεων ἐπισκόπων.

Ῥωμαίων μιλτιάδης, σίλυεστρος, ἰούλιος, λιβέριος, δάμασος, σιρίκιος, ἀναστάσιος, ἰννοκέντιος, βονιφάτιος, ζώσιμος, κελεστῖνος·

Ἀντιοχέων ἐπίσκοποι βιτάλιος, φιλογόνιος, εὐστάθιος· οὗτοι ὀρθόδοξοι· εἶτα ἀρειανοί. εὐλάλιος, εὐφρόνιος, φλάκιλλος, στέφανος, λεόντιος, εὐδόξιος· ἔπειτα ὀρθόδοξοι μελέτιος, φλαυιανός, πορφύριος, ἀλέξανδρος, θεόδοτος· οἷς συνήφθησαν τούτοις, οἱ ἀπὸ εὐσταθίου παυλῖνος καὶ εὐάγριος.

Ἀλεξανδρέων· πέτρος, ἀχιλλᾶς, ἀλέξανδρος, ἀθανάσιος, γρηγόριος ἀρειανός, εἶτα πάλιν ἀθανάσιος, γεώργιος αἱρετικός, εἶτα πάλιν ἀθανάσιος, πέτρος ὁ ἀθανασίου μαθητής, εἶτα λούκιος ἀρειανός, εἶτα πάλιν πέτρος, τιμόθεος, θεόφιλος, κύριλλος ὁ θεοφίλου ἀνεψιός.

Ἱεροσολύμων ἐπίσκοποι μακάριος, μάξιμος, κύριλλος, ἰωάννης, πραΰλιος, ἰουβενάλιος.

Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοποι. ἀλέξανδρος, εὐσέβιος ὁ νικομηδείας ἐκ μεταθέσεως ἀρειανός, μετὰ τοῦτον παῦλος ὁ ὁμολογητής, μακεδόνιος ὁ πνευματομάχος· τοῦτον παρωσάμενος εὐδόξιος ὁ δυσσεβὴς κατέσχε τὴν ἐκκλησίαν· δημόφιλος ὁ βερόης τῆς θρᾴκης αἱρετικός, γρηγόριος ὁ ναζιανζοῦ, νεκτάριος, ἰωάννης ὁ χρυσόστομος, ἀρσάκιος, ἀττικός, σισίννιος·

Τέλος τοῦ ε΄ τοῦ θεοδωρίτου ἱστορίας τόμου.

A Eccleſiam egregie adminiſtravit, emendatiſſimæ vitæ ſplendorem cum ſermonis gratia ac venuſtate conjungens. Ego verò hoc loco ſcribendi finem faciens, ab iis, qui hæc lecturi ſunt, poſtulo, ut laborem noſtrum precibus ſuis remunerentur. Quinque autem ac centum annorum ſpatio res geſtas hæc hiſtoria complectitur: ab Arii quidem veſania ducens exordium, deſinens vero in obitu præſtantiſſimorum virorum, Theodori atque Theodoti. Porro Epiſcopos, qui poſt perſecutionem magnis urbibus præfuerunt, ſuo
B quemque ordine recenſebo.

*Indiculus Epiſcoporum, qui magnis urbibus præfuerunt.*

ROmæ Miltiades, Sylveſter, Julius, Liberius, Damaſus, Siricius, Anaſtaſius, Innocentius, Bonifacius, Zoſimus, Celeſtinus.

Antiochiæ Epiſcopi, Vitalis, Philogonius, Euſtathius. Hi Orthodoxi fuerunt. Poſt hos Ariani, Eulalius, Euphronius, Flaccillus, Stephanus, Leontius, Eudoxius. Deinde Orthodoxi, Meletius, Flavianus, Porphyrius, Alexander, Theodotus. Quibus conjuncti fuerunt ex Euſtathii parte Paulinus &
C Evagrius.

Alexandriæ, Petrus, Achillas, Alexander, Athanaſius. Gregorius Arianus. Poſt hunc rurſus Athanaſius. Georgius hæreticus. Poſt hunc rurſus idem Athanaſius, Petrus diſcipulus Athanaſii, deinde Lucius Arianus, poſt quem iterum Petrus, Timotheus, Theophilus, Cyrillus Theophili fratris filius.

Hieroſolymorum Epiſcopi, Macarius, Maximus, Cyrillus, Joannes, Praylius, Juvenalis.

Conſtantinopolis Epiſcopi, Alexan-
D der, Euſebius Nicomedienſis, translatus in eam ſedem Arianus. Poſt hunc Paulus Confeſſor, Macedonius hoſtis Spiritus Sancti. Hoc expulſo, impius Eudoxius Eccleſiam obtinuit. Demophilus à Beroe Thraciæ urbe hæreticus, Gregorius Nazianzenus, Nectarius, Joannes Chryſoſtomus, Arſacius, Atticus, Siſinnius.

*Explicit Liber quintus hiſtoria Theodoriti.*